

17/ 8520 (17)

ILLVSTRISSIMIS
PRINCIPIBUS DOMINO
LVDOVICO DVCI VVIRTEM-
BERGICO, ET TEKCENSI, COMITI
MOMBELGARDIAE, ETC.

AC

D. FRIDERICO Comiti Vvirtem-
bergico, & Mombelgardensi, &c.
Dominis suis Clementissimis.



*V*M res humanae pruden-
tia administrari so-
leant, nihil ad mores in-
formandos aptius, nihil
ad gubernandas Resp.
accomodatius inueni-
ri potest, quã historiarum accurata obser-
uatio. Quandoquidem nihil aliud vide-
tur humana prudentia, quàm rerum fu-
turarum, presentiumq; ex præteritis re-
ta consideratio, & ipsarum inter se ac-
commodatio aptissima, quæ lectio histo-
riæ diligenter scrutanti abundè suppedi-
tat. Et cum optima ac certissima ad be-



4/ 8520 (1)

ILLVSTRISSIMIS
PRINCIPIBVS DOMINO
LVDOVICO DVCI VVIRTEM-
BERGICO, ET TEKCENSI, COMITI
MOMBELGARDIAE, ETC.

AC

D. FRIDERICO Comiti Vvirtem-
bergico, & Mombelgardenfi, &c.
Dominis suis Clementissimis.



*V*M res humanae pru-
dentia administrari so-
leant, nihil ad mores in-
formandos aptius, nihil
ad gubernandas Resp.
accomodatius inueni-

ri potest, quã historiarum accurata obser-
uatio. Quandoquidem nihil aliud vide-
tur humana prudentia, quàm rerum fu-
turarum, praesentiumq; ex praeteritis re-
ta consideratio, & ipsarum inter se ac-
commodatio aptissima, quae lectio histo-
riae diligenter scrutanti abundè suppedi-
tat. Et cum optima ac certissima ad be-

P R Æ F A T I O .

ne beateq; viuendum institutio ex experientia procedat, quæ secundum Polybium, ex commemoratione & iugi meditatione rerum ab alijs gestarum comparatur: non aliunde melius consilia petentur, quæ in futurum profint, quam ex præteritarum rerum exemplis, quibus referta est historia. quia variorum hominum, ac diuersarū ætatum rationes, consilia, conatus, potentiã, solertiam, fœlices atque infœlices euentus, quid gratiam conciliare, odium concitare, laudem inuenire, ignominiam adferre possit, manifestè ostendunt. Sed cum ipsa historia maximum campum, & latè in omnem partem patentem plurimumq; feracem contineat: non omnibus per vniuersum expatiari concessum, nec quamlibet demetere frugem. Verùm in tam amplo & huberi latifundio facile reperire est, vnde singuli exatiari queant. Nam siue oblectatio animi queritur, requiesq; curarum, siue commo-

dum

P R Æ F A T I O .

dum & utilitas exposcitur, siue honos & celebris fama petitur: quilibet inueniet quod suam auiditatem explebit. Hinc fit, quod diuerso studio, & dissimili labore per gloria à varijs ingenys in historia conquiritur, & vt in pascuis apes querit flores, capra frondes, sus radices, aliæ belluæ semen & fructum: ita in illa quosdam illustrium bello ducum fortia facta, aut insignes victorias populorum obseruare quosdam antiquitatis latebras indagare: quosdam moralia præcepta, aut politica instituta perquirere, nonnullos prodigiosa, noua & inaudita excerpere, aut memorabilia quæque, rara & insolita deligere videmus. Cum omnes autem honestam & vtilem operam Reip. literariæ præstent: y maxime in commune consulere iudicantur, qui in memorabilibus colligendis studium collocarunt suum. Siquidem ad hominum vitam ritè instituendã, (cuius rei gratia historie perscriptæ

P R Æ F A T I O.

sunt) nihil vtilius cernitur, quàm si virtutum & vitiorum, egregiorum facinorum, & errorum celeberrima exempla seligantur (quis enim omnium temporum gesta euoluerit?) & in unum velut corpus coaptentur, ut quæ laudabilia sunt ad decoram emulationem recipiantur, & quæ exitialia comperta sunt, intentissima cura fugiantur. Horum institutum sequutus ex varijs historijs quæ maximè memorabilia visa sunt selegi, & in locos communes conieci. Et quia veteris historie exempla à quibusdam cupidius arripiuntur antiquitatis prærogatiua cogente, ab alijs recentioris, quod nostri seculi rebus magis conuenientia putentur: ex historijs non modò Græcorum, & Latinorum, sed aliorum etiam populorum, qui post dilaceratum Romanum Imperium regna & Respublicas condiderunt, res memoratu maximè dignas collegi, ut diuersis hominum ingenijs gratificari possem, quia de multis bene

P R Æ F A T I O.

bene mereri dulce, & decorum. Hoc quætecunque opus, si non felici, ingenio certe labore susceptum vobis iure optimo dicamus, Illustrissimi, ac Magnanimi Principes, quod in vestra domo, hoc est vestris stipendijs viuentibus nobis elucubratum maxima ex parte est. Ad hanc priuatam causam communis etiam accedit, quod bonarum literarum amatores, & fautores ab ineunte etate fuistis, vnde omnes, qui liberalia studia colunt, vobis sunt animo, & benevolentia addicti, & qui ea promouere studet, vestra authoritate defendi cupiunt. Quod autem vobis ambobus hoc munus offertur à nobis, non ita accipi velim, quasi tantam eius præcellentiam, & dignitatem esse putem, ut duobus magnis principibus dignum opus censeripossit, aut vnius patrocinium aduersus zoilos, & importunos censores satis esse non debeat: sed tam arcta inter vos animorum coniunctio, & voluntatum

PRÆFATIO.

tam amica consensio facit, ut vos ambos alloquendo vnum tantum hominem me compellare putem. Si olim Castori & Polluci fratribus propter excimium & singularem amorem, quo perpetuo vitæ cursu coniuncti fuere, vota tanquam vni coelitum nuncupabantur: me vos simul adpellantem quis carpsit, quos omnes norunt, amicissimo animo, & constantissima voluntate arctissime colligatos? Si M. Antoninũ & Aelium Verũ Imperatores propter mutuam benevolentiam, qua inter se deuinciebantur, adeò populus excoluit, ut diuos fratres cognominauerit, ipsorumq; sanctiones tanquam ab vno principe profectas estimarit: inconsulti animi impetus non debet iudicari, quòd duos principes amicissimos, concordēs & coniunctissimos tanquam vnum tutelare numen implorari. Aequior certè iustiorq; causa me ad id agendum impulsisse semperietur. Nam illi diuerso ingenio,

et dissimilibus

PRÆFATIO:

& dissimilibus moribus erant, ita ut solus imperij honos eos coniunxisse videatur. At vos idem viuide virtutis amor, idem bonarum literarum studium, idem religionis zelus copulauit, & firmissimè coniunctos tenet. Sancta & sincera amicitia Davidis & Ionathæ in scripturis legitur, sed quæ inter vos intercedit, quid præcellentius habet, Nam amicissimi licet perpetuò illi fuerint, tamen ex duabus familijs adeò hostilibus educti sunt, ut sese atroci bello persequi non cessarint, donec altera alteram euerterit: vos verò vna familia aluit, & ea, in qua gentiles sanguinis inuiolabile fædus sanctissimè semper coluerunt. Neque rei huius longinqua exempla accersere opus, cum vtriusque parentes luculentissimi testes esse possint, qui in tanta animorum coniunctione simul vixere, ut vter commodius consilium attulerit, id ambobus semper ratum fuerit. Et hoc ornamento maximo vobis

erit,

P R Æ F A T I O.

erit, & in omne ævum duraturo, quod à patribus nō degeneres, vt facultatum paternarum, ita virtutum, & amicitie hæredes facti estis, vt Isocrates Demonico faciundum esse monstrat. In ea autem tam concordi amicitia vestra qui vobis parent populi, ita securi & læti conquiescunt, vt nihil magis à Deo Optimo Maximo communibus votis exoptent, quàm vt vtrique vitam in multos prorogent annos, & prole parentibus non dissimili vos beet, vt opima fœlicitas, qua fruuntur, promanet ad posteros. Et quid magnanimis viris gratius esse potest, quàm à suis magni fieri, & sincerè vereq; diligì? Nam quo gloria conspectior, eo firmior, certiorque habetur. In hac autem parte laudis Tito Vespasiani rectè conferri potestis, vt in religione asserenda Constantinum Magnum referitis, & in literarum studijs fouēdis Carolum Pipini summum Imperatorem. Nec harū laudum exem-

pla

P R Æ F A T I O.

pla in familia vestra desunt, & præ ceteris eminent Eberardus, Georgius, Christophorus, qui ad emeritum decus vadentibus vobis non dissimulanter iter monstrarunt. Tam egregias & præstantes virtutes vestras, atque insignem numinis erga vos fauorem dum attentè considero: inter exoptanda huius vitæ commoda, quibus vnquam mihi frui licuit, hoc maximum iudico, quod in clientela, & seruitio vestro me vixisse contigerit. Itaque præstantissime Dux, ac inclyte Comes, vestras celsitudines oro, vt hæc meas lucubrationes sub vestro patrocinio exire partiantur. Hoc verò confidentius postulo, quod iam vnà cum scriptore vobis sunt mancipata. Non enim seruorum personæ tantum in tutela dominorum sunt, sed ea etiam quæ sunt peculij. Quod si vestro præsidio defendi intelligantur, à liuidorum acerbis morsibus tutæ erunt, & si vestro comprobentur iudicio, æquioribus

bus

P R Æ F A T I O.

*bus animis à lectoribus recipientur, vi-
tamq̄ longiorem ducent.*

Mompelgardia 20. Nouemb. 1579.

Illustriſſimis Celſitudinibus veſtris ad-
diſtiſſimus Richardus Dinoth, in
oppido Mompelgardenſi Eccle-
ſiaſtes.

C A N D I D O L E C T O R I.



A T O (ut apud Aulum Gel-
lium eſt) nugatorium eſſe aie-
bat, malle culpam deprecari
quàm culpa vacare: quum pe-
tere veniam ſoleamus, aut quum im-
prudenter erravimus, aut quum impul-
ſi peccavimus. Ideò multo ſatius eſſe iu-
dicabat, nihil omnino ſcribere, quàm
de ſcriptis ſuis cogi cuius rationem
reddere. Hoc graviffimi viri iudicium
poſſet multos à ſcribēdo deterrere, qui
aliquid edere conantur, quod in com-
mune profuturum putant: quia nihil
tam bene digeſtum, nec concinnatum
eſſe poteſt, quod cùm in publicum pro-
dit, factioſa ingenia petulanter non exa-
gitent: quo fit vt lucubrantibus deci-
dat animus, & ijs qui aliquid euulga-
runt, poenitendus labor videatur, cùm
vident pro gratia quam ſperabant odi-
um, pro gratulatione maledicta cū ſan-
nis rependi. Hoc apud me reputantem
cogitatio ſubierat, meas hiſtoricas lu-
brationes in muſæo deliteſcētes potius
continere, quàm ſeveris ariſtarchis vo-

AD LECTOREM.

lutādas proponere. Sed quia nimis præfracti est, amicorum monitis pertinaciter obistere, & intempestiuè pudentis ob pallentes zoilos ingenij foetum suppressere: amicis vt hoc opus euulgarem suadentibus, quod Reip. literarię aliquam allaturum vtilitatem opinabantur, denegare nō potui: satius esse existimans trucidis inuidiæ aculeos persentescere, quā mihi bene cupientium consilium repudiare, & à morosis censoribus temeritatis potius, insimulari, quā à meis fautoribus vecordis simplicitatis & intempestivæ timiditatis coargui. Animum etiam nutantem ad hoc opus euulgandum non mediocriter impulit, quod à benevolis lectoribus aliquam ingenui laboris gratiā me relatorum speravi, & ea spe fui ad eò confirmatus; ut labores meos non inutiles fore mihi persuaserim, præsertim si per me res inchoata, à peritioribus consummatio reddatur. nam (ut Volateranus inquit) malis æquè ac bonis debent scriptoribus literæ: si per malos boni excitati gratiores fuerint. Quamvis autem hoc studij genus curiosè consecutus
 sim

AD LECTOREM.

Am: tamen in eo non tantum me profecisse putabam, cum hoc opus aggressus sum, ut aliquid exarare possē, quod in lucem emitti, & omnium iudicio subiici deberet. sed cū gratam operā nonnullis, quorum olim familiaritate vltus fueram, nauare statuissem, & prōptissima voluntas diligentiam excitasset: ingenuè susceptus labor, & intentissima cura productus, pluribus quā ab initio putaram, probatus est: vnde est effectum, vt eum publicare non dubitarem. Vt melius autē totius instituti mei ratio intelligatur, quomodo ad hoc opus auspicandum adductus sum, declarare non pigebit. Cū Argentinæ in Collegio viverem, vbi bibliotheca insignibus libris ornata conspicitur: illam perlustrans in classē historicorum incidi, non mediocriter lætatus, quod talem thesaurum nactus essem, cœpi eos libros diligenter evolvere. Cū verò in Angliam (vbi meliores ætatis annos consumpsi) redire constituissem: volui pro occasione oblata aliquot locos cōmunes, quos in familiaribus congressi-

AD LECTOREM.

bus vsum habere posse iudicabam, breviter colligere, vt nobilibus quibusdam quibus ante hac notus fueram, & quos historiarum studio addictos noveram, (vt ea gens literarū & omnis elegantiae studiosa est) pro xeniolo offerrem, eo animi decreto, vt si meos conatus probarent, vltius auderem. Sed vt hominis viae non sunt in potestate eius: consilium è re nata mutandum fuit. Alio flexum est iter, novaque provincia suscepta, quae licet laborum & curarum plenissima sit, & à consueto studio me subinde auocauerit: in cœpto tamen abscedere turpe duxi, & quod animo intenderam, pertinaci studio quo ad fieri potuit, sum prosequutus: quod tamen nisi succisuis horis effectum non est, quia meae functionis negotia libera studia mihi non permittebant. Itaque ea quae Argentinæ abundans otio, & librorum copia fretus collegeram: hic in ordinē digessi, additis (quantum in librorum penuria licuit) nonnullis exemplis. Singulis autem libris praefatiunculam praefixi, quae breviter docet quid in eis continetur. Idem in singulis titulis factum,

vt

AD LECTOREM.

vt historiae candidati videant, quoniam subiecta exempla referri, & ad quem vsum accommodari rite possint. In duobus autem libris, de rebus bellicis, & de principibus dedi operam, vt meum iudicium alicuius historici sententia confirmetur, ne de rebus tam gravibus nimis temere & arroganter scholastica persona pronuntiassè dicatur. In alijs titulis criticorum rigidam censuram non perinde reformidavi, quod materia, quae in illis tractatur, à scholis non sit exclusa: in aliquot titulis vltimi praefati libri, recentioris historiae exempla pauca notantur: quia in hoc secessu varijs curis districtus librorum copia & omni opè destitutus, sicuti animo destinaram, opus absolvere non potui. Sed si fatalis hora benignitate numinis aliquandiu prorogetur, & ocium cum libris suppetat, plura exempla addere potero: si meam operam multis utilem & gratam esse comperero.

Quaquam optarem, vt qui ingenio & doctrina praestant, librisque & ocio magis abundant, selectiores locos in historia notarent, aut hos limatiores

β

AD LECTOREM,

& luculentiores redderent. Nam sicuti
 historiae tyronibus prodesse & gratum
 facere maxime cupio: ita à doctis & pe-
 ritis addiscere mihi volupe est & exoptatum.
 Quod insignes copiarum duces vel cum principibus coniunxi, vel
 loco principum in libro de principibus
 posui: nemini temere factum (uti reor)
 videbitur, cum illi in castris officio prin-
 cipum fungantur, & à populo protegē-
 do arcēdisque hostibus (quæ militaria
 munera sunt) prima principum origo
 emanarit. Authores è quibus exempla
 desumpsi, citare volui varijs de causis in-
 ductus, primò quia ingenui hominis
 est profiteri, per quem profecerit. De
 inde, quia in ijs quædam adeò rara & in-
 sueta narrantur, ut vana & incredibilia
 non adhibitis testibus haberentur, vt ij
 etiam quib. hæc memorabilia placebūt,
 quo certiores reddantur, ad fontes re-
 currant. Vivet & legetur, & placebit, &
 proderit opus, si fauerit genius: sin ad-
 versetur, cōcidet & interibit, vt Vivis do-
 ctissimi verbis utar. Vt cunque erit, me
 in ijs desudasse nunquā poenitebit si ali-
 quibus meos labores placuisse cogno-
 uero. Vale. Nomi-

NOMINA AVTHORVM
 qui in hisce locis communi-
 bus citantur.

A

<i>Augustinus.</i>	<i>C. Cesar.</i>
<i>Athenaus.</i>	<i>Cornelius Tacitus.</i>
<i>Aelianus.</i>	<i>Chalcondyles.</i>
<i>Appianus.</i>	<i>Cuspinianus.</i>
<i>Arrianus.</i>	<i>Cadamustus.</i>
<i>Ammianus Marcell.</i>	<i>Chronicon Britanniæ</i>

D

<i>Agathias.</i>	<i>Dionysius Halycarn.</i>
<i>Aeginhartus.</i>	<i>Diodorus Siculus.</i>
<i>Aulus Gellius.</i>	<i>Dares Phrygius.</i>
<i>Albertus Crantz.</i>	<i>Dictys Cretensis.</i>
<i>Abbas Urspergensis.</i>	<i>Dion Cassius.</i>
<i>Annius viterbius.</i>	
<i>Argentonus.</i>	

E

	<i>Egesippus.</i>
	<i>Eusebius.</i>
	<i>Eutropius.</i>

B

<i>Biblia.</i>	
<i>Berosus.</i>	
<i>Baptista Egnatius.</i>	
<i>Blondus.</i>	
<i>Bonsinius.</i>	
<i>Budans.</i>	

F

<i>Fulgosius.</i>
<i>Funcius.</i>
<i>Froissardus.</i>

C

Cicero.

G

Guilielmus Tyrivus.

B

AVTORVM

<i>Guicciardinus.</i>	<i>Machiauellus.</i>
<i>Guilielmus Godolen.</i>	<i>Monstreletus.</i>
<i>Girardus.</i>	<i>Monsterus.</i>
<i>Georgius Agricola.</i>	<i>M. P. Venetus.</i>
H	<i>Maximil. Transsyl.</i>
<i>Herodotus.</i>	<i>Martinus Bellarus.</i>
<i>Herodianus.</i>	N
<i>Hieronimus.</i>	<i>Nicetas.</i>
<i>Haithonus.</i>	<i>Nicephorus.</i>
I	<i>Nauclerus.</i>
<i>Iosephus.</i>	O
<i>Iustinus.</i>	<i>Orosius.</i>
<i>Iulius Capitolinus.</i>	<i>Otto Frisingensis.</i>
<i>Iouianus Pontanus.</i>	<i>Osorius.</i>
<i>Iosephus Indus.</i>	P
<i>Iacobus Curio.</i>	<i>Polybius.</i>
<i>Ioannes Marius.</i>	<i>Plutarchus.</i>
<i>Iornandes.</i>	<i>Pausanias.</i>
L	<i>Plinius.</i>
<i>Lactantius.</i>	<i>Pomponius Mela.</i>
<i>Lampridius.</i>	<i>Procopius.</i>
<i>Leuinus Apollonius.</i>	<i>Paulus Diaconus.</i>
M	<i>Platina.</i>
<i>Manethon</i>	<i>Pomp. Latus.</i>
<i>Metasthenes.</i>	<i>Polydorus Virgilius.</i>
<i>Mechonius.</i>	<i>Paulus Aemylius.</i>
<i>Macrobius.</i>	<i>Petrus Martyr Angl.</i>

NOMINA.

<i>Paulus Iouius.</i>	<i>Sabellicus.</i>
<i>Philippus Melantho.</i>	<i>Saxo Grammaticus.</i>
<i>Petrus Bizarus.</i>	<i>Sleidanus.</i>
<i>Petrus Messias.</i>	T
<i>Polychronicò Anglia.</i>	<i>Thucydides.</i>
Q	<i>Titus Linius.</i>
<i>Quintus Curtius.</i>	<i>Trebellius Pollio.</i>
R	V
<i>Rauisius Textor.</i>	<i>Valerius Maximus.</i>
<i>Rabutinus.</i>	<i>Velleius Paterculius.</i>
S	<i>Vopiscus.</i>
<i>Strabo.</i>	<i>Fulcatius Gallican.</i>
<i>Sallustius.</i>	<i>Vadianus.</i>
<i>Suetonius.</i>	X
<i>Solinus.</i>	<i>Xenophon.</i>
<i>Sextus Ruffus.</i>	Z
<i>Spartianus.</i>	<i>Zonaras.</i>
<i>Sextus Aur. Victor.</i>	<i>Zieglerus.</i>
	B 3

DE REBUS ET FACTIS

memorabilibus librorum octo
tituli, siue capita.

Primi libri tituli quinque.

- | | | |
|---|---|---------|
| 1 | De mirabilibus arboribus. | pag. 3. |
| 2 | De gemmis. | 13 |
| 3 | De mirabilibus lacubus, fluuijs & fontibus. | 16 |
| 4 | De montibus eructantibus ignem. | 31 |
| 5 | De monstrosis animalibus. | 32 |

Secundi libri tituli octo.

- | | | |
|---|---|----|
| 1 | De magnis ciuitatibus. | 41 |
| 2 | De magnis vectigalibus & copijs militaribus. | 51 |
| 3 | De singularibus legibus & moribus nationum. | 63 |
| 4 | De falsa diuersorum populorum religione. | 77 |
| 5 | De durissimo victu duraque habitatione quarundam gentium. | 85 |
| 6 | De rebellionibus acerbissimè vindictatis. | 90 |
| 7 | De Imperijs, quæ per multa secula dura- | |

CAP. ELENCHYS.

durauere. 97

- 8 De gloria, & calamitate nationum.

100

Tertij libri tituli viginti quinque.

- | | | |
|----|--|-----|
| 1 | De ijs qui nauali gloria excellere. | |
| | | 144 |
| 2 | De seueritate in seruanda militari disciplina. | 153 |
| 3 | De foedifragis, interneccione deletis, aut manus dare coactis. | 161 |
| 4 | De ijs qui reiecta pace malè pugnarunt. | 167 |
| 5 | De numerosis exercitibus. | 177 |
| 6 | De magnis conatibus miraculose impeditis. | 180 |
| 7 | De infaustis expeditionibus. | 189 |
| 8 | De exercitibus occidione deletis. | 194 |
| 9 | De legatis violatis. | 202 |
| 10 | De proditione pro merito compensata. | 208 |
| 11 | De magnis copijs à parua manu deletis. | 217 |
| 12 | De stulta opinione victoriae. | 220 |
| 13 | De securitate post victoriam exitiali. | |

225

CAPITV M

- 14 De ijs qui in acie præ cæteris fortiter
se gessere. 232
- 15 De ijs qui à victoribus victoriam ex-
torserunt. 241
- 16 De ijs qui ab hostibus in desperatio-
nem coniecti victoriam ex inspera-
to reportarunt. 246
- 17 De ijs qui res præclaras, sed suis rebus
publicis calamitosas gessere. 251
- 18 De longis obsidionibus ciuitarũ. 257
- 19 De victorijs celeritate partis. 262
- 20 De victorijs mora & cunctatione par-
tis. 268
- 21 De prælijs, in quibus pauci, aut nulli
cecidere. 273
- 22 De prælijs, in quibus plures è victori-
bus cecidere. 278
- 33 De prælijs, ybi æquata fuit clades. 282
- 24 De prælijs, quæ diu durarunt. 286
- 25 De prælijs citò confectis. 293

Quarti libri tituli septem.

- 1 De fide seruorum erga dominos. 297
- 2 De fide & amore bestiarum erga do-
minos. 303
- 3 De gratitudine hominum erga be-
stias.

ELENCHVS.

- fias. 307
- 4 De gratitudine bestiarum erga homi-
nes. 311
- 5 De ijs qui in extremis casibus fideles
& gratos suis principibus & domi-
nis se præstitere. 315
- 6 De clementia erga hostes. 321
- 7 De lenissima vindicta. 326

Quinti libri tituli nouem.

- 1 De ijs qui suos successores è medio
tollere conati sunt. 332
- 2 De ijs qui patres in ius vocarunt, aut
in vincula coniecerunt. 338
- 3 De fortissimis ducibus, qui contra pa-
triam arma tulerunt. 341
- 4 De ijs qui nefario ausu gloriam que-
sire. 345
- 5 De ijs qui propter violatas vxores gra-
uia facinora ausi sunt. 349
- 6 De ijs qui barbaram feritatem exer-
cuere in hostis, vel viuos vel mor-
tuos. 352
- 7 De ijs qui sibi mortem conscinere, ne
in manus hostium inciderent. 358
- 8 De exacta vindicta. 362

C A P I T V M

9	De insigni crudelitate.	369
	<i>Sexti libri tituli quindecim.</i>	
1	De prælagijs futurorum principū.	384
2	De prædicta morte principum à ma- thematis, & vaticibus, vel denun- ciata prodigijs.	391
3	De prodigijs ante aliquam cladē.	395
4	De contemptis cum damno cœlesti- bus signis & vaticinijs.	404
5	De vaticinijs malè intellectis.	408
6	De panico terrore.	413
7	De bono vel malo omine capto ex le- uissimis causis.	417
8	De quibusdam locis, & diebus faustis vel infaustis nonnullis gentibus, & nationibus.	425
9	De celeri & mirabili fama.	428
10	De stupendis terræmotibus.	431
11	De prodigiosa fame.	435
12	De graui peste.	440
13	De multæ prolis parentibus.	444
14	De prodigiosis helluonibus.	445
15	De ijs qui ex infimo loco ad sublimes dignitates sunt euecti.	449
	<i>Septimi libri quatuor tituli.</i>	
	De mulieribus bellica laude illustri- bus	455
	2 De	

E L E N C H V S.

2	De mulieribus, quæ rep. administra- runt.	461
3	De mulieribus impuditiæ & impu- dentiæ extreme.	465
4	De mulieribus, quæ maritos intere- mère.	468

Octavi libri tituli viginti septem.

1	De principibus literatis, & doctrina- rum fautoribus.	479
2	De principib. astronomiæ peritis.	486
3	De principibus liberalibus & magni- ficis.	491
4	De principibus gloriæ cupidis.	496
5	De principibus militib. charis.	500
6	De principibus populo charis	505
7	De principibus, qui sobrii & modera- ri fuère.	509
8	De principibus laborum patientissi- mis.	511
9	De viribus immodicis quorundam principum & ducum.	516
10	De principibus & ducibus, qui in con- silijs multos interemère.	518
11	De principibus, qui sine bello regna- runt.	521

C A P I T V M

- 12 De principibus illiteratis. 524
 13 De principibus è sublimi rerum fasti-
 gio deturbatis. 527
 14 De principibus & ducibus, quib. sua
 auaritia fuit exitialis. 530
 15 De principibus à suis propter tyranni-
 dem & crudelitatem occisis, aut
 eiectis. 534
 16 De principibus qui à filijs trucidati
 sunt, aut bello afflicti. 538
 17 De principibus, qui suos filios truci-
 darunt. 541
 18 De principibus luxu perditis. 544
 19 De principibus populo exosis. 551
 20 De mirabili & stupenda morte prin-
 cipum 553
 21 De principibus, qui dolore ignominie
 necem sibi intulere. 558
 22 De principibus, qui Reip. administra-
 tionem molestam senserunt. 561
 23 De ijs quibus principum gratia exi-
 tum attulit. 566
 24 De malis hæredibus bonorum prin-
 cipum. 572
 25 De principibus religionis contem-
 ptoribus. 575
 26 De ijs qui à principibus ad tribunal
 cæle-

E L E N C H V S.

- cæleste prouocarunt. 579
 27 De diuina in principes ultione. 583

F I N I S.

DE REBUS NATV-
RALIBVS, LIBER
PRIMVS.



Administra fatis natura est, hominumq; nutū nihil observat, inquit Eusebius. quibus verbis innuit, Deum hoc præclarum & admirabile mundi opus, liberrima voluntate gubernare, nihilque fortunæ temeritati, vel hominum industriæ, in illius administratione subjacere. Firmiter itaq; tenendum, & constanter affirmandum, tam pulchrum & concinnum rerum naturalium ordinem à divina providentia totum pendere. Si quid ideo consuetum statûs anni temporibus natura ad hominū usum progenuerit, aut prodigiosum & insolitum ad stuporem & admirationem produxerit: non ad fortunam & casum, nec ad hominum solertiam, aut geniorum peritiam referendum.

A

2 DE REB. NATURAL.

Ut autem hominum industria naturam ad agendum impellere non potest, ita ars nec superior nec æqualis illi dicenda. quòd si in quibusdam non minus utilitatis ab arte, quàm à natura percipi senserimus, non propterea naturæ præferendam dicemus artem: siquidem illa venustate, constantia, & firmitate semper arti antecellit. Et quis nativa accersitis, & insita artificiosis non faciliè prætulit? Tanta est naturæ dignitas, ut ejus sim-
 plex opus exactæ artis diligentia ab omnibus non insulis præferatur: quia in ipsius operibus nihil fucatum aut inutile conspicitur, etiam si lusisse videatur. Cum itaque primæ partes omnibus in rebus præclaro merito naturæ tribuantur, prius de rebus naturalibus in hoc de rebus & factis memorabilibus Opusculo tractabimus:.

DI

LIBER I

DE MIRABILIBVS
ARBORIBVS.



NATURA ut in procreandis rebus sagax & potens, ita in conservandis provida, uberes proventus ad alendos factus suos ubique suggerit, variaque dona ad eorum ornatū profundit, non ajuabili tamen mensura: nam vel parcius, vel profusus, pro diversa cæli plaga, sua largitur munera. Cum in permultis autem rebus, quæ ad vitam hominum tuendam conducunt, ejus munificentia conspicitur, in nulla major apparet, quàm in arboribus. quædam enim ad animantium alimentum fructus proferunt, quædam materiam ad ædificia suppeditant, quædam utrique usui serviunt: & nulla est, quantumvis sterili, enormis, nodosa, aut cariota, quæ pabulum saltem igni ad multos hominum usus non præbeat. Hoc verissimum esse, fidei certissimæ testis experientia monstrat. Sed cum omnes arbores & usu prosint, & forma delectent, quædam reperire est, quæ præ cæteris raro & insigni naturæ privilegio cumulatius hoc præstant. Sunt enim quædam longo ævo & diuturnitate mirabiles, quædam proceritate & amplitudine præcellentes, quædam propter raros, eosque virtutis excimie fructus, per celebres, quædam ob multiplices usus insignes: de quibus aliquot (ut à re nobilissima nostrum hoc Opusculum aspiciemus) hic primus proponemus titulus.

A 2



CRIBVNT Iosephus & Egesippus, apud Cheron Idumeorū urbem, Vespasiani Imperatoris temporibus terebinthū magnam arborem fuisse, quam constans fama, à majoribus per manus

tradata, à condito mundo ad ea usque tempora durasse vulgaverat, quòd inter miranda naturæ facta meritò videri debet: cū illius arboris vita ultra quattuor annorum

millia prorogata fuerit.

Antiquitate & diuturnitate spectabiles etiam videbuntur tres illæ ilices, quas Plinius apud Tiburtes fuisse scribit, Tiburtes eorum conditorē vetustiores. cū verò Tiburtes multò ante Romanū ortum habuerint, cōstat eas arbores ad mille annos durasse. Scribit itidē, ilicem tunc temporis in Vaticano fuisse, quæ Tyburtinas diuturno evolvere æquabat. nam ipsa urbe Roma vetustior esse dicebatur.

PLIN. lib. 16. nat. hist. flor.

In Melsicana terra Indiæ, quæ ad austrū maxime vergit, arbores quædam sunt ingentes, & proceritate conspicuæ, quarum rami cū ad duodenos cubitus creverint, reliquum incrementum primum faciunt deflecti, quousq; terram extremitate contingant: cū terrā sunt ingressi, propaginum instar radices agunt, mox rursus è terra erumpentes, in truncum exeunt: ad justam magnitudi-

dinem cū excreverunt, alios producant ramos, qui cū eorum altitudinem, unde STRABO propaginem duxerunt, attigerint, flectuntur, & alios tenellos producant truncos, qui deinceps alios: ita ab una arbore fit umbraculum, tabernaculo multicolunio non dissimile, aspectu non injucundum.

Proceritate cōspicua supra omnes arbores, quarum apud rerū naturalium scriptores fit mentio, larix illa est, cujus tempore Tiberii trabs Romæ visa est, pedes centum viginti longa, bipedali crassitudine, ubiq; æqualis. nam ex hoc datur intelligi, immensam fuisse reliquam altitudinem: cū arbores ferè soleant in obelisci formam excrecere.

PLIN. lib. 12. nat. hist. cap. 25.

Sicut hanc altitudo ingens & proceritas STRABO commendat, ita amplitudo illam, de qua STRABO scribit, quòd umbrā in meridiem ad quinq; stadiorum spacium protendebat.

Affine huic est, quod Arrianus scribit, in India esse arbores tantæ amplitudinis, ut earum umbra ad quinque terræ jugera extendantur, & dena hominum millia sub earum una sese commodè possint ab æstu Solis protegere.

ARRIANVS. lib. 8.

In Mangiana Indiæ regione passim vitem STRABO reperiri Strabo author est, cujus stipitem duæ vix hominum ulnæ complecti possunt.

Sed amplitudine omnes arbores superat PETRVS ea, quæ in Perurana regione reperitur, cujus ambitum vix sedecim homines brachiis extentis amplecti possunt.

Martyr. ANGLE. dec. 1. lib. 9.

PLIN. lib. Tantæ amplitudinis crescunt in India arundines, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant, non nunquam ex una cõstruitur navis, quæ medimnos Græcos quadraginta capit apud Pego crassitudine maximum dolium æquare possunt.

CHAL. CONDILES lib. 3. In America sunt arbores ad eò proceræ, ut sagittæ tactus ad cacumen pervenire non possit, tantoque ambitu ut viri octo brachiis extensis truncum amplecti nequeant.

M.P. VERNET. lib. 2. Apud Macheruntem ruta fuit nulla ficu vel altitudine nec crassitudine inferior, quæ Abtherodis Ascalonitæ temporibus usque ad Hierosolymorum vastationem duravit, quo annorum curriculo octo Imperatores regnarunt.

Propter fructuum excellentiam per celebres sunt & valde memorabiles omnes illæ arbores & frutices, quæ ferunt aromata, quarum formam, magnitudinem & natale solum describere non pigebit, ut tam eximie virtutis plantæ, quæ multis sunt admirationi melius innotescere possint.

MAXIMILIAN. Trāsylvanus. Cinnamomum arbor lauro admodum similis est, præcipuè si folia spectes furculosa. grana gignit lauri baccarum instar, minutiora tamen, eademque albicantia; ea cum foliis ac radice arboris cinnamomi odorem, saporem, substantiamque habent, sed præstat cortex, rami tertio quoque anno delibrantur, cortex ad Solis calorem dehiscens à li-

à ligno avellitur, & optimum cinnamomum est, quod ad nos deferretur. In India crescit, & abundè in insulis Zailon & Badan prope Moluccas.

Arbor quæ fert garyophylum foliis crassitudine & altitudine lauro simillima ejusmodi arborum in Moluccis insulis præcipuè Tarante Mathieu & Theodori maxima copia est.

Myristicæ nuçis, quam muscatam vulgò vocamus, arbor caudicem Perfici mali caudici persimilem habet, ramos ac folia juglandi consimilia producit; verum nonnihil angustiora. Crescit in insula Bandan & aliis quibusdam locis in India, & abundè in insula Java.

Piper frutex potius quam arbor, cujus caulis admodum debilis, & sicut vitis ad miniculo indiget, forma non admodum ab similibus hederæ serpit, & altius crescens proximam arborem complexu semper vincere consuevit, dispergiturque in complures ramulos ad duos vel tres palmos longos, & singulis malleolis seni dependent racemi palmo non ampliores: colligitur fructus mensibus Octobri & Novembri in colorem prasinum inclinans ad Solem assandus adponitur: triidui spacio nigrescit: absque aliquo cultu & labore crescit: abundè invenitur in circumjecto agro Calechut in insula Java, & alijs quamplurimis Indiæ locis.

LVD.RO Zinziber radix est, quæ profundius in ter-
man.lib. 3. ram non agitur quàm ad ternos vel quater-
 nos palmos, quum eruitur internodium ra-
 dicis in scrobe relinquitur. Illud est velut fe-
 men in proximum annum, crescit in quam-
 plurimis in India locis, & abundè in circum-
 jecto agro Calechut.

ANGLE Arbores cassiam producetes sunt crassif-
RIVS dec. simi trunci, habent, folia moro per similia, flo-
3.lib. 6. rem gestant latum & candidum, tantam fru-
 ctuum copiam ferunt, ut plurimos ne distrū-
 pantur rami tollere oporteat. in Aegypto
 crescunt.

Balsamus frutex est, non arbor, proceritas
 enim (vt refert Plinius) non vltra bicubita-
 lem magnitudinem excrescit. folium habet
 rutæ admodum simile. properat nasci. nam
 tertio anno fert fructum. Inciduntur extre-
 mi cortices vitro, lapide, offeisque cultellis. è
 plaga succus omnium adoratissimus refudat
 tenui gutta; sed qui est eximie virtutis, & im-
 mensi precij, vim tantam Iudeæ concessum
 balsamum apud Hierchunta tradit idem Pli-
 nius, sed Angelierius apud Mathaream in
 Ægypto sex milliaribus à Memphi balsa-
 metum fuisse olim, cujus longitudo erat du-
 centorum passuum, latitudo supra centum:
 & dum apud Campsonem Gaurum Mem-
 phiticum Sultanum legatione fungebatur,
 se vidisse testatur: sed tunc prorsus exarue-
 rat. nec verò absonum videtur tempore Plinij
 illud tantum naturæ munus ibi nondum fuisse,
 se,

se, ut tempore Anglerij iam defecerat. La-
 chryma balsami primū in virtute & precio
 locum obtinet poma secundum, cortex ter-
 tium: vltimus honoris & æstimationis lo-
 cus ligno relinquitur, ita in frutice illo nihil
 reperire est, quod non sit insigne & eximium.

Thuris arbor abieti similis, in parem ta-
 men magnitudinem non excrescit, flos arbo-
 ris colore croceo. Thus ab arbore velut la-
 chryma, cortices arboris crebris incisio-
 nibus aperiuntur, vt thus eliciatur. non quæ-
 vis tellus eam alit arborem, sed Arabia dun-
 taxat, ac ne uniuersa quidè, sed Sabæorū so-
 la regio, vt Plinius refert. sylvarū talium ar-
 borum longitudo est schœnorum viginti, la-
 titudo dimidio minor, schœnis stadia qua-
 draginta continet, miliari Germanico ferè æ-
 qualis. Diodorus Siculus scribit eam arbo-
 rem etiam in insula Arabiæ, quæ sacra dici-
 tur reperiri. in regione Aden in India thus
 album abundè reperitur.

Myrrha arbor Lentisco similis esse dici-
 tur, folium habet frequentius, & oliuæ simi-
 le. fluit autè myrrha effossa ab radicibus ter-
 ra, bis in anno suum fructum reddit, vere atq;
 æstate, sed rubeum vere, album verò æstate.
 crescit in Arabia, quæ odoriferas arbores om-
 ne genus alit. hoc insigne donum alijs
 terris naturam denegasse veteres scriptores
 tradiderunt. Sed M. P. Venetus refert, circa
 insulam Zipangri juxta littus maris insulas
 esse ad septies mille quadringentas octo, in

SOLIN.

Zonaran. 1.

SABELL.

en. 7. lib. 4.

ANGLE.

de leg. Ba-

byl. lib. 2.

IOV. hist.

17.

PLIN. lib.

12.

DIOD.

lib. 6.

M. P. VE-

NET. li. 3.

DIOD.

lib. 6.

M. P. VE-

NET. li. 3.

quibus omnibus crescunt arbores odoriferae, & virgulta suavem odorem spirantia.

Medica arbor inter raritate & viribus insignes jure recensetur, quam natura Mediae regioni tantum concessit, proceritate conspicua est, folium quale unedonibus inest, fructum profert venenis inimicum, sapore aspero, & mira amaritudine: odoris autem fragrantia per jucundum & suave: pomorum tanta illi ubertas, ut onere semper rami graventur: tantae est feracitatis, ut protinus atque ejus poma maturitate ceciderint, alia statim protuberent.

SOLIN.

CADAMISTES. In insula Sancti portus, quae ad occidentem vergit arbor reperitur, quae stato anni tempore ferro sauciatur: anno vero sequente per incisiones gemmam emittit instar gummi, illud ahenis decoctum & defecatum sanguis efficitur, quem appellant draconis, praeter illud gummi ex corticibus elicatum fert fructum ce-raso simile in mense Martio, sapore eximium.

In regno Samara Indiae sunt multae arbores parvae & humiles, quae singulae ramos quattuor habent, quos certo anni tempore incidentes incolae stillantem liquorem colligunt, qui adeo abunde ex incisione profluit, ut per diem & noctem urceum plenum colligant ex ramo uno, quo evacuato aliis ramis admovent urceum, idque tandem faciunt, donec stillicidium illud desierit, aliam ibi vindemiam non habent.

M. P. VE.
NE T. li. 3.

In regno Panfur, quod est in insula Java, sunt

sunt arbores trunco satis amplo & crasso, quae corticem subtilem habent, sub qua invenitur farina optima, ex qua delicata parantur cibaria.

In ferrea ulteriori Canaria arbor est, ex cuius rore assidue destillat aqua quae in lacunam manufactam cadit potus satis suavis, qua utuntur omnes incolae; quia ibi nulla est alia potabilis aqua.

ANGLE.
des. 1. lib. 1.

His merito adjungi possunt arbores lanigerae, quas Plinius in Persica insula reperiri asserit, & pro fructu ferunt Cotonaei mali magnitudine cucurbitas, quae maturitate ruptae ostendunt lanuginis pilas, quae pro lana utuntur. tantae autem est praestantiae, ut nec pulchritudine, nec bonitate nulla lana ei conferri possit, ut pretiosae vestes, quae inde conficiuntur demonstrant.

PLIN. lib.
12. cap. 10.
HEROD.
lib. 3.

Ob multiplices utilitates preclaro jure celebrari meretur palma: siquidem panem, mel, acetum, oleum & textilia pabulaque suppeditat. In Augusto mense illam putant agricolae, ut apud nos vites incisa gemit, instarque vitis fauciatum lachrymas emittit. has vasis excipiunt. ea aqua sapore vinum repraesentat, & loco vini bibitur. si vero per triduum asservetur, suapte natura nulla arte adhibita fit acetum. qui mel inde efficere cupit, is aquam illam simul ac ex arbore fauciatam manavit, sumit, ahenisque impositam tantisper coquit, donec vix tertia pars supersit. sic decocta mel efficitur suavissimum, ubi mel est ef-

DIODO.
RVS lib. 2.
STRABO
georg. 16.
AMMIANVS
Marcellinus 23.
IOSEPH.
Indus in
Inveraria.

fectum in naturam vini transit: si aquis immersum & subinde purgatum fuerit, usque ad vigesimum diem. è nucleis oleum exprimitur, ex lignis semicompositis carbones fiunt, ex cortice funes. Et si nuclei aqua macerentur, bobus & ovibus in pabulum dantur. Maritari palma dicitur cum mas & femina juxta collocantur, facileque sexus potest discerni: ferunt amore mutuo & confortio delectari. & si ex more femina maris semine illita non fuerit, abortivos fructus tantum ædit. crescit in Arabia & India passim.

Palmam utilissimam arborem fecunditate, ac suavitate fructuum, & multiplici alia commoditate antecellit arbor illa, cujus Ludovicus Romanus in suo Itinerario mentionem facit. Illa Cariotas producit, juglandisque gustu suavissimas profert, etiam vinum, aquam limpidissimam, & potu suavissimam rosaceæ aquæ non absimile, oleum pinguisimum, & saccharum admodum dulce. Ex cortice funes fiunt, qui rei nauticæ maximam usum præbent. conficiuntur etiam tenuissimi panni, qui quosvis colores recipiunt, & sericeo bonitate, & pulchritudine non cædunt. Fert ligna igni alendo aptissima, & præterea carbones. Ex frondibus, quæ decidunt, fiunt ædium imbricamenta, vicemque recti suppleunt, fenosque menses pluviam non transmittentes durant. Per totum annum fructus in ea inveniuntur virides, vel maturi. fructum ferre incipit anno quinto,

vi-

vivitque ad annos quinos supra vicenos. Crescit in agro circumjecto Calechut, & locis finitimis: sed longo intervallo ab aliis sui generis disjuncta, mille nempe & ducentorum passuum. Vt magnas profert utilitates, ira in maximo est precio. Nam si belli licentia, aut victoriæ jure ejusmodi arbor excisa fuerit, irreconciliabile bellum iis, qui tam grave facinus admiserunt indicitur.

LVD RO
man. lib. 3.

DE GEMMIS.

Nter res quas natura procreat, nec eximia pulchritudine spectabiles, vel rara virtute admirabiles: nihil usquam reperitur, quod in sui amorem magis homines aliciat, quam gemmæ. Eas vero primas tenere partes inter res pretiosas nemini dubium esse puto. neque hæc opinio ita hominum animos occupasset, nisi vires eximias, & virtutem singularem illas habere usu compertum esset. qui posset verò tam exigui corporis res cujuslibet status & ordinis homines in admirationem ac desiderium sui tam impotenter raptare, nisi benigno conspirantium siderum concursu vires ei egregiæ & mirabiles à natura indita essent? Hoc Persæ, & Arabes vel usu rerum edocti, vel vivaciore ingenii acumine earum naturam perscrutati tradiderunt. Græci, & qui eos sequuti sunt, illis vim medicam inesse, ut succivo medendi urinae difficultatibus: corallo ventris torminibus, & calculosis affectibus fatentur: in animum verò ad mores formandos, vel fortunam mutandam vim ali-

quam exercere posse negant, ut qui materia, ex qua eas generari credunt rationem tantum habeant ex-
 plosis, aut non multum æstimatis efficientibus cau-
 sis. Quamvis non putem eos, cur magnes ferrum at-
 trahat, adamas venena deprehendat; smaragdus co-
 mitiali morbo advesetur primis, vel secundis qua-
 litatibus, quæ ex materia temperamento oriuntur,
 adscribere velle: nec temerè affirmare vellem,
 eas omnes prorsus habere vires, quæ à gemmarum
 manganibus jactanter prædicantur: sed ut multæ
 sunt herbarum efficacis contra morbos remedii: licet ea-
 rum usus non sit multis cognitus: ita gemmis exi-
 mias inesse vires licet occultas & arcanas non à ra-
 tione prorsus abhorret. Ipsarum autem vires altius
 perscrutari impresentiarum non est animus, quan-
 doquidem non historice, sed philosophicæ considera-
 tionis est. verum in quibus terris insigni naturæ pri-
 vilegio generantur, & qui nam principes magnitudi-
 ne, aut precio excimias, vel olim habuerint, vel nunc
 habere dicantur, ut perpetuo temporis cursu à ma-
 gnis viris quamplurimi æstimatis esse constat, hoc
 titulo declarare constitui.



AGRIC.
 lib. 6. de na-
 tura fossi-
 lum.

Reperiuntur gemmæ in quatuor
 mundi partibus, Europa, Asia,
 Africa, & America: sed copiosius
 in Asia. Sunt autem in metalli-
 cis; inveniunturque vel in venis, vel in fi-
 bris, vel in commissuris saxorum, quin etiam
 hærent interdum in saxi corde.

Orientalis gemmas cæteris præstantio-
 res esse & majoris ubique æstimationis extra

CON-

controversiam est. Inter se autem ita confe-
 runtur, ut primas partes adamas teneat se-
 cundas unio; tertias smaragdus, quartus opa-
 lus; quintas pyropus. postea sequuntur la-
 pspis, sapphirus, cyaneus, topazius, chrysolithus,
 balasius, hyacinthus, amethystus, a-
 chates, onix, ut notat Agricola. gemmarii ta-
 men in quibusdam non assentiuntur, qui ter-
 tias partes pyropo tradunt.

Nascitur adamas in Æthiopia, India, A-
 rabia, Macedonia Cypro, Perurana, & Tusca
 man. lib. 3.
 regionibus. Indicus supra cæteros trans-
 M. P. Ve-
 lucet, in multisque locis Indiæ invenitur. N. B. li. 3.
 In monte prope Tabaiam urbem, in regno P. lo v.
 Decari sexto ab urbe lapide. In regno Mur-
 fili. Ibi cum pluit, accedunt incolæ ad rivos
 aquarum, qui de montibus torrentium instar de-
 scendunt, & in harena multos colligunt, unde
 conjicitur è saxorum commissuris erui: sed
 omnium præstantissimi effodiuntur è mon-
 te Zailonis insule, in quo varia alia gemma-
 rum genera reperiuntur. Inveniuntur in-
 terdum magnitudine nuclei nucis avellanæ.
 aliquando etiam videntur unguem polli-
 cis adæquantes, vel etiam longiores, sed raro.

Olim margaritæ in Britannia reperiebatur
 in magna copia. Iulius Cæsar thoracem
 è Britannicis margaritis confectum Veneri
 genetrici dicavit: sed jam pridè illud munus
 natura ei regioni invidit. Et nunc in Euro-
 pa non inveniuntur, nisi in Moscovia, &
 Scythia, sed non insignes, nec in magna

SVETG-
 NIVG.

copia. In America, Asia, & Africa multis in locis inveniuntur. In Mexicana regione frequentes sunt insulæ, non procul à litore, in quarum vadis multi urinatores videntur legendis conchis, & unionibus intenti. In regno Var Indiæ sinus est maris, in quo margaritas urinatores abundè expiscari solent. Præterea in insula Zipangri, in regno Cambaræ, in Paria, in Porne insula, in Solo, in provincia Caniclus, in Taprobana insula.

ANGLERIVS dec. 3. lib. 1. **dec. 4.**
Est juxta Vrabam regionem insula, in qua conchyliæ gignuntur, è quibus uniones eruuntur faba, & interdum olea grandiores.

SOLIN. In Perfidis insula una, quæ duodecim passuum millibus à continenti distat, leguntur conchæ, quæ pariunt margaritas venustiores, & grandiores cæteris. Solinus scribit, margaritas uniones vocatos fuisse, quòd nunquam duos simul in eadem concha nasci contingat, sed experientia id falsum esse ostendit. Vespucius Americus Floreatinus in occidentali India (quam de ipsius nomine Americam vocant) centum & triginta margaritas in una concha se reperisse scribit. Anglerius affirmat, in Dite insula centum, & viginti in uno conchyli fuisse reperitas. Sed Solinus de insignioribus fortasse intelligit, & sic Ammianum Marcellinum suę sententiæ habebit ad stipulatorem. Gravidæ (inquit) conchæ minutas margaritas binas, vel ternas edunt, vel uniones sic appell-

ANGL.
dec. 3. lib. 10.

AM. MAR.
lib. 22.

pellatus, quòd ejus terræ (Indiæ scilicet & Perfidis, conchulæ singulas aliquoties pariunt, sed majores.

Piscandi margaritas non ubique idem est tempus. In regno Var, in sinu quodam fit piscatio tantum per Aprilem, & Majum. In eadem ora alio in loco, qui ab illo trecentis distat milliaribus, leguntur per Septembrè, & Octobrem, nisi à conchyliis sua sponte excidant, perfecti non sunt. Cum verò maturerunt in ostreis, à carnibus semet sejungunt, & tales uniones optimi sunt. In Paria, in harena maris reperiuntur, unde conjicitur, ab ipsis conchis cum maturi sunt, expelli. Si è conchis assatis eruuntur, margaritæ non admodum sunt candidæ: si verò è crudis, fatis candidæ. Quò majores conchæ sunt & profundius in aquis habitant: minores propiores aquæ margini minimæ summitati aquarum adhuc viciniore degunt. Ad majores conchas legendas piscatores ad tres aliquando orgyas descendunt. cum mininas legunt, vix supra genu in aquis extant. harum etiam post sedatum mare à sævis tempestatibus, copiam non parvam in harena ab undis projectam, & in sicco reliquam reperiunt. Si magni fuerint uniones globosi, candidi, quales interdum Indici & Arabici visuntur, maximi precii sunt. & ut summam res dicatur, dos margaritarum in candore, lævore, orbiculari forma, magnitudine, & pondereprehenditur. In insu-

ANGL.
dec. 3. lib. 1. & 2.

AGRIC.
de nat. fos. fil. lib. 6.

BVD. de ase 2.

MPVE.
NET. li. 3.

la Zipangri in magna copia inveniiri crassas, & rubei coloris M.P. Venetus asserit, quæ albas precio & valore longè præcellunt. Magnitudine nucis avellanæ in multis locis reperiuntur, sed in insula Solo prope Moluccas, magnitudine ovi columbini, nonnunquam etiam gallinacei.

AGRIC. Smaragdus reperitur in Scythia Asiatica, lib. 6 de natura fossilium.

LVD.RO man. lib. 3. in Baetis, in Media, in Perside, Arabia, Ægypto, Cypro, India, Moscovia, Perurana & Tuscana regionibus. Primas partes Scythicæ: secundas, Bactrianæ: tertias, Ægyptiæ: quartas, Æthiopicæ puræ & cocolores: quintas Cypriæ: reliquæ viliores. totius orbis elegantiores nascuntur in insula Gyna & Zailon. Gynaes etiam Zailonensibus præferuntur.

PLIN. lib. 37.

Opalus in India reperitur, nec ferè excedit magnitudinem nucis avellanæ.

LVD.RO man. lib. 3.

Pyropus in Perurana & Tuscana regionibus reperitur, in India in pluribus locis: sed præstantiores in insula Zailon, qui pondere aliquando excedunt ceratia decem.

AGRIC. lib. 6.

Iaspis nascitur in Norico, Thracia, India, Cypro, Cappadocia, Scythia, Phrygia, non in montibus solum sicut aliæ gemmæ, sed in aquis etiam, ut in fluvio Penn in India passim inveniuntur.

NET. li. 3.

AGRIC. lib. 6.

Sapphirus effoditur è monte Zailon in insulæ, nascitur etiam in Media, in Africa, America, Arabia petrea, Armenia minore, Ægypto, Galatia.

LVD.ROM. lib. 3.

Cyaneus lapis, sive eranos, quem turchianam

nam vocant crescit in India multis in locis, & præsertim in Arriana provincia, in Scythia, Cypro, Ægypto.

Topazius nascitur in insula Zailon, & in Ophiride in Arabia. In petra reperitur. die ob Solis splendorem non visitur. noctu in tenebris lucet.

Chrysolithus nascitur in Hispania, Ponto, India, Arabia, Æthiopia, & apud Bactros.

Balasciæ provincia magna in India Balasios producit.

Hyacinthus in Æthiopia invenitur, & in India in insula Zailon. Amethystum mittit Thafus, Cyprus, Galatia, Armenia minor, Arabia petrea, India.

Achatem Sicilia primum dedit in Acharis fluminis ripis repertam, unde nomen habet: quæ maximè probatur vitream habet perspicuitatè. Hoc insigne, & peculiare præcæteris ei inest, quod varias rerum species exprimit, ut fluminum, nemorū, jumentorum, effedorum etiam & phalerarum equorum.

Onix, si Agricola credimus, idè nunc est, quod Calchedonius lapis. Lud. Rom. inter eos differentiâ ponit. In itinerario enim suo scribit non longè à Bambata montè esse, unde eruitur onix, & Calchedonius lapis. Invenitur in India.

Non prætermittendus videtur hexaconalithos propter raritatem, & varios colores insignis, qui apud solos Troglodytas invenitur, & tam diversis notis sparsus &

SOLIN. distinctus, ut sexaginta geminarum colores in eoprehendantur.

Gemmæ magnitudine, vel precio insignes, & inusitato naturæ miraculo cæteris sui generis præcellentes, tanquam raræ fœlicitatis munus à multis scriptoribus notantur.

Inter uniones primum locum hucusque obtinuit unio Cleopatrz, quem in cœna ab Antonio condicta in immensi ac stupendi luxus testimonium aceto dissolvit, qui centies sestertium fuit æstimatus. hæc summa secundum computationem Budæi aureis solatis ducenties quinquagies mille æquipollet.

BVD. de
asse 2.

IDEM *ibi*
dem.

Vnio Servilię, quę à C. Cæsare dono accipit, inter eximias etiam numeratur, utpote sexagies sestertium æstimatus, id est, centum quinquaginta millibus aureorum.

Præcellentes admodum etiam fuere illi duo uniones, quos scribit Lampridius Alexandri Severi uxori à legato quodam donatos, quos cum Severus vendi iussisset propter immensum valorẽ, quod magni ponderis & inusitatę magnitudinis essent, emptoris non invenerunt, ideo illos inauribus

LAMPRI
DIVS.

Veneris dicavit, ne malum exemplum à regina nasceretur: si eo uteretur, quod emi, absterrente quemlibet immenso precio, non posset. Verisimile est, eos uniones magnitudine, pulchritudine, & valore unionem Cleopatrz tam celebrem superasse, cum in-

usi-

usitata magnitudinis fuisse dicantur, & emptores propter exuberans precium invenire non potuerint.

Inter Adamantes, quorum apud historicos vel naturalium rerũ scriptores fiat mentio, hucusque palmam retulit ille, qui Constantinopoli in laquearibus gynęci inclusus conspicitur, tam eximię enim pulchritudinis est, & præstantiæ talis, ut nullus præstantior adhuc repertus sit: tantę magnitudinis, ut centum & quindecim ceratia pendeat.

PETRVS
Bizarus
de bel. Par-
nonico.

Smaragdi nonnullę inusitata magnitudinis memorantur: inter quas iusto merito recensetur illa Neronis, qua pugnans in Circo spectare solebat. nam cum ei loco speculi esset, magnitudine insignem fuisse satis conjicere licet.

PLIN. lib.
37.
AGR. li. 6.
de nat. foss.

In Bohemia in sacello divi Venceslai dor drante major una visitur. Magdeburgi una adhuc longior, quę perforata est & Othonis primi Imp. capulum gladii fuisse dicitur.

AGRA.
lib. 6.

Fidem omnem excedere videtur, quod tradit Theophrastus à rege Babyloniorum missam fuisse smaragdum Ægyptio regi quatuor cubitorum longitudine, & trium latitudine: & id in Ægyptiorum regum commentariis se reperisse affirmat. Præterea fuisse apud eos in Iovis delubro obeliscum è quatuor smaragdis, quadrangula cubitorum longitudine, latitudine ve-

B 3

PLIN. lib.
37.
VOLAT.
27.

rò in una parte quatuor, in altera duorum. tam spectato, & celebri auctori fidem esse denegandam non video: præsertim cum declarer, unde habuerit. Nec verisimile est, rem falsam in commentariis regum fuisse relata, sed smaragdus illas in suo genere perfectas fuisse: hoc est splendore, nitore, colore & transparentia præcellentes, omniq; macula carentes, nemini (ut puto) credibile videtur, sicut nec ille asserit. & è rupe quæ aliquam smaragdi effigiem repræsentarit probabile est fuisse erutas.

ANGLE-
RIVS dec.
3. lib. 5.

In Cumana regione temporibus Caroli quinti Imp. inventus fuit adamas ad duos infantis digiti articulos longus, primû pollicis articulum adæquans crassitudine utrobique; acutus & costis octo pulchrè formatis.

PLIN. lib.
37.

Opalum insignè Nonium senatorè Strumæ filium habuisse scribit Plinius, quem in annulo gestabat: viginti enim millibus sestertiis æstimatus est, id est, quinquaginta aureorum millibus.

ibid.

Carbuncolorum sive pyroporum Indicorum, quorundam tantam fuisse amplitudinem scribit idem Plinius se legisse, ut ex eis vasa facta fuerint, quæ ferè capiebant sextarii mensuram.

ibid.

Idem asserit, se vidisse iaspidem undecim unciarum, unde formata fuerit effigies Neronis thoracata.

Balassii insignes sunt illæ duæ, quæ in sacello divi Marci Venetiis cum decem aliis
sci.

scilicet minoribus asservantur, quarum una octingenta ceratia, altera septingenta pondere excedit. Dux Burgundiæ Carolus duos habuit nitore & magnitudine paucis sui generis cedentes.

Memorabiles etiã sunt, & inter insignes SAB. dec. 1. recensendæ calchedonii illæ sesquipedales, lib. 7. quæ in templo divi Marci, pavimento inferatæ visuntur.

Plinius scribit, Pompeium in triumpho lib. 37. tertio transtulisse alveum lusorium cum tessis, è gemmis duabus constructum, latum pedes tres, longum quatuor: sed quæ gemmæ fuerint, non declarat.

Pomponius itidem Lætus scribit in triumpho Diocleriani delata fuisse vasa è solidis gemmis, & in triumpho Belisarii: sed quæ nam gemmæ fuerint non tradit.

Scribit etiã Sabellicus magnû Vmsuncassanem Persarum regem, ad Mahometem EN. 10. Torcarû Imperatorem misisse alveum lusorium habentè tesseras, & tabulas gemmeas. lib. 6.

Inter gemmas magnitudine eximias aptè recenseri possunt illæ, quæ solerti artificio excavatæ, & politæ poculorum formam accipere, ut speciosa sumptuosaq; luxuriæ magnatibus, & principibus cum ostentatione deservirent, quibus usus fuisse aliquos principes, & illustres viros historici tradunt.

Poeni. Achatina in multis locis reperuntur. Scribit Argentonius plurima fuisse Florentiæ in domo Medicea, & nunc tem-

poris circūferuntur à mercatoribus venalia, ut anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio lagūcula ferè sextarii ca pax in Francfordiensib. nundinis octingētis aureis æstimata. Onyx est Colonię Agrippinæ in templo trium Regū latior palmo, cuius venę lacteæ ita discurrunt, ut duorū iuvenum capita exprimant, nigræ serpentem. Inveniuntur majores adhuc, præsertim inter eas, quæ in Germania & Carmania nascuntur. Ex onyche Germanica fiunt globuli, capuli, pocula, mortariola, quibus smiris cõtunditur. ex Carmanica quondam etiam vasa patoria fiebant, pedes lectorum, sellæ, columnæ.

AGRIC.
de natura
fossil. 6.

PLIN. lib.
37. Agr. 6.

In Achate Pyrrhi regis Epirotarum novem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabantur non arte insculptę, sed innatæ, ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia.

PLIN.
Agr. ibid.

Maximè etiam celebris topazius illa, ex qua statua uxori Ptolemæi Philadelphi facta est: nam quatuor cubitorum longa fuisse dicitur. Scribit Agricola, Neapoli apud Adrianum Guilielmum tantæ magnitudinis fuisse topazium, ut hæc antiquis Romanis literis incisa conspicerentur: NATVRA DEFICIT, PORTVNA MVTATVR, DEVS OMNIA CERNIT.

Nec hoc prætermittendum videtur, quòd tres preciosissimæ gemmæ, quæ nunc æstimantur in tribus diversis mundi partibus, Eu-

Europa, Asia, & Africa asservantur. Sunt autem illę smaragdus, pyropus, & duo uniones. Smaragdus est Genue, quæ excavata in hexagonium poculum, quod patinæ escariæ formam refert: tam immensi precii, ut omnium gemmarum valorem superare existimetur. In Asia est pyropus apud regem insulæ Zailon, longitudinis unius palmi: crassitudinis trium digitorum, rutilans instar ignis, & omni macula carens. Hanc pyropū rex in sua auguratione manu ferre solet spectante populo. Eum enim verum regem agnoscit, ac veneratur, quem pyropum illam insignem gestantem viderit. Tantæ etiam æstimationis est apud externos principes, ut magnus Cham Cataynus amplissima ac ditissima civitate rependere voluerit: sed à rege Zailonensi nulla conditione illam potuit impetrare, quòd rex diceret, se rem indignam sua majestate & existimatione facturū, si quod à majoribus per manus accepisset, timore, vel precio inductus alienaret.

P. IOV.

M. P. V. B.
NE T. li. 4.

In Africa sunt uniones, qui in diademate regis solo (insula est prope Moluccas) visuntur. uterque ovi anserini magnitudine, qui etiam immensi precii æstimantur.

MAXIM.
Transyl.

Inter insignes gemmas, quæ nostris temporibus visæ sunt, recenseri meritò possunt gemelli uniones, quibus nuptiarum die pro inauribus usæ sunt Solymani Imperatoris Turcarum filia: nam superbi pyri magnitudine adæquasse dicuntur.

P. IOV.
hist. 49.

26 DE REB. NATVRAL.
DE MIRABILIBVS
LACVBS, FLVVIIS
ET FONTIBVS.

M T in arboribus & gemmis vires eximia,
& admirabiles à natura sunt inditæ: ita
& in aquis quibusdam. ut in omnibus ha-
berent homines, quo ipsius potentiam
mirabundi suspicerent, & summam creatoris beni-
gnitatem grato animo celebrarent. hujus rei cum ar-
canæ sint causæ, effectus mirabiles, & stupendi de-
prehenduntur.

IN lacu Asphaltite Iudææ nihil
mergi potest. nec in Arethusa
Armenia majoris. hoc illis com-
mune est: sed uterq; aliquid pec-
culiare habet Asphaltites sterilis
est mirabili coloris mutatione, ter in die su-
perficiem vertit. multis locis nigras bitumi-
nis glebas evomit, quæ in aquæ superficie,
forma & magnitudine tauris sine capitibus
assimiles natant, utiles non modò ad rerum
curationem. Arethusa lacus in quem Tigris
fluvius influit, non cõmiscet cum fluvio suas
aquas, nec pisces. fluvius per lacû citissimo
cursu prorumpit, & suas undas colore ad-
modum dissimiles lacui in admirationem
spectantium trahit.

IOSEPH.
SOLIN.

PLIN. lib. 2. cap. 103. In Sario lacu Abdua fluvius, è Verbano Ti-
cinus, è Benaco Mincius, è Semino Ollius,
è Lemanno Rhodanus hospitaes suas tan-
tum

LIBER I. 27

tû, nec largiores quã intulere aquas evehût. M.P. VE-
In Zorzania provincia, quæ Tartarorum NET. h. i.
ditionis est, lacus magnus visitur ambitu POLYD.
fexcentorum milliarioum, qui per totû an- Verg.
ni spacium nullos pisces elargitur, nisi per ANGLE.
quadragesimâ. distat autem à reliquis æquo hist. lib. 1.
ribus duodecim dierum itinere.

In Gallonidia regione Scotiae juxta Vin-
ctonam oppidû lacus est, cujus altera pars
hyeme gelu congelatur, altera non item.

Mirabilem quoq; naturam in quibusdam
fluminib. perspicere licet, ut in Belo amne, TACIT.
qui in Iudaicum mare illabitur. conjectæ si- libi. 2. 1
quidem circa os ejus arenæ vitro admixto in
vitrû transformantur: & in Iordane, qui per
unum atq; alterum lacum integer perfluit,
tertio retinetur.

Melas fluvius in Bœotia talis est naturæ,
ut si oves ex eo bibant, nigrum statim coio- PLIN.
rem induant.

Mira quoq; vis est atq; natura Nili flumi-
nis, qui statis temporibus, sed vario eventu
proximos campos stagnatibus aquis inun-
dare solet, modò lectissimam segatè, modò
diram famem, modò certam tantum adver-
sus inopiam securitatè adfert. Cùm quosdã
camporû tractus adeò copiosè irriget, ut in-
tra ferendi spacium serò decedat, alios segniter STRABO
parceq; levi tantû rore aspergat ad nõ dubi- geogr. 16.
am sterilitatè vix pulvere subactò. Vbertatè DIOD. 1.
verò promittit, quû temperatus, & levis ne- HART.
quaq; ad summi aut minimi incremèti metã lott.

accessit. Hoc etiam peculiare habet, quòd e-
jus aqua dimidio minori igne decoquitur,
quàm cæteræ aliæ. Exundare incipit trans-
centis utrinq; ripis in medio Augusto mens-
se, & durat inundatio usque ad festum Mi-
chaelis. In diebus autem sexaginta omnino
denudatur ager, atque exiccatur. Ab Æthio-
piæ montibus usque ad mare duodecim sta-
diorum millia cõficit. in Nilum nullus alius
fluvius illabitur.

Euphrates hoc habet mirabile, quòd pau-
lò supra Edessanam regionem, in prouum
& declivem locum longè procedens, postea
latitet, nec tamen sub terram ingreditur: sed
super aqua limus fit stadiis quinquaginta
longitudine, viginti latitudine, qui conglu-
tinatur, & indurescit adeò, ut non solum pe-
ditibus: sed & equitibus onustisque plau-
stris, ac curribus facile & tutum iter traje-
cturis præbeat.

Flumina maxima Indiæ Ganges, atque
Indus, à quo omnis illa regio nomen acce-
pit. ambo utique majora quàm Nilus, aut
Danubius etiam, si utrumque conjunxeris.
Patet Ganges, qua maximè angustus, ad cen-
tum stadia: in multis locis in modum stagni
usque adeò diffunditur, ut qua terra depres-
sior, nec tumulus usquam apparet, trans al-
teram ripam nihil oculis discerni queat.

Apud Chiliacos in Perurana regione mul-
ta flumina interdiu rapido cursu defluunt,
& cum maxima aquarum mole, quorum al-

PROCOPIUS
de bel. Per.
fr. 6.

ARRIANUS
lib. 8

LEMNIUS
apud Apollon.

alveos noctu vix tenuiter fluit.

Maragnonus fluvius in America triginta
Leucarum latitudinis ad centum millia pas-
suum tam furibundo cursu ex altis monti-
bus in oceanum decidit, ut retrocedere eti-
am æstuans & vi ventorum impulsus ma-
re suo impetu & amplitudine cogat.

Boandus Boltoniæ in Hybernia fluvius
supra Armaca. nam stagnum haud peram-
plum mirabilis naturæ celebratur. In eo si
pertica ex acrifolii planta in vado defigatur,
& post aliquot menses revellatur, extremam
partem, quæ limo inhæserit, in ferrum con-
versam: secundam verò, quam profluentis
unda continuo abluerit, in cotem duratam
spectantibus ostendet.

Olim in Tago Hispaniæ fluvio erat hare-
na aurea, nunc in Hispaniola emanant ha-
renæ aureæ ex omnibus, qui ex præaltis
montium jugis in Oceanum deferuntur.

In Germania maritimo tractu fons fuit a-
quæ dulcis, quam qui bibebant, intra bien-
nium dentes amittebant, eisq; compages ge-
nuum solvebantur. Similium virium Sulsis
in Perside fonticulus olim etiam fuit.

Fons Ammonis sub lucè tepentib. aquis
fluit, in meridie frigidus, vespere calet, me-
dia nocte fervidior: deinde defervescere inci-
pit, ac sub exortum diei rursus tepidus ori-
tur, atq; ita per singulos dies, ac noctes æstus,
ac frigoris vices variat.

In Dodoneo Epiri fons, cum sit gelidus,

ANGLI-
am æstuans & vi ventorum impulsus ma-
re suo impetu & amplitudine cogat.
dec. 1. lib. 9

P. IOV.
in descript.
Hyberniæ.

P. IOV.
Elog. 4.

PLINIVS
compages ge-
nuum solvebantur. Similium virium Sulsis
in Perside fonticulus olim etiam fuit.
AGRIC. 3.

ARR. lib. 3

PLIN. & universas faces extinguat, si extinctæ ad-
 SOLIN. moveantur, accedit: meridie semper deficit,
 POMP. mox increscens ad mediam nocte exuberat.
 Mela. Apud oppidum Thyana stagno effluens
 AVGV S. fons cernitur, qui magnitudine aquarû in-
 AMMIA. flatus sese resorbens nunquam extra margi-
 NVS *Mar.* nes intumescit.

In Halefina regione Siciliæ fons est aliàs
 SOLIN. quietus, & tranquillus, si insonent tibiæ ex-
 xultabundus ad cantû exurgit, & quasi mi-
 retur dulcedinem vocis ultra margines in-
 tumescit.

Sunt in Cſardinia fontes, qui oculis me-
 SOLIN. dentur, & coarguendis furibus valent. nam
 qui raptum negat, cum accusatus est oculos
 aquis abluit, si nullum est perjurium, cernit
 clarius: si pejeravit, detegitur cæcitate faci-
 nus, & oculis captus furti coarguitur.

In Islandia fons est non longè ab Thecla
 monte, in cujus aquas si virgulta jaciuntur,
 PLIN. folia, lateres, ossa, lapidescant. Ejus naturæ
 AGRIC. sunt Crocavus fluvii: Brutiorum, Sarnus
 Campaniæ, Silaris ultra Surrentum, & Sur-
 rus Calchidis.

In Carpathi convalle non procul à Cra-
 covia metropoli Poloniæ fons est, cujus a-
 quis maceratum ferrum mox semel, iterumque
 VAD. que fusum, & ea ipsa aqua restinctum in çs
 in Pomp. Cyprium mutatur.
 Mel.

Edem ibid. Budæ in Hungaria therme sunt subtus ur-
 bis moenia, ex humili colle fonte duplici sca-
 turiente, quorum alter frigidissimus odore ful-

fulphureo: alter adeo calidus ut digitum im-
 mersum nemo tenere queat.

DE MONTIBVS ERVCTANTIBVS IGNEM.

Nam provida, & munifica erga homines
 natura est, ut nihil quicquam sit ab illa
 procreatum, unde aliqua ad eos utilitas
 non redundat. Virentes enim gramine
 campos ad greges alendos, & armenta speciosa lu-
 xurie vestivit, & montes frondosis, frugiferisq; ara-
 boribus splendida largitate ornavit: quæ varias &
 insignes commoditates adferunt. qui verò confrago-
 sis, & duris cautibus horrendi conspiciuntur, non
 profus inutiles eos esse voluit. Varia enim metalla,
 gemmas & metallicos fluores ex intimis montium
 visceribus, & occultis profundisq; latebris diligen-
 ter rimantibus, & sollicitè scrutantibus profert. Vi-
 suntur tamen nonnulli ignem prodigiosè eructan-
 tes, quorû nullus usus deprehenditur, nisi quod spes-
 ctantium oculos in summa admiratione detineant,
 & in contemplationem admirabilium Dei operum
 adducant. Hæc res diu multumq; philosoꝝ horum in-
 genia exercuit, veras causas tam prodigiosæ rei, aut
 verò proximas solenti conjectura cliceri conantium.
 Sed variis variâ assertibus illa arcana & se-
 culta naturæ facta tantum ex effecti-
 bus nulli parti reme. è addicti
 considerabimus.



L Islandia tres sunt montes conspicua celsitudine, quorum vertex perpetua nive candet: radices cōtinua æstuant flamma. Primus Thecla vocatur: alter mons Crucis: tertius Thelga. mons Thecla ad occidentē vergit, ejusque incendium majus & mirabilius conspicitur. Cūm furit, horrenda audiuntur tonitrua, foras ingētia faxa projicit, sulfur evomit. cineres calidos in circumjecta loca tam procul spargit, ut terra ad decimū lapidem coli non possit. Ignis ille hoc in se memorabilis habet, quod cūm aquam consumat, stupam non comburit. Physici bitumine ali credunt, quod bitumen accensum aridis extingui, & aqua ali contineri que solet. fit autem stupendum illud incendium stas temporibus. qui naturam tanti incendii contemplari, & causas perscrutari cupiunt, ob idque ut propius intueantur accedunt, eos exilientibus flammis absorberi, & consumi compertum est.

PLIN. lib. 2. cap. 106.

AGRIC. lib. 4. de caus. et ort. rer. natur.

SOLIN.

A meridiana parte Æthiopiæ mons aditus mari imminet, nativo igne perpetuò fervidus, & jugis continuò flagrantibus.

Olym-

Olympus in Æthiopia secus mare Rubrum, nō longè abs Heliapoli ab ortu Solis usque ad quartam diei horam flammam e-
Paterbius in beross.

Olim Æolides insulæ, quæ septem numero sunt inter Siciliam & Italiam, ignem sicut Æthna evomebant.

Fuit memorabile incendium Liparæ insulæ M. Æmylio & Lucio Oreste cōsulibus, quæ cum vicino mari adeò efferbuit, ut adustas rupes dissolverit, & pisces exanimatos excoxerit.

In Italia multi numerantur montes, qui flammam ejaculantur, ut in Hetruria juxta Florentiolarum mons altus. in Campania Gaurus, apud Avernum lacum mons Modernus: sed exitialia eorum incendia nulla memorantur. Vesuvius verò mons Campaniæ sæpius damnosa incendia movit. Temporibus Titi tanta incendia tamque tetra profudit, ut flammarum velut torrentibus circumjectam regionem vastarit, urbesque cum incolis miserabili clade deleverit.

Temporibus Vespasiani rupto vertice primū saxa ejaculatus est: deinde tantas emisit flammam, ut earum violentia duo oppida, Herculaneum & Pompeii cōflagrarent, tam densos fumos, ut lucem Solis obscurarit, & ex luce diurna tenebras nocturnas fecerit. postea pumices, aliosque lapides nigros ejecit. postremò tam densum, tamque copiosum cinerem efflavit, ut vicina

C

regio velut nivibus tecta & operata videtur.

Ætnæ incendium præ cæteris nobile, qui tot seculis ardens sæpius cum maximo fragore ignium globos, & massas ferro similes eructavit, pinguisimas favillas, copiosos cineres, & fumum densissimum. Cineres aliquando tam copiosi fuere, ut ventorum vi ad centum millia projecti omnia opplerent. fumus adeo densus, ut tenebras luci offunderet tantas, ut per biduum nemo quicquam potuerit cernere. Anno Urbis Romæ sexcentesimo vigesimo, aut circiter, vastos ignes eructavit, qui torrentium instar præcipites proxima quæque corripientibus flammis exussere, longinquiora autem calidis, & torrentibus favillis cum vapore gravi latè volitantibus adussere. Iterum quo tempore à Metello Baleares insulæ subjugata fuere, ultra solitum exarsit. quo incendio Catina urbs, cum finibus evastata est. Duos habet crateres. Aliquando ex uno crateres flammam evomit: aliquando ex utroque, interdum etiam rimas agens igneas, effundit rivos obvia quæque per dentes.

AGRI-
CO lib. 4
de causis et
ortu rer. nat.
sural.

Anno Caroli quinti Imp. decimo sexto ex superiori crateres magna flammam vis versus orientem erupit, major post duos dies in meridiem: quæ omnia ædificia intra sextum lapidem combussit.

In Mexicana regione mons est altissimus,
&

& in cacumine nivofus Ætnæ Siciliae montis P. IOV. do flammam evomens, & ignitos pumices eructans. *Elog. 1.*

Flagrat etiam instar montis Ætnæ in gens acuminatus lapis pyramidalis formæ in insula Teneriffe, idque jugiter.

CADAM.

Non longè à Quitone in Perurana regione sunt montes ardui, asperi & inculti: quorum celsissimus Ætnæ instar eo turbine, atque vi flammam attris & cavernosis faucibus eructat, ut à multo spacio prætereuntes bituminosis glebis commaculet ac defœdet. *Apollon. lib. 3.*

Est mons in Mauritania in Errifa regione, quæ Fessano regi parat, qui vocatur Bem quazenal, in cuius apice est velut antrum quoddam, quod perpetuos ejaculatur ignes. permulti rei miraculo eo adducti injecere ligna, quæ mox igne consumpta fuerunt. *IO. LEO African. in descript. Afr.*

In Misena regione Germaniæ, mons Carbonum, qui distat à Zucca nobili oppido ad tertium lapidem, semper ardet in superficie, decidentibus paulatim fossis, quæ inventibus fornaces videntur ardentes. igni ut ardeat materiam ad movere non necesse, sed ex intervallo quatuor pedum accendit.

AGR.
de nat. et or-
tu rerum
natural.
lib. 4.

Ræclare à Philosophis dictum, Nihil fit sine causa: siquidem tam sapienter uniuersum hunc mundum diuina providentia regit & administrat, ut in tot annorum spacio, quibus tam admirandum opus duravit, nihil quicquam per errorem, aut temerè factum sit. nec minus Dei immensa bonitas in rerum gubernatione, quam summa sapientia conspicitur. quæ primo enim aspectu exitialia & perniciofa putantur, penitus & consideratius perpendenti maximam videbuntur adferre commoditatem. quod cum in multis & variis rebus tum in monstrosis serpentibus inueniri licet. nam cum aspectu formidandi, viribus & corporis mole terribiles factisque nocentissimi nonnulli reperiantur, in hoc maxime profunt, quod Dei sapientiam monstrant, qui omnia in suo genere tam concinnè temperavit, ut ad eorum pulchritudinem & perfectionem nihil omnino desit. Ejus item iustitiam, qui ad terrendos puniendosque homines valida semper arma habet in promptu: insuper & bonitatem, qui per terrificas monstrosasque bestias ab immodico rerum mundanarum amore nos retrahit, quod ab Aurelio Augustino commodissime declaratur. Omnia (inquit) pulchra sunt conditori & artifici suo, qui omnibus utitur ad gubernationem uniuersitatis, cui summa lege dominatur. De pernicioso autem animalibus vel punimur, vel exercemur, vel tremur,

ut

ut non vitam istam multis periculis & laboribus subditam: sed aliam meliorem ubi securitas summa est, deligamus & desideremus.

MARC. Attilius Regulus bellum Carthaginense fortitus in Africam transfretavit. ibi cum sub signis exercitum ducens haud procul à Bragada flumine castra constituisset: serpens miræ magnitudinis conspectus est, qui plurimos milites aquandi causa ad flumen descendentes devorabat, nec impunè quemquã illac transire patiebatur. Quo immani facinore audito Regulus ad terribissimum monstrum expugnandum, tanquam ad immanissimum hostem copias omnes suas eduxit: quæ cum propius accessissent, tela & jacula omnis generis certatim in ipsum cõjecerunt. sed resistente tergoris extrema duritie omnes telorum jactus in irritum evaserunt. Balistas itaque Regulus velut ad munitissimam arcem impetendam deferri curavit: quibus grandia saxa ira sunt in illud contorta, ut repetitis ictibus totius corporis compages dissoluta & fracta fuerit. cum se amplius movere non posset, milites periculi metu disjecto accedentes confecerunt. Tam stupendæ autem magnitudinis fuit belua, ut corium ejus Romam deuestum, centum viginti pedum longitudine multis admittentibus, & tan-

VAL. lib. 1.
GELL.
lib. 6.
OROS,
lib. 4.
ZONAR.
an. tom. 2.
ALB.
VRSP.
in Chron.

quam miraculum & prodigium mirantibus
conspectum sit.

Immanis etiam belua serpens ille fuit, qui
in Ægypto Ptolemæi Philadelphi temporibus,
triginta cubitorum longitudine à quâ-
plurimis visus est. Ille iuxta aquas habitans,
cùm nihil prope videret, in spiras convolu-
tus immobilis, & velut mitis & innoxius
quiescebat: accedentibus autem ad proflu-
entem potus causa animantibus ex impro-
viso assurgens oris rictu nonnulla corripie-
bat, alia cauda circumnectēs retinebat. Arte
& dolo caprus, & Ptolemæo datus in regia
diu enutritus fuit, & venientibus exteris
pro mirando spectaculo ostensus.

DIOD.
lib. 4.

In campo Macra non procul à Tripoli,
serpens mortuus visus fuit jugeri quidem
longitudine: sed crassitudine tanta, ut equi-
tes ex utraque parte in ephippiis insidentes
se invicem intueri non possent, tanto oris
hiatu, ut equitem simul cum equo facilè re-
ciperet. quælibet exuviarum squama clypeo
major deprehensa.

STRAB.
lib. 16.

POMP.
Mela lib. 2.
SVET.

Augustus Imp. anguem quinquaginta cu-
bitorum sibi allatum pro comitio monstravit.

ZIEGL.

In lacu Hammariz in Norvegia 1522 ser-
pens conspectus est altè eminens super a-
quas in spiras convolutus, tantæ magnitu-
dinis, ut procul visu cõjectura collecta quin-
quaginta cubitorum longus existimatus sit.

lib. 8. nat.
hist.

Plinius tradit, Indiæ serpentes in tantam
magnitudinem adolefcere, ut solidos hau-
riant

riant cervos taurosque.

Mirabilis est, quod scribit Strabo, in In-
dia visam formicam sedecim cubitorum lon-
gitudine. *Geogr. 16.*

In provincia Caraiam, quæ magno Cham
Catayno paret, serpentes longitudinis decem
passuum reperiuntur, crassitudinis decem pal-
morum, qui leones integros & ur̄os devorant.

M.P.V.
NET. li. 3.

DE REBUS PO- LITICIS, LIBER SECUNDVS.



NIL in tota homi-
nū vita suavius nec
amœnius exoptari
potest, quàm præcla-
ram mundi harmo-
niam & pulchram ac
commodam *ut Geogr.* contemplari.
hanc verò, ut in cœlestium corporum
motibus admirabilem, & insigni pul-
chritudine conspicuam suspicimus:
ita in politica gubernatione, quæ cõ-
munem hominum societatem tue-
tur & conseruat, admodum fructuo-
sam, & apprimè decorā agnoscimus.
Quod si hanc civilem administratio-

nem non per omnia tam continuam & benè coherentē, ut naturalem cer-
nimus, at non minus necessariam &
cōmodam experimur. Per illam enim
ex cœli astrorumque vertigine distin-
cta commodissima tempora habē-
mus: per hanc ex bonis legibus pul-
cherrimam & utilissimam hominum
societatem possidemus: quam si sub-
moveas, quonam pacto amplius hæc
vitæ communitas, qua à beluis maxi-
mè differimus conservari & retineri
poterit? Confusio horribilis procul-
dubiò sequetur, quæ non modò poli-
tias; sed quasvis res vel optimè con-
stitutas evertere consuevit. Frustrà i-
taque munifica & provida natura re-
rum omnium copiam, quæ ad vitam
hominum tuendam conducunt ab-
undè suppeditabit, nisi communis so-
cietatis vinculum arctissimè conser-
vetur. Vt ideo amplissimis naturæ do-
nis uti frui commodè & liberè liceat,
politiis opus est bene & rectè institu-
tis, ut industrii, laboriosi, pacis & tran-
quillitatis amantes, res suas tutò reti-
nere

nere & possidere: socordes, ignavi, tur-
bulenti, coerceri & in officio retineri
possint. Cùm igitur politiæ naturæ
ordinem inter homines tueantur, res
politiciæ meritò naturales conse-
quentur.

DE MAGNIS CI- VITATIBVS.

Praclari heroes de genere humano o-
ptimè olim meriti, ut apud posteros
gratissima ipsorum esset, ac jucundis-
sima memoria, fluvii & montibus as-
pud quos frequens eorum habitatio fuerat, aut na-
tionibus, quas optimis institutis & salutaribus le-
gibus gubernarant, aut celebribus urbibus, quas con-
diderant nomina sua imposuere, ut Tagus rex His-
spaniæ quintus, Tago fluvio nomē dedit: monti At-
lanti Africa celsissimo Atlas Maurus, & Assurus As-
syriam cognominavit, lanusq; Ianiculum. Insignem
bi omnes famam proculdiò sunt adepti: sed qui am-
plissimas civitates condiderunt, celebriorem & pers-
enniorem laudem promeruisse videntur. Magnæ
enim civitates sumptuum magnitudine, structure
amplitudine, ædificiorum pulchritudine, populi fre-
quentia, mercaturæ proventu, diversarum gentium
concurso, honesta disciplina, eximiis legibus, lauda-
bilibus institutis, & rebus belli domique præclarè
gestis, ubique & apud omnes admirabiles visæ sunt,

aded ut excise & penitus everse cunctis virtutis & antiquitatis studiosis jucundam sui recordationem relinquunt: sicut Strabo secundo Geographiæ libro testatur. Permultæ sunt urbes (inquit) de quibus hoc dici contingit, quod Demosthenes de adjacentibus Olyntho commemoravit, quas sic claruisse dicit, ut si quis adveniret illas nunquam fuisse habitatas intelligat. Ad hæc autem & alia loca libenter homines profisciscuntur, tam celebrium operum vestigia contemplari cupientes. sicut & illustrium virorum sepulchra, sic & jure institutarum rerump. recordationem usurpamus, quæ illis in locis extinctæ sunt. Ista verò magis nosse concupiscimus, in quibus plures actiones, plures artes, plura regendarum civitatum jura aliâq; quæ ad comparandam prudentiam maximè conducunt, instituta commemorantur. Hujusmodi itaque civitates, quæ antiquitate, amplitudine, & rebus gestis præ cæteris insignes fuere, & quæ nunc temporis adhuc in magna celebritate sunt, quidquæ in eis maximè memorabile fuit, aut nunc etiam conspicitur, declarare hoc titulo institui.

NINIVE, quæ prima post cataclysmum ædificata fuisse traditur, sicuti antiquitate, ita & amplitudine alias urbes, quæ olim fama inclytæ fuerunt, antecellit. tantæ autem amplitudinis fuit, ut ejus arca quadringenta & octoginta stadia habuisset. cæterum mœnia centum pedum altitudine fuerunt, amplitudo eorum tanta, ut

fa.

fastigia ternis essent plaustris pervia. In mœnibus turres fuere mille & quingentæ, quarum altitudo ducentorum pedum fuit, Tetrapolis ideo vocata, quod in quatuor partes divisa fuit Ninive, sive Ninus, Resena, Forum, Cale.

Huic ferè æqualis amplitudine fuit Babylon à Nimbroth primùm ædificata, à Semiramide amplificata & perfecta. Strabo geographiæ decimo sexto, ejus ambitum stadiorum trecentorum octoginta quinque fuisse scribit: mœnium crassitudinem pedum duorum & triginta: altitudinem inter turres cubitorum quinquagenam, turrium ipsarum sexagenam: viam in mœnibus tam latam, ut quadrigæ ex adverso occurrentes facillè pertransire possent. In ea urbe ædificanda ter decies centena millia hominum fuisse feruntur. quolibet die stadium muri fuit absolutum. duæ regiæ sumptuosæ & magnificæ ex utroque latere pontis, quo fluvius Euphrates (qui Mediam urbem intersecat) jungitur, constructæ sunt. Ad Orientem una, ad Occidentem altera. quæ ad Occidentem spectabat, ambitum primum habebat stadiorum sexaginta, celsis sumptuosissiq; mœnibus. Alter interior circuitus longitudinis stadiorum quadraginta: lateris utriusq; latitudo trecentorum passuum, altitudo quinquaginta. tertius intimus ambitus, qui arcem continebat, triginta stadiorum fuit. Altera regia, quæ ad orientem spectabat

GENES.
10.

DIOD. 3.

ANNIVS

Vicerb. in

Beross.

OROS. 3.

AVGVS.

de civit. 18

DIOD. 3.

dimidio minor fuit. muri ambitus triginta tantum stadia complectebatur. ab utroque fluminis latere murum duxit Semiramis longum stadiis trecentis sexaginta, pari latitudine cum mœnibus urbis.

Horti pensiles in singulis lateribus, ad quatuor jugera extendebantur. Testudines in solo positæ totius horti onus sustinebant, inde aliæ superædificatæ excrecente semper magnitudine. Superioribus in quibus erant horti, murorum superficies continebatur, qui altitudine quinquaginta cubitorum eminebant. Murorum crassitudo pedum viginti duorum. pilæ, quæ totum onus sustinebant, solido saxo constructæ longitudine pedum sedecim; latitudine verò sex. super has pro pavimento strætæ arundines asphaltato compactæ. Supra cocti lateres duplici ordine gypso constructi. Tertio ordine tegulæ plumbæ, ne qua humiditas ad testudinem manaret. Aquarum insuper receptacula, quibus humor redundans efflueret. In eo pavimento, congesta humus profunda, ut magnarum arborum radicibus alendis, & retinendis satis esset. Præterea aquæ ductus occultè fabricatus rigabat hortum. Adeo autem validas arbores moles illa sustinebat, ut illarum trunci octo cubitorum spacium crassitudine æquarent, in altitudinem verò pedum quinquaginta excrecerent.

Q. CVR.
lib. 7.

DIOD.
SIC. lib. 1

Thebas in Ægypto condidit Busyris, cujus mœnia centum quadraginta stadia comple-

plexa sunt. Populosissima & bellicosissima POMPE.
civitas fuit. In ea erant centum portæ, in qualibet illarum custodes ducenti: solebant singulæ portæ, ubi negotium exigebat, dena armatorum millia effundere. Fuere in ea urbe publica equilia centum, quorum singula supra ducentos equos capiebant. præter equestres & pedestres copias viginti millia currum ad bellum producere solebat. *Mela lib. 1.*

Ogdous Memphim condidit: cujus ambitus stadiorum centum quinquaginta fuit. Diminuta Thebarum magnificentia, extinctoque splendore, aucta Memphis, & usque ad Alexandri magni tempora indies illustrior facta. Is urbem sui nominis juxta mare condidit, ad quam augendam postea reges omnes incubuerunt, quæ Romanorum etiam temporibus percelebris fuit: sed sub Mamaluchorum imperio Memphis velut rediviva potestate celebritatem adeptæ, adhæc usque tempora omnium, quæ in Ægypto sunt, maxima censetur. quæ vasto ambitu tres ingentes urbes complectitur: sed hæc rarior inter se ædificiis junctis unam efficiunt, quarum frequentissimam hodie novum Tayrum appellant. Ea in longitudinem sex milliarium secundum Nilum amnem protenditur, & à Nilo passus mille paribus semper intervallis distat. Latitudo ejus decem stadia non excedit. Media in urbe arx est mediocri tumulo imposita. In ea sunt nobilissimos horti, platea ingens cum immensis por-

DIODOR.
RVS Sic.
lib. 1. et 2.

IOV. BIST.
18.

ticibus, hippodromi, minoresq; arce plures, atque triclinia in omnes cœli obversa regiones: exteriora turribus ac propugnaculis eximiiq; operis pinnarum corona præcinguntur. Cayrum novum continuatis propemodum ædificiis Bulachum sequitur. Id oppidum in urbis effigiem altioribus tectis superbum Nilo adjacet. eò cuncta navigia, quæ adverso amne subvehuntur, applicant. Cæterum mercatorum concursus novo in Cayro celebratur. Supra Bulachum vetus Cayrum occurrit, quod pariter novo Cayro intercedentibus ædificiis intervallo viginti stadiorum adnectitur, & præterfluenti Nilo imminet. plurima mediocris structuræ ædificia utramque ripam obtinent. Univerfus trium urbium ambitus, septingenta stadia continere dicitur, ubi quinquaginta domorum miriades conspiciuntur.

CHAL.
cond. lib. 3.

ARRIAN.
lib. 8.

Palimbrotha Indicarum urbium olim amplissima juxta Erannobœ & Gangis fluminum concursum sita fuit, cujus longitudo ad octoginta stadia continebat, latitudo ad quindecim fossa mœnia circumplexa latitudinis sex terræ jugerum, altitudine cubitorum triginta. In mœnibus turres erant ducentæ septuaginta quatuor.

OROS.
lib. 4.

Carthago à Dido condita viginti duo millia passuum complexa tota penè mari jungebatur absq; lacubus, quæ tribus millibus passuum operiebantur. Is locus murum triginta pedibus latum habuit saxo quadra-

to

to altitudine cubitorum quadraginta. Arcu cui Byrsa nomen fuit, paulo amplius quam duo millia passuum in ambitu tenebat. cunctarum civitatum in Libya potentia superior: navibus, pecuniis atque elephantibus abundabat: equestribus copiis pedestribusq; florebat: pluribus nationibus per septingentos annos imperavit. totius Libyæ, insularum præterea marisque domina.

APPIAN.
in Libyco.

Roma tantæ amplitudinis fuit, ut septem colles sit complexa: nunquã tamen amplior, quam sub Aureliano, qui ejus muros sic ampliavit, ut quinquaginta propè millia passuum in ambitu continerent. Cùm multa in ea miranda opera fuerint, quatuor præcipuè notanda veniunt. Amphitheatrum, aquæductus, cloacæ & viæ strata. Amphitheatri lóngitudo fuit trium stadiorum cum dimidio, latitudo quatuor jugerum. E duobus lateribus majoribus, & uno minore cingebatur Euripo, qui aquas recipiebat decempedali profunditate simul & latitudine. Post Euripum extructæ terporticus erant. Inæ habebant lapidea paulum scandentia sedilia, super duplici contignatione erant lignea. Tertia minor duas majores transversim lunata specie apposita, ita conjungebat, ut ex tribus una conficeretur. Amphitheatralis octo stadiorum

VOPISC.

HALYCO.
lib. 3.

BLOND.

amplitude capax centum quinquaginta millium hominum. Aquæductus Romæ fuere novendecim immensi operis, &

de Rom. in.
staur. lib. 3.

BLOND. incredibilis impensæ, sed duo præcipuè ad-
de Rom. in mirabiles: ille nempe, qui aqua Claudia,
staur. lib. 2 quòd à Claudio Cæsare fuit absolutus, vo-
 catus est, tanti sumptus & impendii, ut in ip-
 sius instauratione talentorum quingenta
 & sexaginta millia erogata fuerint. Anienus
 item aqueductus insignis fuit & memorabi-
 lis. per siphones enim à quadragesimo lapi-
 de adducebatur in urbem. Cloacæ ita fuere
 constructæ, ut per eas in Tyberim corrivare-
 tur, quicquid aquarum per vias defluebat.
 tantæ amplitudinis, tantæque impensæ, ut
 neglectas aliquando, & non transmittentes
 aquas, Censores mille talentis purgandas
 locaverint. Inter vias lapide stratas Ap-
 pia excellit: siquidem ipsius longitudo
 quinque dietas continebat. ab urbe scilicet
PROCO. Roma, ad Capuam usque latitudo tanta, ut
de reb. gest. duo plaustra simul commodè deduci potue-
 rint. Duravit per nongentos & amplius an-
 nos, Appii civis Romani impensis constru-
 cta. Temistitan quamvis amplitudine quas-
 dam in Europa urbes non superet, inter ma-
 gnas civitates ea ratione recensetur, quòd
 in America, in qua est, paucè reperiantur ur-
 bes. ita ut rarissimum ibi, & admirandum o-
 pus videatur. Sita est in Mexicana regione,
 medio ferè spacio inter tropici cancri lineâ
 & æquatorem, quæ circumfluam habet pa-
 ludem, per quam longis pontibus continen-
 ti jungitur ædificiis, & incolarum frequen-
 tia Venetæ urbis instar admirabilis. Vber-

SABIN.
En. 7.
PROCO.
de reb. gest.
Gottor.

rimos

rimos dulcis aquæ, quòd falsus sit omnis ex-
 palude humor, habet aqueductus, qui la-
 pideis & turritis civium domibus, in om-
 nem usum limpidissimas aquas suppe-
 ditant. *Iov. elo. 6*

Moscha omnium Moscoviæ urbium lon-
 gè clarissima, à Moscho qui eam interfluit,
 nomen sicut tota regio, habens, longo ædifi-
 ciorum tractu secundum illam Moschi flu-
 minis ripam ad spacium quinque milliarium
 extenditur, non tamen pro amplitudine po-
 pulosa: nam ferè omnes domus & ad us-
 um holerum, & ad voluptatem privatos ha-
 bent hortos. unde urbis circuitus longè ma-
 ximus apparet. Ad ipsum urbis caput Ne-
 glina fluviolus Moschum amnem ingredi-
 tur, peninsulamque efficit, in cujus extre-
 mitate arx cum turribus & propugnaculis
 admirabili pulchritudine constructa est.

*Iov. in des
 script. Mo-
 scoviae.*

Cambalu in provincia Cathai in quadrū
 constructa, in ambitu complectitur viginti
 quatuor milliaria. muros habet altitudinis
 viginti passuum, latitudinis decem. quæli-
 bet muri quadratura habet tres portas præ-
 cipuas, quæ in universum sunt duodecim
 constructis juxta singulas magnificis & sum-
 ptuosis palatiis. In quatuor mœnium
 angulis amplissima visuntur armamenta-
 ria, ubi civitatis arma asservantur. Vici ad
 normam rectam ita dimensi, ut ab una por-
 ta liber pateat aspectus per civitatem ad por-
 tam oppositam. Suntque ædificia utrin-

D

que affabrè & splendide instar palatiorum
côstructa. Singulis portis custodia mille ho-
minum imponitur ad coercendos latrones
& prædones. Extra civitatem duodecim ma-
gna suburbia singulis portis cõtigua, in qui-
bus mercatores & advenę convenire solent.

Singui in provincia Mangi, quæ magnò
Cham Catayno paret, continet in circuitu
milliaria circiter sexaginta. sunt in ea pontes
lapidei ad sexies mille tam altos habètes for-
nices, ut celsæ naves sine mali demissione
transire facillè possint.

Quinsai continet in ambitu milliaria cir-
citer centum, pontes lapideos habet duode-
cies mille, eosq; tam altos, ut magnæ naves:
sicut apud Singui erecto malo pertrāsire pos-
sint. Lacus est intra incenia urbis, qui trigin-
ta in circuitu milliaria continet. In medio
lacus duæ insulæ. omnes plateæ civitatis la-
pidibus constratæ. Sunt in urbe circiter tria
millia thermarum. familiæ dicuntur esse ad
sexcenta millia. In quolibet ponte noctu &
interdiu sunt decem custodes, in id excuban-
tes, ne alicundè motus oriatur. magnificum
& amplissimum est palatium, cujus exti-
mus murus decem milliaria in ambitu con-

tinet. Intra murum viridaria mul-
ta sunt, fontes & vi-
varia.

M. P. VE.
NET. lib. 2

M. P. VE.
NET. lib. 2

M. P. VE.
NET. lib. 2

DE MAGNIS VECTI- GALIBVS ET COPIIS

MILITARIBVS.



*U*bulus Anaplystius à Plutarcho in *Politi-
cis* laudatur, quòd auctoritate, opinione,
viribus opibusque maximè pollens, nihil
quod ad bellum & imperium propagana-
dum pertineret, unquam curandum suscepit, sed æ-
rario locupletando se addixit, unde vectigalia pub-
licosque proventus mirum in modum auxcit, &
rem communem apprimè iis rationibus amplio-
rem effecit. nec in sulsa ratione ærarium nervus belli &
rerumpub. scilicet abilitum à plerisque nominatur,
quod Cicero reipubl. gubernandæ peritus declarat,
qui vectigalia pacis ornamenta & belli subsidia vo-
cat. haud facillè enim sine pecunia et opibus vel exu-
berante virtute res præclaræ geruntur, & præser-
tim in bello. siquidem (ut Scodrensis ait) bellorum
necessitates humana consilia, & cunctationes non
admittunt. Itaque principis inane nomen & id
contemptui atque injuriæ semper expositum, nisi
ejus ærario signatæ pecuniæ vim ante periculum
congestam contineri servarique omnis generis ho-
mines existiment. Prima ideo cura rerumpub. mo-
deratoribus esse debet, ut ad bella sustentanda, si in-
gruant, pecuniarum copia suppetat. Sapius etenim
usuvenit ut qui sumptibus non parcant, licet varias
& graves clades acceperint, bello superiores eva-
dāt. & ex hoc maximè liquet, quòd eæ gentes uni-
verse, quæ vel nullam exteram vim formidantes,

vel suis populis parcentes arario non studuerunt, licet finitimis, gentibusque longinquis aliquando formidabiles fuerint, acerrimosque ac validissimos impetus habuerint, tamen quod nullis certis opibus inniterentur, tanquam deficiente fundamento precipiti gravique ruina conciderunt. Sapienter itaque reipublice instituisse, & auctoritatem firmasse videntur, qui vectigalium & censuum imprimis rationem habuerunt. Et quia amplissima regna ac magnæ civitates his carere non possunt, civitatibus vectigalia & ingentes copias non incommode subiungimus.

IOSEPH,
antiq. 7.



IOSEPHVS scribit, Davidem tantas divitias & opes reliquisse, quantas nullus alius rex vel Hebræorum, vel aliarum gentium, tantamque vim pecuniæ in ejus sepulchro reconditam fuisse, ut Hircanus pontifex ex una cella talentorum millia extulerit; & post eum Herodes cum aliam cellam aperuit, ingentem etiam pecuniæ summam acceperit. Inde colligitur, ingentem thesaurum habuisse, cum in ejus tumulo tanta asservaretur pecuniæ summa, ut superflua & redundans. Sed 2. Regum 8. & Paralip. 22. ipsius opum magnitudo certius declaratur, ubi dicitur decies centena millia talentum argenti, & auri centum millia habuisse, quæ summa centum & viginti milliones aureorum æquat, quam ex tributis & manubiis collegit.

Sa-

Salomon Davidis filius, & in regno successor non minus quam pater arario studuit. Inducunt populi exoptationes apud Roboamum, qui ei successit. Pater tuus, *3. Reg. cap.* (inquit populus) durissimo jugo nos prefficit, tu leviora impera, paululum de onere subleva, ut serviamus tibi. Sed quod sequitur, ejus opum affluentiam clarius adhuc ostendit. Univerſa supellex domus saltus Libani de auro erat purissimo, non erat argentum, nec alicujus precii putabatur in diebus Salomonis: quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharſes deferens inde aurum & argentum, fecit ut tanta esset abundantia argenti quanta & lapidum. magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ divitiis & sapientia. si opibus omnes reges antecelluit, ingentes thesauros eum habuisse, & cumulandis pecuniis studuisse certum est.

Alexander Magnus locuples etiam ararium habuit, quod non solum ex immenso *Q. Curtius lib. 8.* luxu ipsius & profusa largitate conspicitur, sed etiam ex tributis & vectigalibus maximis. Illi enim in annuo tributo pendebantur post devictam Asiam trecenta talentorum millia, quæ summa ducentos sedecim solatorum aureorum milliones efficit.

Perſarum reges arario locupletando maxime studuisse non solum ex insanis sumptibus, & nimio luxu, quo plerique diffuebant, *Q. CURT. lib. 8.*

D 1

Q. CVR.
lib. 8

sed ex magnis thesauris, quos coacervabant. Darius qui ab Alexandro Macedone victus est, in erario habuit centū octoginta talentorū millia. ea summa efficit centū & octo aureorū milliones. Ægyptus etiā suis regibus maxima tributa pēdere solita est. Auleti. n. Cleo patrē patri pēdebātur duodecim millia talentorū & quingēta: hoc est septuagesies quinque centena millia aureorum solatorum. hæc summa facit septē milliones cū dimidio.

Romanorum (qui olim orbis domini) fuisse tam magna vectigalia, ut omnium scriptorum estimationem effugerint. siquidem præ cæteris nationibus intentissimè erario studuerunt. Erarium autē Romanum ex vectigalibus & tributis præcipuè constabat. Vectigalia trium generū fuere, ex agrorū cultu, ex mercium trajectu, & ex pascuis. Primū Decimæ, secundū Portorium, tertium Scriptura appellabatur. Tributū conferebāt omnes cives cuiuscūq; ordinis, status & gradus pro modo facultatū facta distributione per centenas partes. Ex magnitudine urbis Romæ incolarumq; frequentia facile est cōjicere, immensā vim pecuniæ inde fuisse collectā. Eusebius author est, censu sub Augusto acto Romanorū capitum quadragies semel centena millia censa fuisse. provincias maxima tributa solvisse, Iudæa & Ægyptus facient fidē. Iosephus tradit, Vespasianū censum Iudæis imposuisse, iussisseq; ut qui vigesimum attigerat annum, binas drachmas singulis annis

in Capitolium deferret. cū autem in uno paschate iubente Cestio sacrificantium populus numeratus supra vicies centena & septingenta millia inventus sit, & duæ tantum tribus ad festum confluerent, ingentem pecuniæ summā ex eo censu ex univërsa Palestina cōstatam esse conijicere facile licet. Et si enim detur, propter amplitudinē Hierosolymę urbis, eas tribus populosiores esse, ita ut duæ tribus quartā Iudaici populi partem fecerint, ad sedecies centena aureorū millia, & ultra summa resultabit. Adde quod omnis populus, qui cēsum debebat sacrificiis nō intererat. Scribit Strabo ultra Alexandrinū populum Ægyptū septingentes quinquages cētena millia incolarū habuisse. quod si dimidia pars tantū censum debuit, & similē cum Iudæis solvit, septem aureorum milliones cū dimidio quotannis in cēsu Ægyptii solverūt. tantundē etiam solverūt in tributo, quia quā pēdebat Auleti summā Ægyptus, pependit Romanis, & majorem. nam portoria maximè adaucta fuere. Ita una provincia quindecim aureorū milliones solvisse reperitur.

Majus adhuc tributū Asiam solvisse, ex eo videre est, quod in uno anno ducenta millia talentorum, id est, centū & viginti milliones aureorū M. Antonio pependit. nec enim verisimile est, Antonium ultra tertiā vel quartam partē annuum tributū adauxisse. Quod ex salinis & argētifodinis colligebatur, ingentē etiam summā efficiebat. Hoc indicio esse

POLYB. potest, quòd argentifodinæ circa Carthagi-
lib.1. nem novam in Hispania in dies singulos vi-
cena quina drachmarum millia pop. Rom.

BVD. de pendebant. Bis mille & quingenti aurei
asse 4. sunt in annum novies centena & duodecim
millia quingenti aurei. Gallicis argentifo-
dinis multum auri & argenti Romanos ex-
cerptisse Cæpionis consulis furtum declarat,
cùm auri essent centum & decem millia pon-
do, argenti decies quinquies centena millia.
rota auri argentiq̄e summa æstimata du-
centies septuagies centena millia aureorum
cum viginti millibus.

POLYB. I. De hostibus item reportata spolia mul-
tum ærarium locupletarunt: prædam enim
de hostibus partam quæstor apud Roma-
nos solebat vendere, & pecuniam inde con-
flatam in ærarium referre. Tres belli duces
inter alios maximè ærarium ex manubiis
ditarunt P. Æmylius, Pompeius, & Caius
HALYC. Cæsar. Plinius & Plutarchus dicunt, tantū
lib.7. auri & argenti Æmylium Perseo devicto in
BLOND. ærarium intulisse, ut millium postea tribu-
de Rom. tri- tum persolvi oportuerit usque ad Hircii &
umphant. Panse consulatum. qui circa Cæs. Augusti
lib.5. & M. Antonii primum civile bellum consu-
les fuerunt. Summa pecuniæ à Pompeio il-
latæ ad centies, & vicies centena millia au-
reorum æstimata. Auri signati & cælati sum-
ma, quam Caius Cæsar in suis triumphis in
ærarium intulit, quadraginta & unum mil-
liones aureorum valore æquavit. Delata e-
nim

nim sunt ad sexaginta quinq; talentum mil-
lia, coronæ ex auro bis mille octingentæ & **APPI.**
viginti duæ, quæ pondo amplius viginti *bell. civil. 2.*
quinque millia pendebant.

Sumptus etiam quos faciebant Romani
eos ærarium maximum habuisse ostendūt.
Romæ (ut Plutarch. refert) annuus sumptus
erat mille ducentorum & quinquaginta ta-
lentorum. Tempore Augusti pro stipendiis
militaribus quadraginta quatuor legionū,
expendebantur centies vicies centena mil-
lia aureorum. quæ duodecim milliones effi-
ciunt. sed & Imperatorum expensæ, & pro-
fusiones planè demonstrant, quàm inge-
ntes pecuniarum summas à populis corra-
rent. Tacitus scribit, Neronem bis, & vicies
millies sestertiū donationibus effudisse, in
quatuordecim annis; quib. in imperio fuit.
Quæ summa efficit quingenties, & quadra-
gies centena millia aureorū, quæ sunt quin-
quaginta quinque milliones. Auream etiam
domum extruxit immensi precii & æstima-
tionis, & in omni parte vitæ prodigos om-
nes superavit.

Maximas autem expensas necessarias il-
los fecisse frugalis hominis Vespasiani peti-
tio apud Suetonium declarat, quadringen-
ties, scilicet millies sestertiū. quæ summa
valet Hungaricorum aureorum supra no-
vies millies sextenties nonagies sexies cen-
tena millia. Nongenti sexaginta novem mil-
liones sunt & ultra dimidium. Quòd si præ-

CHAL
cond. lib. 8.

cipue ad aes alienum dissolvendum & vacuum ærarium implendū ad necessarios belli usus tam immensam pecuniæ vim expetebat, nihilominus magnas expensas necessariò illi faciendas esse existimavit, & ex populis Rom. imperio subditis colligi posse nõ desperavit. Nunc temporis magna vectigalia & tributum à suis recipere dicuntur Turcarū & Catainorum imperatores. Recipiebat Mahumetes secundus annuatim (ut scribit Chalcodyles) mille myriades, & quadringentas aureorum staterū Venetorum, quæ quatuordecim miliones efficiunt: sed cum à Bajazete, Selymo & Solymanno Peloponnensis Ægyptus, Syria, Caldea, Rhodus & Hūgaria, Moldaviaq; imperio suo adjecerint: vectigalia maxime adaucta esse conjicere licet. quoties imperatori belli tempore populum censere libet, ex quavis minima summa census extraordinarie imposita pecunias innumerabiles corradit: adeo ut quod ad ærariū pertinet, ex bellis potius lucretur, quam in damno sit. Præcipuum autè ærarium Byzantii septè in turribus argenteæ aureæq; monetæ asservatur: sibi inestimabiles cumuli reconduntur, omnèq; sumptum quarta parte tot tributorū & vectigalium annui atq; perpetui reditus exuperant: quamvis equitū & peditum magnæ copiarum tormentorū magistrī & præfecti classium diurna, aut menstrua stipendia à quæstoribus continenter accipiant.

Iov. de
reb. Tur.

Catainorum imperator in regno Quinsai, quod

quod nonam tantum partem provinciarum Mangi efficit annuatim salis tributo non numerato recipit quindecim millia millium aureorum, atq; sexcenta millia ex sale, quod paratur in urbe Quinsai: & locis finitimis aureorū centum millia, quæ summe sedecim milliones equat, quadringentis millibus minus. cum præter Mangi multas habeat sibi subditas provincias, & ex nona illius parte tantum corradat pecuniæ, quantam summam ex omnibus provinciis eum colligere existimandum est: hoc cuius rectè expendere facile fidem faciet, quod tantis rerum omnium opibus valere dicitur, ut ei Europæ reges in unum collati pares assequantur.

P. Iov.

Ut ærarii præcipuus finis est, eas alere copias disciplina, & exercitatione firmissimas, quæ ad imperii fines tuendos, aut (si usus postulat) dilatandos satis esse possint: ita magnæ copiarum, quæ perpetuum stipendium merent, immensas ostendunt opes & ærarii amplissimas facultates. Ita alterum alterius certissimum indicium præbet: sed quia ærarium (licet locupletissimum) nec securitatem, nec ornamentum possessoribus præbet: quin potius invidiam & periculum creat: si copiarum militares defuerint, magnas potentissimorum regum copias expendere cum thesauris lubet.

David omnium regum potentissimus tantas habuisse copias dicitur, ut singulis mensibus viginti quatuor millia apud se habuerit, quæ si in unum redigantur, ducentorum octoginta octo millium numerum implent, has copias

P. AR. 27.

habuit ad ipsius imperata facienda, & exequenda paratas.

3. Reg. 10.

2. Paralip. 8.

Filius Davidis Salomon mille & quadringentos currus, & duodecim equitum millia in regni sui finibus præsidii causa tenuisse dicitur: de aliis autem copiis etsi mentio nulla fiat, tamen ex secundo Paralip. militares copias magnas habuisse colligere est. ubi dicitur Salomon non permisit aliquem ex filiis Israel, ut serviret operibus regis. ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarum & equitum ejus. omnes autem principes exercitus regis Salomon fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

APPI.
in Lib.

BVD. de
asse.

Ægypti copiarum ad usum belli terrestris post Alexandrum fuere ducenta millia peditum, & quadraginta millia equitum, elephantum bellatores trecenti, currum ad duo millia. triremes ab Hemioliis ad quinquem mille & quingentæ: aliæ ad navigationes amœnas, & voluptatis gratia ad ostentationem comparatas octingentæ.

VEGET.
de re milit.
lib. 2.

Romanorum copiarum, ut imperii non semper eadem amplitudo: sic non semper pares numero fuere. Tempore Augusti quadraginta quatuor legionibus continebantur, quæ peditum ducenta sexaginta octo millia & quadringentos, equitum viginti septem millia, ducentos octoginta complectebantur: si legiones completæ erant. continebat enim legio sex millia peditum & centum, equi-

equites sexcentos & viginti: has legiones Romani perpetuis alebatur stipendiis, & cum expeditio aliqua suscipienda erat, legionibus auxiliares copiarum adjungebantur. Cornelius Tacitus præter classarias & urbanas copias, viginti octo legiones tantum enumerat, quæ præsidii causa in provinciis detinebantur, octo circa Rhenum commune in Germanos Gallosque subsidium, tres in Hispania, duæ in Africa, duæ in Ægypto, in Syria, & circa Euphratem, quatuor in Pannonia duæ, in Mœsia duæ, in Dalmatia totidem.

TACIT.
lib. 4.

Circa Severi & Bassiani tempora Romanorum copiarum erant peditum ducenta, equitum quadraginta millia: elephantum ad bellandum instructi trecenti, currum duo millia. armorum in supplementum trecenta millia: minorum navium duo millia: naves longæ mille quingentæ: naves ad belli pompam partim proris, partim puppibus auro exornatæ, octoginta.

APP.
in Libyca.

Iustiniani temporibus etsi multum de imperii amplitudine diminutum erat, copiarum imperii universarum centum quinquaginta millium numerum tum equitum tum peditum adimplebant, quæ partim in Italia, partim in Hispania, Libya, apud Colchos, circa Theben Ægypti in agro Alexandrino, & in oriente contra Persas in præsidiis dispositæ erant.

PROCO.
de bell. Per.

Turcarum copiarum disciplina militari &

longo armorum usu firmissimæ, distribuuntur in prætorianas & stipendiarias. . Sunt prætorianorum quatuor millia equitum, duodecim millia peditum. non annumeratis sub servis, qui cultu, apparatusque armorum, auratis, cristatisque capitum tegumentis dominos numero cum superent, virtute æquant. Stipendiarius numerus supra centum millia censetur, cum sint supra quinquaginta præfecturæ ferè æqua portione in Europa atque Asia constitutæ. nulla est tam exigua aut tenuis præfectura, quæ bina saltem millia equitum non alat: quum ampliores sena aut septena contineant, cum expeditio suscipitur: voluntariorum militum colligitur magnus numerus, equitum ad centum millia sæpius peditum ad quinquaginta millia.

P. IOV.
bist.

Magnum Cham Catainum innumeras copias alere scribit M. P. Venetus, eumque in viginti duorum dierum spacio trecenta sexaginta millia equitum, & centum millia peditum ex circumjectis civitatis Cambalulocis, dum ibi ageret coegisse: cum numerosissimos exercitus alios in aliis provinciis haberet.

M. P. VENET.
li. 2.

DE

DE SINGVLARIBVS
LEGIBVS ET MORI-
BVS NATIONVM.



*V*M varia sunt hominum ingenia: diversos servare mores, ac contraria instituta, legesque instituire, nemini mirum videri debet. natura enim comparatum est, ut quisque suis inventis maxime applaudit, & aliorum consilia, licet meliora, procaci animo despiciat. pro-ut Anacharsis dicebat, Athenienses, qui primas sapientiæ partes inter Græcos tenebant, apud Scythas Barbaros esse. Ideo cum audimus populos, & nationes aliquas à nostris receptis moribus prorsus distindere, nulla nos teneat admiratio. nam quæ apud nos usu sunt recepta, & veluti longissima multorum seculorum præscriptione comprobata, illis vicissim fortasse videbuntur ridicula. tantum valet opinio inveterata consuetudine confirmata, & firmo omnium assensu stabilita. Nec illorum populorum, qui diversis à nobis institutis gubernantur leges, tam stupidos fuisse putandum est, ut quid jus naturale valeret non intellexerint, aut tam imperitos rerum, ut ad communem hominum societatem tuendam leges, quas sanxerunt, adaptare nescierint. variis etenim modis pro diversa gentium, & populorum natura præclara politici ordinis harmonia conservari potest. Invaluere tamen apud nonnullas nationes consuetudines male, depravato iudicio pro bonis receptæ, tantaque animorum obstinatione ac perveracitate comprobata, ut principum auctoritas eas antiquare, & ex vulgi mentibus extirpare nullo pacto valuerit.



STRABO
geogr. 16.

SSYRIORVM mos in conjugis olim fuit, ut cujusq; tribus tres integræ vitæ ac præcipuæ authoritatis viros præficerent, qui puellas nobiles in mediam multitudinem producebât, & præconis voce elocandas esse significabant. In eo autem populi conventu, quæ plurimum iudicio præ cæteris digniores censébantur: primæ connubio & melioris notæ viris jungébantur. Id institutum etsi à moribus nostris alienum: tamen & rationi consentaneum & honestati congruum nemo opinor negabit. nam virginis custodia res admodum sollicita ac timoris plena est. Ideo si quis filias nobiles habet, eas elocare consultissimum illi est, ne pudicitia mille insidiis obnoxia infœlici casu procumbat. quod verò puellæ pro dignitate priorem fortiebantur locum, laudem non vulgarem meretur. præcepta enim dotis spe virtuti, ac naturæ dotibus, quæ genus & opes præclaro merito præcedunt locus aservatur.

Hæc conjugii laudabilis disciplina hodie adhuc inter Moscovitas pro nuptiis principis observatur. siquidem Moscovitæ solent, quum de uxore principi ducenda deliberant omnium toto regno puellarum habere delectum, ac forma virtuteque præstantiores ad se perduci jubere, quas demum per idoneos homines, fidelesque matronas inspiciunt, ita diligenter, ut secretiora quoque ab

ab iis contrectari explorarique fas sit. Ex iis verò magna atque sollicita parentum expectatione, quæ ad principis animum responderit, regis nuptiis digna pronunciat. Cæteræ verò, quæ de formæ, pudicitiaque, & morum dignitate contenderunt, sæpe eadem diè in gratiam principum proceribus ac militibus nubunt: sic ut mediocri loconatae plerumque dum principes regie stirpis clara stemmata contemnunt ad summum regalis thori fastigium, uti & Turcas Ottomanos solito esse videmus pulchritudinis auspiciis evehantur.

Apud Thraces olim nupturæ puellæ non parentum arbitrio & voluntate nuptum dabantur: sed quæ præ cæteris formosiores, & venustiores erant, sub hasta licitatione facta præmio accepto nubebant; quas verò formæ decus non commendabat, eæ maritos precio dato emebant. apud homines militares, quales antiquitus Thraces fuere, mos ille non absurdus, etsi per omnia non probandus, fuit: hoc enim pacto procreandæ sobolis respectum habuere, quâ ad arma assuescere patrio more volebant, & corporis proceritas cum statura forma ac firma membrorum compage bellicosos homines ornare ac commendare solent.

Non dissimilis mos est nunc temporis apud Tartaros regionis Egrimæ. cum enim deducenda uxore deliberatio est, pulchritudine insignes, divitibus, aut nobilitate

E

Iov. in descript. Moscovitæ.

SOLIN.

M. PVE.

te conspicuis præferre solent.

Nubendi consuetudo apud Taxilas fuit, ut qui præ inopia filias elocare nõ possent, in ipso ætatis flore in forum producerent, comitantetubicine classicumq; canente, ut in bello fieri solet, dum cientur prælia. multitudine classico convocata, puellæ primis accedentibus humero tenus se detegebant, & conspiciendas præbebant, quæ cum placerent, & quam multis probarentur, quibus magis adlubebant nuptui dabãtur. hic mos licet apud alias nationes nõ fuerit receptus, non à ratione tamen alienus prorsus videtur. In magno enim hominum cœtu non difficile est quosdam invenire, inter quos similis in generi stellarum positus mutuum amorem conciliat.

Apud Saccas mulieres nupturæ cû sponso certamen prius inibant, in quo si sponsa superior erat, per omne connubii tempus viro imperabat. si inferior ex certamine discederet, lubens postea mariti imperio se submittebat. Cùm naturalia & civilia jura mulieri imperare non permittant, laudabile institutum videri non potest. Hoc tamen comodi in se habet, quod multis jurgiis & diffidiis viam occludebat.

In provincia Pein, quæ Cataino imperatori paret, consuetudo est, ut cùm maritus quispiam aliquo proficiscitur, & intra viginti diem domũ non redit, uxori liceat aliam ducere maritum, priore relicto. Hoc

pe.

STRAB.
geog.15.

ÆL. de
Var. hist.
lib.12.

peculiari instituto & inaudito more indicare videntur, nihil antiquius homini conjugato esse debere, uxoris familiari consuetudine, ejusque præcipuam curam esse habendam, posthabito quovis commodo & utilitate: neque viris absolutam libertatem concedi debere uxoribus dura servitute oppressis. Tolerabilis aliquo modo & excusatione digna apud barbarum populum consuetudo illa videretur, si adversæ valetudinis & captivitatis casum excepisset.

In Palmaria insula tantum honoris & reverentiæ conjugatis defertur, ut in eadem mensa accumbere cum illis, vel eadem lance vesci poculove bibere nemini cælibi liceat, aut aliqua in re parem se præbere. Ad utilitatẽ reip: consuetudo illa maximè spectat, quia rerump. stabilimentũ sunt, ideo honoribus ad connubia adolescentes invitatur.

Apud Meroen Nili insulam percelebrem mos fuit, regem constituere, qui vel forma, vel robore, vel opibus, vel alendorum pecorum virtute, aliave insigni dote ceteros antecelleret. Indignum illis videbatur, alicujus parere mandatis, qui naturæ dotibus aut virtutis merito subditis præstantior nõ esset.

Asine huic est, quod apud Persas olim observabatur, qui fas esse non putabant, parte aliqua corporis mancum regem constituere.

Apud eosdem Persas neque aureo annulo, neque zona militari, neq; monili, aut ali-

E 2

CADAM

STRABO
geog.17.

AGATHI
as de bello
Persico

quo alio insigni ornamento alicui uti fas erat, nisi ex regis licentia & singulari privilegio. Ad alendam virtutem plurimum referre arbitrabantur, si regis testimonio spectate virtutis insignia nemini ignavo aut scelerato communicato honore palam gestarent, qui egregium aliquod facinus domi vel militiae perpetrassent.

Diod. 6

In Taprobana insula in eligendo rege non nobilitas praevalerat olim, sed universorum suffragium adhibebatur, eoque modo res procedebat, ut populus spectatum moribus virum inveteratae clementiae, & iam annis gravem in regem eligeret. Hoc etiam in eo requirebat, ut nullos haberet liberos. quod nullum tam spectatum, nec tam insigniter probum putarent, qui ad regni fastigium erectus potentiam in suos quoquo modo transferre non conaretur. In hoc itaque intentissimis animis incumbere, ne regnum fieret hereditarium.

HEROD.
lib. 1.

Diod. 2.

Aegyptii suos reges summa veneratione, honore atque observantia colebant, quod absque peculiari numinis favore tantam eos dignitatem assequutos esse non crederent, & propter res egregie gestas divinae naturae quodam modo participes arbitrantur. In eorum obitu capita luto deturpabant, mulieres nudatis mammillis & viri peccatoribus cum maxima ejulatione plangebant, atque in deformi illuvie septuaginta duos dies vino prorsus abstinentes, & im-

mura

mundis cibis: quales bestiis dari solent, vescentes, miserabiliter degebant. & demortui regis virtutes decantantes, egregiaque ejus facinora recensentes, bis in die luctum renovabant.

Mos apud Aethiopes olim fuit, si quando rex aliqua corporis parte quavis ex causa mutilatus aut debilitatus esset, ipsius domestici, & familiares ea in parte ultro se debilitarent. Turpe enim aestimabant, rege Claudio ipsius amicos recte incedere, aut monoculum ipsum videntes amborum oculorum usum eos retinere. Fuit etiam apud eosdem regis amicos mos cum ipse mortem obiret, sibi necem inferre, illum vitae exitum gloriosum, ac laude dignum, veraeque amicitiae testem judicantes. Adversus talem amicorum consensum insidias moliri Aethiopiae pibus haud facile fuit, cum rex & amici uno animo suae salutis consulere, nec potuit rex tutius, nec certius corporis satellitium habere.

Diod.
lib. 4.

CADAM.

In insula Teneriffe cum inauguratur princeps, permulti certatim in memoriam, & honorem novi principis morituros se offerunt. ob id factum in valle quadam conveniunt, & ibi peractis nonnullis ceremoniis, qui sua morte principis inaugurationis festum sunt exornaturi rapem ascendunt, & ex ea se decipites, tanta violentia ac imperu, ut comminutis ac fractis ossibus, ac ferè in frustra concisi reddantur exanimes. pro tam im-

E 3

mani facinore rex, quoniam in ejus gratiam fit, defunctorum agnatos beneficiis ac immunitatibus, omni que favore prosequitur. Regis (opinor) factū nemo damnaturus est. nam grata recordatione eum colere, qui ipsius causa prodigus vitæ fuit, honestum & laudabile apud omnes censebitur: sed vesanum amici imperum aut inconsideratum in principem amorem, nullius nec fructus nec usus aut inanem ex eo factū gloriolā, quam infani illi captarunt, neminem puto laudaturū. Hunc morem tanquam sævum, furiosum ac barbarum improbant insula, nihilominus tamen observant. tantum valet inveterata consuetudo & depravatam in retinenda falsa opinione iudicium.

In regno Var apud Tartaros, quando rex mortuus est, & ejus funus ad comburendū deducitur, multi ex ejus militibus sponte in rogum se conjiciunt, existimantes se ab eo in alia vita nunquam dissociandos. Idem faciunt uxores quum earum mariti defuncti comburuntur, sperantes se in alia vita illorum uxores futuras. Quæ id facere recusant, apud illos populos nihili æstimantur. Ea consuetudo, quamvis crudelis, iniqua & impia, hoc commoditatis in se habet, quod de immortalitate animæ opinionem confirmat, & amicitia jura corroborat.

Ut hæc Tartarorum barbara consuetudo multū impietatis & truculentia habet: ita quæ sequuntur in decem exemplis crudelitatem, sævitiam, barbariam

M. P. V. E.
lib. 2.

riem & furorem omni ex parte spirant, nec honesti aut commodi probabilem rationem ullam habere videntur.

Thraces, qui supra Trestoneos olim habitabant, singuli plures habebant uxores. cum quis autem eorū mortem obibat, disceptatio magna inter uxores fiebat acri amicorū circa hanc rem studio, quænam à marito præcipuè dilecta fuerat. quæ pro se sententiam ferebat, ad mariti tumulum per propinquissimos generis mactabatur, unaque cum viro sepulturæ mandabatur, aliis uxoribus pro maximo probro, & insigni calamitate ducentibus, quod postea in magno omnium contemptu victuræ essent.

Nasamonibus mos fuit, cum quis primū ducebat uxorem, prima nocte ut nova nupta singulos convivas Veneris gratia obiret, & quisque, ut cum ea rem habuisset, donum daret.

Massagetis optimum mortis genus videbatur, si senio confecti in frustra cæderentur, & cum ovillis carnibus ederentur: eos verò qui morbo absumebantur, ut impios abjiciebant, & dignos qui à feris devorarentur.

In montanis prope Calechut rex longè latèque dominatur, qui cum fato functus pyra extructa de more cõburitur, & cum eo conjuges omnes quotquot ille in vita habuit, & superstites reliquit. Subditi verò illius, cum mortui sunt, in fovea cõburuntur: cõjuges verò superstites relictæ omni mundo muliebri

exornatae eò contendunt comitantibus parentibus & cognatis, agnatisque omnibus choraulis & tibicinibus subsequenter. Ibi que ad comburendum cum viro delecta est, mirum in modum gestiens & jucundè tripudians ac saltans circumit foveam sæpius, tum demum ut cancer reptando sensim incedit, & cum ad foveæ ardentis labrum pervenit, in mediam flammam præceps ruit. Tum adstantes affines & gentiles ollam oleo & butyro plenas supra corpus ejus injiciunt, ut hoc fomento ardentior & altior flamma excitetur, & miseræ illius cadaver citius consumatur. Hujus nefariæ consuetudinis, quæ per multa secula duravit, Strabo causam assignat. apud Cathæos (inquit) lege sancitum, ut cum viris defunctis uxores comburerentur, quod cum aliquando adolescentulos adamarent, à viris secedebant, vel eos veneno de medio tollebant. Ideo ut veneficia & divortia tollerentur, ea lex sancita est.

Magno Cham vita functo, cum ejus exequiæ parantur, & corpus ipsius ad montem Alcan (qui est locus sepulturæ designatus) tumulandum defertur, qui funus ad sepulturam comitantur, obvios passim trucidant, jubentes, ut defuncto regi in alia vita sedulam operam navent. Cum magni Cham Mongu (qui fuit ordine quintus) corpus in eum locum deductum fuit, ad viginti hominū millia eo pacto trucidata sunt.

Mos

Mos est apud Turcas, ut defuncto statim principe Iudæi & Christiani Turcarum injuriis expositi, qui Byzantii, Peræ, Adrianopoli, Thessalonicae, Prusiae, mercaturæ causa degunt, à prætorianis per tumultum mercimoniis, omni que substantia spoliuntur, prædeque habeantur: neque prius milites sacramento adacti, in verba novi principis jurant: quam is novam prædam Donativi nomine concesserit, & per caput suum (magnum a-

P. Iov. hist. 13.

bi. 13.) apud Turcas juramentum affirmavit, se nullam ex fontibus petiturum pœnam, atque omnem ejus maleficii memoriam aboliturum.

Apud Tartaros in provinciis Camul & Caniclu viri sibi gloriosum putant, si uxores viatoribus prostituunt. Cum quispiam itaque viator illac iter facit, & in alicujus ædes divertitur, paterfamilias cum magno gaudio eum suscipit, ac uxori totique familiæ præcipit, ut quamdiu ille apud eos manere velit, nullo modo extrudatur: sed ad ipsius nutum, tanquam dominus esset, servi & domestici omnes præsto sint. Cum magnus Cham, cujus imperio parent, illam nefandam consuetudinem antiquare vellet, legatos cum muneribus ad eum miserunt, suppliciter petentes, ut suum edictum revocaret: quod putarent propter hospitalitatis beneficium, se deorum suorum gratiam promeritos, & quicquid prosperum illis contigebat, inde provenire.

M. P. V. E. lib. 3.

LVD. RO. lib. 3.

STRABO lib. 15.

M. P. V. E. lib. 1.

Filiæ Calecutanorum ante pubertatis annos corpora prostituunt, tantoq; coitus desiderio tenentur, ut quū statim octavum annum excefferint, viros præhensent enixè rogantes, ut ab illis constuprètur: quoniam virginitas molesta illis est & tædiofa: nubere enim secundum patrios mores virgines nō possunt. Rex ducturus uxorem, digniori sacerdoti deflorandam tradit: neq; sacerdos ille gratis id officii regi præstat. recipit enim mercedē ad quingentorum aureorum valorem. Rex Tarnassari non sacerdotibus, sed albicantis coloris hominibus, qui Mahometani & Christiani sunt, deflorandam tradit. Illum morem subditi etiam observant.

Ea Calecutanorum conjugia, ut obscœna & impura, ac præter omnem rationem habent auspicia: ita ne honestè nec fideliter observantur. Cū enim familiariter inter se vicini & amici converfantur, prout libido tulerit, suas uxores conventionē facta, ut in bonæ fidei contractibus commutare solent.

Fuit apud Scotos jam inde à principio institutum, seu lex, ut nobilitati liceret plebeiorem uxores habere communes: ac domino pagi vel oppidi alicujus virginem nuptam ante virum inire. Primum statim ac religionem Christianam sunt amplexi, sustulerunt. Illud posterius longo post tempore sublatum. Malcolinus rex sanctissimæ uxoris Margaritæ hortatu lege sanxit,

ut

ut virgo nupta nummum aureum pudicitie redimendæ causa, domino penderet, id quod nunc etiam observatur. Ita illud nefarium institutum antiquatum.

Apud Tartaros in regione Corinos mos est, quum quispiam paterfamilias moritur, uxor ejus vidua quatuor annos continuos luget, idq; singulis diebus semel sterui & planctui se dedens. Conveniunt etiam ad defuncti domum confanguinei & vicini ejus magno cum gemitu mortem defuncti deplorantes atque acerbas facientes querelas.

Quæ sequuntur exempla laudabiles mores & honesta instituta continent. Omnia quidem laudanda aut saltem non detestanda, quædam etiam imitatione digna.

Populus apud Calecut utilia ad vitam hominum animalia non necat, ut sunt boves & oves, tamq; tenero affectu ea profestquitur, ut cū prætereunt manibus leniter contrectent, ac suavissimè deosculentur, quòd si quis ea vel de industria, vel casualiter, pœnas luit non aliter quàm si furtum aut latrocinium commississet: hoc vitæ institutum etsi partim ridiculum, partim atrox videatur, tamen aliqua honestatis specie nititur. Nolunt enim (ut ex hoc apparet) iis à quibus beneficia acceperunt ingrati aut injurii videri.

In insula Porne non longè à Moluccis bellum ita detestantur incolæ, adeoque pacis

LVD. RO.
lib. 5.

M. P. VE.
lib. 3.

POLYD.
Verg. lib. 1
hist. Ang.

M. P. VE.
lib. 1.

LVD. RO.
lib. 3.

funt cupidi, ut regem suum dum quieti studeat, tanquam Deum veneretur: si belli cupidiores se ostenderit, non quiescunt, donec hostium manu in acie ceciderit. cum illum trucidatum conspiciunt, tunc impigre hostem adoriuntur: quia pro libertate & futuro Rege pacis amicioe pugnare incipiunt. Neque unquam apud eos visus est rex belli suator & author, qui in acie ab eis desertus non ceciderit. Quis in ea gente piam mentem & prudens consilium non laudaret? que nemini injuriam inferre cupit, & incertos belli casus non insulse reformidat? Fœdum etiam cœsent, ac detestandum scelus, pacem petenti denegare: & licet læcesiti injuria fuerint, nihil gloriosius putant, quàm pacem petere, & ad concordiam promptos & paratos se offerre. Et quid laudabilius quàm privatas injurias, & offensas publicę tranquillitati condonare, & deposita animi ferocia ad concordiam & pacem inclinare?

CADAM.

Apud Sinas qui plurimis & doctissimis probatus fuerit, is ad ampliores honores & præcipuas dignitates evehitur. quod non nisi spectatę virtutis hominibus respubl. tutò committi non possit. homines item exteros difficilimè in suas urbes admittunt, ne moribus externis imbuti paulatim ab institutis majorum abducantur.

OSOR.
lib. II.OSOR.
lib. 9.

Est hoc in more apud Persas, ut in quibuscumque hominibus virtutem perspexerint, eam summo studio celebrent; usque adeò, ut

hostes ipsos, quos armis acerrimè persequuntur, si spectatę virtutis eos esse cognoverint, summis laudibus afficiant.

DE FALSA DIVERSORVM POPVLO- RVM RELIGIONE.



Attantius Firmianus hominem naturali instinctu religionis & sapientię appetentem esse, ad easq; suo pte motu ferri asserit. Deus (inquit) voluit, ut homo sua natura duarum rerum cupidus esset, & appetens religionis & sapientię. Sic qui alteram suscipiunt, vitam deviam, maximis que erroribus plenam sequuntur, cadunt ad multiplices religiones: sed ideo falsas, quia sapientiam reliquerunt, que illos docere poterat, deos multos non esse: aut student sapientię: sed ideo falsę, quia religionem summi Dei omiserunt. Omnium hominum mentibus hanc noticiam natura inserit, Deum esse, qui sua inexhausta bonitate cuncta vegetat, alit & fovet: suaque immensa sapientiã gubernat admirandam machinam mundi, eumque adorandum, colendum, invocandum. Nulla enim est tam barbara natio, que Deum esse non credat, & palam fateatur. quis verò ille sit, & qua ratione colendus, non nisi ejus est scire, qui à Deo edoctus est, neque aliter potest repudiare, que falsa sunt: eligere, ac probare, que vera. Ut autem ingens beneficium verę quam profitemur religionis grata, piaque mente alacris celebretur, quorundam populorum erroneas

religiones ac impios cultus considerare non incommo-
dum erit. Sic enim Christianæ professionis no-
stræ præcellentiam melius intelligemus. nam contra
via juxta se posita magis luceſcunt. Mirabile etiam
& tremendum summi Dei judicium in hoc agnosce-
mus, qui peccata eorum, qui rectam viam deserue-
runt peccatis punit & in reprobum mittit sensum,
qui ab eo impiè desciverunt.



Alia religionis author à mul-
tis Ninus Veli filius asseritur,
quòd primus templū Velo pa-
tri & Iunoni matri, Rheæque
aviae, & statuas in medio Ba-
bylonis urbis erexit. Sed La-
stantius hujus nefarii facti antiquiorem tra-
dit authorem Chamum Iani filium. Chamus
(inquit) in ejus parte terre consedit, quæ nunc
Arabia nominatur, atque de nomine suo terra Cha-
naan dicta est, & posteri Chanaanæi. Hæc fuit pri-
ma gens, quæ Deum ignoravit, quoniam princeps
ejus & conditor cultum Dei à patre non accepit, sed
maledictus ab eo fuit. Itaque ignorantiam divinita-
tis minoribus suis reliquit. Sed ut omnia facile
in deterius vergunt, & mala multiplici radi-
ce latius serpunt, non solùm Chami posteri-
tas, sed ipsius Iani etiam relicto puro divini
cultus fonte ad superstitionis lacunas se con-
vertit. Indeque impuras & inquinatas hausit
aquis, & à stirpe sanctæ radicis avulsa novos
sibi mores & instituta pro arbitrio condidit.
Primi omnium qui Ægyptum occupave-
runt,

runt, cœlestia suspicere atque adorare cœpe-
runt. Ceteri etiam, qui per terrâ dispersi fue-
runt, admirantes elementa mundi cœlū, so-
lem, terrâ, mare sine ullis imaginibus ac tem-
plis venerabantur, donec processu temporis
potentissimis regibus templa & simulachra
fecerunt, eaque victimis & odoribus colere in-
stituerunt. Privatim enim singuli populorū,
gentis aut urbis cōditores seu viri fortitudi-
ne insignes erāt, seu fœminæ castitate mira-
biles summa veneratione coluere, ut Ægyptii
Isidē, Mauri Iubam, Macedones Cabyrium, **LACT.**
Pœni Vranū, Latini Faunum, Romani Qui- **I. cap. 15.**
rinum, Athenæ Minervam, Samos Iuno-
nem. Sic per populos & nationes varia sacra
suscepta sunt, dum grati esse homines in su-
os principes cupiunt. Hanc sequitur opinio
nē Cicero. *Suscepit natura hominū* (inquit) *con-* **de nat. deo.**
suetudoque communis, ut beneficijs excellentes vi- **lib. 1.**
ros in cœlū fama ac voluntate tolleret. Hinc Her-
cules, hinc Castor, hinc Æsculapius, hinc
Liber.

Hucusque temeratae religionis authores as-
liquid in speciem probabile comminisci po-
tuerunt, quod suis erroribus prætexerent.
nam cœlestia corpora præter vires, quib. hæc
inferiora gubernant, habent aliquid admiran-
dum pulchritudine & forma conspicuum,
quod cogit homines cum veneratione qua-
dā & admiratione suspicere. Et grata benefi-
ciorum recordatio (ad quam simulachro-
rum & templorū erectio refertur) non vide-

tur taxanda, sed quæ sequuntur religiones nil, nisi fœdum, absurdum, & à ratione prorsus alienum continent, quæ tamen longa consuetudine ita sunt approbatæ, ut eas nõ solum improbare, sed de illarum certitudine dubitare populi nefas iudicarent.

Ægyptii inter multa animalia, quæ pro numinibus coluere, bovem adorarunt, quæ Apin vocabant. niger erat certis maculis insignis, & lingua caudaque aliis dissimilis. quo majorem ei conciliarent venerationem sacerdotes divulgârunt, eum non coitu pecoris concipi: sed divinitus & cœlesti igne infuso. Dies quo ipse nascebatur universæ genti festus erat. Venerabantur etiam animalium simulachra & ipsa animalia: sed alia alia. Apud Arsmoen colebatur crocodilus, animal homini maximè infestum: Apud Herculis civitatem ichneumon animal crocodilis & aspidibus inimicum: Alii felem, alii accipitrem, alii ibin colebant: Tam perti naci autem stoliditate & infania eas bestias venerati sunt, ut ex illis interemisse aliquam capitale esset. Vbi morbo aut casu aliquo extinctæ erant, eas honorificè sepelire & lamentabiliter lugere solenne fuit.

POMP.
Mela lib. 1.

XENO.
phob de ex pedit. Cyri lib. 1.

Syri Chali fluvii accolæ pisces, qui in illo flumine erant, pro diis habebant: neque eos lædi aut capi patiebantur, tantoque majori in æstimatione habebantur, quod mansueti, & cicures à quolibet atrectari patiebantur.

Vt

Vt stoliditatis exempla Ægyptii & Syri in suis ritibus ostenderunt, ita Romani fœditatis & obscœnitatis, ut ex floralibus perspicere licet, quæ in famosi scorti honorem instituta sunt. Flora ejus nomen fuit, ea cum magnas ex arte meretricia opes quesivisset, populum Romanum ex asse scripsit hæredem, certamque pecuniæ summam reliquit, ex cuius fœnore suus natalis dies celebraretur, ludorum editione, quos floralia de ipsius nomine appellabant. In illis meretrices exuebantur, quæ mimorum fungebantur officio, & in conspectu populi ad satietatem usque pueridos motus, & gestus facientes detinebantur.

LACT.
li. 1. cap. 20.

Crudelitatis & sævitæ plena etiam fuerunt nonnulla veterum Ethnicorum sacra. Rhodii Saturno humanas litabant hostias, Diomedi Salaminenses. Apud Chios Dionysio homo crudelem in modum discerptus immolabatur: Lacedæmonii etiam hominem Marti sacrificare soliti sunt. & Phœnices in bellorum aut pestilentie calamitatibus amicissimos homines Saturno. In Creta Curetes pueros, Laodicenses in Syria Palla-

BLOND.
de Rom. trib. umph.

di virginem. Arabes singulis annis puerum immolantes sub ara sepeliebant: omnesque Græci priusquam expeditionem aliquam susciperent, humanas litabant hostias. Phœnices in magnis calamitatibus atque periculis dilectissimum ex filiis principis sui in redemptionis precium jugulabant, Scythæ

F

quoscumque advenas capiebant, Dianæ immolabant.

IACTA. Carthaginenses Saturno humanas hostias immolare soliti, cum ab Agarhocle Siculorum rege stragem maximam accepissent: iratum sibi Deum ob neglecta sacrificia putantes, ut diligentius illud piaculum, quod commississe arbitrabantur, solverent, ducentos nobilium filios ipsi Saturno immolarunt.

In Gallis olim qui in præliis versabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut se immolatuos volebant, admittisq; ad ea sacrificia Druidibus utebatur: quod pro vita hominis, nisi vita hominis redderetur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrabantur, publiceque ejus generis habebant instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habebant, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complebant, quibus succensis circumventi flamma exanimabantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio, aliqua ve noxa fuerant deprehensi, gratiora diis immortalibus arbitrabantur: sed cum ejus generis homines copia deficiebat ad innocentium supplicia descendebant.

TACIT. In Adona Britanniae insula erant olim lucis sævis superstitionibus sacri, in quibus insulani cruore captivo adolere aras & hominum fibris consulere deos solebant.

POLYD. Hæc cruenta & horrenda sacrificia retinent adhuc nunc temporis populi quidam.

siquidem in terra Oloan in America pectoribus hominum apertis cor eruunt, ex cuius calido cruore idolorum suorum labia illinant, reliquum fluere patiuntur in lacunam: deinde cor & exta comburunt, gratum illum fumum diis suis esse judicantes.

In Mexicana regione superis vivos homines, sed maleficiis infames & criminis damnatos immolare solent, placarique numina humano sanguine credunt.

Quæ sequuntur exempla stoliditatis insignem insaniam monstrant, ex ijsq; videre est, quo furoris et dementiæ miseris adigit mortales diabolus, cum semel suis laqueis irretitos tenet.

In Rugia equus, quem Suantonitum nominabant, colebatur, qui adversus sacrorum suorum hostes bella gerere credebatur: cuius facti argumentum & probationem inducere solebant, quod is cum vespere in suo stabulo relinqueretur, adeo sudore ac luto mane defædatus sæpius videbatur, veluti si ab expeditione laboriosa veniens, magni itineris spatia percurrisset.

Incolæ Hispaniolæ nocturnos lemures adorant, quos nunquam viderunt, sed inferare domiciliis eorum persuasum habent, qui arbitri vite, simul & fortunæ cuncta bona pariter, & mala mortalibus dispensare soliti sint. horum lignea simulacra religiosè venerantur, Zeminos appellantes utriusque humanæ fortis largitores.

CADAMA
ANGLE-
RIVS de
insulis

IOV. 3. hist.
34.

SAXO
Grammat.

ANGL
RIVS dec.
1. lib. 9.
IOV. Elog.
4.

MAXIMI In Porne insula solem & lunam adorant, *lian. Trās-* à quibus liberos, fœcundam pecoris fœtu-
sydvanus. ram, terræ huberes fructus, aliâque id genus
deposcunt.

In provincia Acladû apud Tartaros quæ-
libet familia progenitorem suum adorat.
M. P. V. F. In insula Iava quicquid manê primûm oc-
NET. li. 2. currit.

Colunt Zipangrii varia idola, quorum
quædam caput bovis habent, quædam ca-
put porci, quædam caput canis, atque alio-
rum diverforum animalium. Sunt etiam a-
M. P. V. E. pud eos simulachra quædam, quæ quatuor
NET. lib. 3. facies in uno capite habent, alia tria capita.
Sunt quæ habent quatuor manus, alia vigin-
ti, alia centum.

Calechutani dæmonis simulacrum eos
Iunt. sacellum in quo colitur ab humo extol-
litur non altius tribus passibus. In medio
sacello collocata est sedes, solii instar, ex ære
confecta, æneum habens sessorem dæmonê.
Ille in solio sedens caput diademate redimi-
tum habet Romanorum pontificum instar
sed id amplius habet, quod diadema ternis
ornatur cornibus. Dæmonis item caput
quaterna cornua prominentia habet, & ut
nihil ad deformitatem desit, ore quàm va-
stissimo hiant dentes. nasus enormis conspi-
citur, torvi, truces & minaces oculi. facies
truculenta, adunca manus, pedes gallo gal-
linaceo non absimiles. Sacellum ambiunt
picti dæmones ad quodvis testudinis latus.

fin.

singulis diebus manê idolum rosacea aqua,
aut alia odorifera abluunt, suffitum variis &
suavibus odoribus adolent humique pro-
cumbentes suppliciter adorant. hunc au-
tem sacrificandi ritum servant. Abaculum
habent vice altaris, quem variis floribus ac
fragrantibus pulvisculis sternunt. tunc san-
guinem galli in vas argenteum ignitis car-
bonibus oppletum imponût, additis variis
suffimētis largissimèq; adolent thura. Gallû
dein mactant cultro argenteo, cruentumq; LVD. RO.
cultellum nonnunquã igni admovere solêt. lib. 3.
Sanguis galli totus accêsis funalibus crema-
tur circa altare. Sacerdos Galli sanguinê im-
M. V. N. S. T. in Cosmog.
molaturus, lacertos & pedes exornat argen-
to. Peracto sacrificio discedit ab altari can-
cerorum more gradiendo, ab altari nusquam
oculos deflectens, donec ad arborem quan-
dam pervenerit, ibi gradum sistit.

DE DVRISSIMO VICTV, DVRAQVE HABITA- TIONE QV ARVN- dam gentium.

QVI primi de Cosmographia scripsère, ex
quinque zonis, in quas univèrsam terræ
ambitum diviserût, duas tantum habita-
biles esse tradidère. quod unam propter nis-
mum æstum infamem, duas propter intensum frigus
inaccessas commodam habitationem hominibus

F 3

concedere non putarunt. Sed illustrium quorundam virorum navigationes hunc errorem detexere, qui universas orbis partes habitatas esse deprehenderunt. Quod autem nationes, quæ in sterili solo, aut non admodum feraci habitant, sobriè & parcè vivere assuetæ, omnes rerum difficultates & naturæ injuriam fortiter perferentes in multos annos vitam prorogant, inde sit perspicuum tolerantia & patientia multa acerba & gravia incommoda superari posse, & consuetudinem vulgæto proverbio alteram naturam vestire nominari. Et autem hoc planum & manifestum fiat, de durissimo victu, & habitatione quorundam gentium hic titulus exempla subjiciet.



LChthyophagorum regio, quæ juxta mare est, magna ex parte arboribus caret. Incolæ piscibus tantum vescuntur. Domicilia ex ossibus cetorum & ostreorum conchis magna ex parte faciunt, trabium & falcorum munimenta costæ præstant, portarum verò maxillæ.

Apud Enderam magna sylvestrium bouum multitudo est. ex horum & aliorum animalium carnibus incolæ victitant. cum verò nihil capiunt, sicca coria prunis assant, iisque pro cibo utuntur.

Messulii Numidarum populi inedia patientes admodum fuere, & plerunque herbis pro pane vescabantur, nec alium potum quam aquam bibebant.

Ichthyophagi prope Diram in maris refluxu pisces colligere soliti erant, eosque in saxa jacientes ad solem coquebant, spinas acerrimas

vantes, carnem vero subigentes, ex qua plantulas conficiebant, quas ad solem iterum desiccabant, quibus pro pane utebantur. hyeme cum pisces legere non possent, ex conculsi piscium spinis, quas coacervarant, mafulas conficiebant, quibus in ediam tolerabant. Oritæ, quos Arbis fluvius ab Indis determinat, nullum alium cibum præter pisces novere, quos unguibus dissectos sole torrebant, & postea contundentes, ex iis panem velut ex farina conficiebant.

In Æthiopia supra Ægyptum juxta fluvium quem Asam vocant habitabat gens quam Rizophagos nominabant. Illa radices arundinum, quas ex locis fluvio propinquis effodiebat magna cura lavans, lapidibus terebat quoad moles inde facta cohæreret, deinde placentas conficiebat, quas ad solem decortas mandebat. Alij populi fructus, qui æstate ex arboribus decidebant colligentes edebant, reliquo tempore herbam in umbrosis locis nascentem decerpebant, nec aliud quicquam edebant. Alij qui llophagi dicebantur, cum filijs & uxoribus ad loca campestria ascendentes, arbores conscendebant, & teneras arborum summitates præscindebant, quibus vitam tolerabant. Haud procul ab ijs Acridophagi habitabant, ad quos Zephyrus ac Cybicus venti infinitum penè locustarum numerum deferebant. has sole conditas diu asservabant. tanta autem illarum affluebat copia, ut universæ illi genti victum abunde

PLIN. li. 7

STRABO
lib. 16.

Idem ibid.

APP.
in Libyc.STRABO
lib. 16.

suppeteret, nec alium cibum per totum annum habebant: neque enim pecora nutriebant, neque pisces capiebant procul à mari habitantes, neque aliud vitæ adjuventum habebant.

IUSTIN.
lib. 42. Maritimi Indi juxta Arrachosios tuguriola conchis, & cæteris purgamentis maris tegebant, ferarum pellibus induti. piscibus sole induratis, & majorum beluarum, quas fluctus ejiciebat carnibus vescabantur.

POMP.
Mela lib. 3. In insulis Araxis fluminis fuere homines, qui crudis piscibus vescabantur & pellibus marinorum vitulorum se vestiebant. In insulis Mæotidis paludis carnibus magnorum piscium sole siccatis, & in pulverem contusis pro farre utebantur.

ZONAR.
An. Tom. 2 Calydonii & Meatæ Britanniae populi asperos montes & campos palustres incolentes, neque urbes habebant, neque terram colebant. sed ex ferina fructibusque arborum victitabant, nudi & sine calceis incedentes, famis, frigoris, algoris ærumnas, aliaque incommoda tolerabant. paludes intrantes in iis per dies complures morabantur, solis caputibus extra aquas extantibus. vagantes in sylvis radicibus & corticibus se sustentabant.

LVD. R.
lib. 3. Juxta urbem Trompatam non longè à Calechut, majores non habent opes, quàm juglandes Indicas, quas condientes oriza suavissimum cibum arbitrantur. eorum domus adeo contemnendæ structuræ, ut non plu.

pluris aureo dimidio vendi possint.

In Paria cum nec frumentum nec legumina, nec arborum fructus habeant, ex piscibus quos in mari piscantur panem faciunt. pisciculos illos primùm in ferventi aqua aliquantisper excoquunt, deinde contundunt & in panes conglutinant, quos super prunas insuper torrent: tunc esui apti redduntur.

In Hispana insula loco panis radicibus quibusdam vescuntur, quæ magnitudine & forma napum repræsentant. saporem habent qualem molles, recentesque castaneæ.


Incolæ Teneriffes insulæ, nec domos nec mapalia habent, specus & cavernas montium incolunt, carnibus, & caprino lacte victitant nonnullisque fructibus.

In regno Subuth prope Moluccas panis ex arboris cujusdam ligno conficitur, quod minutatim dissecatur, & in sartagine oleo ad ignem torretur.

In Illyrico nunc temporis Martelosii feri, & pernices homines speluncis & cavis arborum pro domibus utuntur.

Tartari equina carne semicruda populariter vescuntur, & quum cætera alimenta defecerunt, incisa sub aure equorum vena, epotoque inde sanguine indiam tolerant.

90 DE REB. NATVRAL.
DE REBELLIONIBVS
ACERBISSIME VIN-
DICATIS.

 *M* clementia erga hostes ab omnibus celebretur, & summis ubique efferatur laudibus, non abs re quis mirabitur severam in rebelles subditos animadversionē tacito cōsensu ubivis gentium approbari. Nam cum liberalitas & clementia præ cæteris virtutibus principes maximè ornet, in suos magis quam externos exercendæ viderentur, ut egregii facti memoria semper ob oculos conspicua versaretur. Debet quidem à principibus, quos pastores populorū Homerus appellat, quammaximè crudelitas & animi ferocia abesse, eosq; subiectos sibi populos paterno affectu cōplecti et fovere decet: sed subditorū nonnunquā gravia delicta eos sævos & atroces esse cogunt. Reperiuntur enim nonnunquā homines adeò feroces, refractarii & pervicaces, ut lenitate & mansuetudine magis irriterentur, quam sanentur. Ideo ut in fide, & officio cōtineantur, se vero apud eos imperio opus est, et cum legum repagula contumaciter transierint, acerba castigatione sunt corrigendi, ne demum in similia flagitia, aut etiam graviora spe impunitatis delabantur. nam (ut inquit Egesippus) plerumq; severitas quo gravior, eo tutior (quod à multis principibus factum esse legimus) qui populos sibi subditos atrocissimis penis subjecerunt, quia temerario ausu sumptis armis initio, ibus dominis servire, aut se in libertatem esse vere viderant. de rebellionibus itaq; acerbissimè vindicatis exempla quædam subijcere hoc in titulo

136

LIBER II. 91

lubuit, ut omnibus palam fiat, nunquā subditis contra magistratus arma movere fuisse tutū, & eos extrema potius pati debere, quam inconsulta defectio-
ne res novas moliri. Quod si fortè principes tam sævi, immanes & truculenti fuerint, ut intolerandum eorum jugum populi ferre non possint, & ad reprimendam eorum sevitiā necessariò arma sumenda sint: aut egregiè vincendū, aut fortiter moriendum apud se statuunt, qui servitutis duritiem abhorrent, quandoquidem apud offensos principes vix unquam sincera reconciliationi patebit locus.



BABYLONIVS rex Nabugodono-
sor cum Sedeciam pro Ioachino
in regium solium Hierosolymis
ex usu victoriæ cōstituisset, pan-
agioq; iurejurando adstrinxif-
set, quod beneficiarii titulo Iudeę regionem
pro Assyriis esset servaturus, & nulla in re cū
Ægyptiis cōdus initurus, per octo quidē an-
nos, Sedecias illæsum servavit iusjurandum,
post verò ad Ægyptios perfidē defecit. Co-
gnita eius defectioe Babylonius numero-
sum exercitū coegit, vastataq; regione, & oc-
cupatis arcibus ad ipsa Hierosolyma oppug-
nanda accessit. In maximas redactis angusti-
as Sedecias ad cōfederatum Ægyptium missis
legatis opem & auxilium postulavit. Ægy-
ptius socio regi deesse iniquū esse ratus ex-
ercitū parat, quo Hierosolyma obsidione les-
varet. In itinere autē Babylonios qui ne cū du-
plici hoste res sibi esset, obsidionē reiiquerāt,
obvios habuit, & cōserta cū illis pugna cuna

maxima suorum clade superatus est, & ad sua tuenda redire compulsus. Victor prælio Babylonius ad intermissam obsidionem rediit; quam per octodecim menses continuavit, antequam urbem expugnaret. Vrbe capta Sedecias assumptis uxoribus & liberis belli ducibus atque amicis fugam arripuit: sed prope Hierichunta à fuga retractus ad regem Babylonium jam urbe potitum perductus est. Ipse autem rex cum Sedeciam, ut scedis fragum, rebellem & ingratum increpasset filius & amicis in conspectu necatis excæcavit Babylonemque captivum secum abduxit, & urbem spoliaram ac direptam succendit igni.

Musici Indiæ populi cum in Alexandri Macedonis potestatem venissent, non diu ipsius imperio paruerunt: sed externum iugum pertæsi & pristinae libertatis memores eiectione Macedonico præsidio rebellarunt. Cognita eorum rebellionē Alexander compositum ad illos opprimendos Phytone misit, qui captum principem gentis, eundemque defectionis authorem ad Alexandrum adduxit. Alexander verò illum quo similia audientibus terrorem incuteret, cruci affigi iussit.

Post bellum Tarentinum Romana legio præsidii causa in urbe Rhegio collocata Rheginos cives interfecit, eorumque bona, & agros occupavit Romani tam indignam & impiam militum rebellionem ulciscendam

4 Reg. capi.
25.
2 paral. 36.

Q. CVRT.
lib. 9.

rati, oppidum arcta obsidione, quia portas aperire legio renuerat cinxerunt, quæ cum in longum tempus esset protracta, tandem urbs manu capta est. Vrbe capta, & in potestatem Romanorum redacta: trecenti ex legione (ceteris in oppugnatione peremptis) capti sunt, quos Romam è vestigio missos consules in forum produci, virgis cædi & securi percuti iusserunt. sic ne unus ex tota re belli legione aut saluus aut indemnus evasit.

Pro Capuanis adversus Samnites per annos prope septuaginta difficile bellum Romani gesserant. scedere primùm, deinde conubio atque cognationibus arctissimis necessitudinum vinculis sibi eos conjunxerant, postremò etiam civitate donaverant. post Cannensem autem cladem primi omnium Capuani præsidio Romanorum interfecto ad Annibalem defecerunt: quorum perfidiam Romani detestati ad eos puniendos omnes vires conatusque converterunt. Cum arcta obsidione premerent urbem, magnis copiis comitatus Annibal ad ferendam illis opem properè advolat & impigrè pugnam cians castra Romana perumpere, & ad obsessos penetrare contendit. Cum multa autè cæde repulsus, re infecta, cum magno obsessorum dolore discedere coactus est. desperatis auxiliis & maximis necessitatibus pressi Romanorum arbitrio deditioem facere compulsi sunt. Vrbe Capua in potestatem Romanorum redacta, ad septuaginta senatus prin-

LIN. dec. 3.

lib. 6.

POLYB.

lib. 10.

LIVIVS
dec. 3. lib. 6.

cipes sunt interfecti, triginta nobiles in carcere coniecti, multitudo alia civium venundata. Incolæ, libertini, institores, opificesque urbi frequentandæ retenti, ager omnium & tecta publica populi Romani facta: corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis, nec magistratus concilium relictum.

Illiturgitani Hispaniæ populi cum Romanos, qui ex duabus cladibus, in quibus duo Scipiones cæsi sunt, ad eos perfrugerant, aut interfecissent aut hostibus prodidissent: scelus etiam defectionis addiderunt. propterea ad puniendam talem defectionem Scipio junior post devictum Afrubelem exercitum duxit, statimque urbem aggreditur. Summa vi oppidani ex conscientia sceleris Romanorum sævitiam veriti ad defectionem animos & corpora parant, non militaris modo ætas, nec viri soli: sed foemine quoque ac pueri supra animi, corporisque vires adsunt, tantoque ardore certamen ineunt, ut dominorem Hispaniæ & tot insignibus victoriis clarum exercitum à muris repulerint. sed fumina animorum obstinatione redintegrato à Romanis prælio victa oppidanorum audacia, & dejectis propugnatoribus occupant muri. tum victores iram & odium ob rebellionem susceptum in miseros cives crudelem in modum effuderunt. Nemo capiendi vivos, nemo prædæ colligendæ fuit intentus. trucidati sunt passim inermes iuxta ac armati, foemine pariter ac viri. ac ne pueris

eris quidè innocuis parcitur. cum nihil amplius cædi superesset: tectis ignis injicitur, & quæ incendio absumi nequeunt vindictæ rabie diruuntur.

Virginus consul contra Camerinos, qui à Romanis defecerat, dimidiam exercitus parte, quem contra Sabinos habuerat, audita eorum defectione continuo duxit: & ut eos imparatos offenderet, noctu viam est emensus. Camerini repente ejus adventu perterriti, dum tumultuantes inter se contendunt, an aperiendæ consuli essent portæ, an paratæ defensio, Romani portas effregere & mœnia, qua parte humiliora erant, impigre transcenderrunt, totamque urbem nemine resistere auso in potestatem redegerunt. ea die & sequenti res oppidanorum in prædam militibus concessæ, tertia verò captivis in unum locum adduci iussis defectionis autores ad unum omnes trucidati, reliqui cives sub hasta venditi, oppidum ipsum dirutum & excisum penitus.

DION.
Halycar.
lib. 5.

Palmyreni post devictam Zenobiam, Sandarionem, quem in præsidio Aurelianus imperator cum sexcentis sagittariis reliquerat, excitato tumultu cum suis militibus immaniter trucidarunt. Ille rei indignitate irritatus & vindictæ cupidine extimulatus ex Europa in Asiam maxima adhibita celeritate revertitur: urbem adoritur, ac manu captam diruit, tanta usus atrocitate, ut nulla nec sexus, nec ætatis ratione habita omnes urbis incolas deficiente ira interemerit.

VOPIS.

HIERO.
in Chron.

Gallus imperator Iudæos, qui interfectis tumultu per noctem excitato Romanis militibus arma ad tutandam libertatem arripuerant, maxima adhibita celeritate opprefsit, & usq; ad innoxiam ætatem quosvis obvios trucidavit civitatesq; eorum Diocæsaream, Tiberiadem & Diospolim, plurima. que oppida igne succendit.

BAPT.
Egnat.
ZONAR.
an. 103.

Basilus Porphyrogenitus Byzantinus imperator Bulgaros rebellantes aliquot præliis victos, cum ad deditionem compulisset: ut eorum perfidiam severè ulcisceretur, gravissima hac pœnâ usus est: quindecim millibus eorum captis oculos effodi iussit uno monoculo singulis centuriis pro duce itinere relicto, qui alios ad Samuelem eorum ducem deduceret. Qua facti atrocitate cognita, Samuel tantum animi mœrorem concepit, ut paulò post mortem obiecit.

Northumbri Guilielmi Normannorum ducis, qui devicto Haraldo regnum Angliæ sibi acquiserat, jugum gravatè ægréque admodum ferentes, cum apertè rebellassent, Guilielmus Robertum unum ex copiarum suarum præfectis, cui ob rei militaris peritiam multum fidebat, ad eos subjugandos mittit. Illi à suis exploratoribus certiores facti, Robertum sine vigiliis incautè fatis & incompositè se in castris tenere, de media nocte, acri facto impetu, in media castra penetrant interfectoque duce, cum aliis non paucis Normannos nullo negotio fundunt.

fugant, castrisque exuunt. Eo ipso tempore Edgarus unus ex Haraldis profapia, qui ab eis in auxilium vocatus cum expeditis equitibus è Scotia advolarat, palantes Normannos insectatus stragem non mediocrem edidit. Guilelmus intellecta suorum clade cum validissimis copiis in Northumbriam proficiscitur, quam statim in potestatem redegit. Ut iis autem, qui illius belli eventum erectis animis expectabant testatum faceret, non impunè res novas moliri licere, defectivis onis auctores omnes capitali supplicio affecit, reliquos qui arma tulerant, aut captivos secum abduxit, aut truncatis manibus deformavit.

POLYD.
Verg. hist.
Angl. 9.

DE IMPERIIS QVAE PER MVLTASECV- LA DVRAVERE.



*M*utationes imperiorum sunt commotiones de iudicio Dei, qui propter peccata populorum de gente in gentem regna transfert, ingens Dei beneficium censei debet, regnum apud unam gentem per multa secula continuari. In hoc enim singularis Dei benignitas agnoscitur, qui honestam morum disciplinam diu apud eosdem conservat, & meritas pro sceleribus pœnas clementer mitigat & tolerat. Siquidem regnorum mutationes inimicæ quietis ruinam & excidium sæpius; turbas & tumultum

G

semper trahunt. Cum itaq; diuturnū imperium rare felicitatis donum sit, quin etiam populi imperia diu tenuerint, neminem (uti reor) pigebit cognoscere.

IVS T. lib.
1.

Prima monarchia, ut omnium nobilissima & lenissima fuit, ita & diuturnissima. Regnarūt enim Assyrii per mille & trecentos annos usq; ad Arbace. post distractum imperiū ab Arbace trecentos quinquaginta.

BEROS.
PHILIP.
Melanch.
in Chron.

Regnum Ægyptiorū per multa etiam secula duravit. nam ab Olyride, qui temporibus Abraham vixisse dicitur ad Psammenitum usque anni mille & quingenti numerantur. ad Nectanebum triginta, ab Ochi Persarum regis, qui Nectanebum fugavit victoria ad occupatam ab Alexandro Ægyptum, ducti: quo tempore non eversum regnum dici debet, sed regum intermissa series. Ab Alexandro ad mortem Cleopatre sunt anni ducenti septuaginta. Ita regnum Ægyptium antequam à Romanis in provinciam redactum est, ad duo annorum millia duravit.

PHILIP.
in Chron.

Imperium Romanum si à Julio Cæsare initium sumat: ad octingentissimum annum non pertinet, sed Romanorū nomen & potentia cognita per mille quingentos & quinquaginta annos. tot enim numerātur à Roma per Romulum condita, usque ad Carolum Magnum, in quo Romanorum fama deficiens ad Francos tranilata est.

Gotthorum nomen etiam per multa secula

cula duravit, qui gloriosissimas victorias ex omnibus mundi partibus Asia, Africa & Europa reportarunt. Sunt à Tannasi Gotthorum primo rege usque ad Vittigis captivitatem, in quo tota ipsorum gloria cecidit, anni mille trecenti.

JORNAN.
de Gotthis

Germani quanvis certum & stabile regnū nō habuerint: sed in multas gentes diducti, & varios populos divisi fuerint, diu tamen militari gloria claruere, & tum inferendum propulsando bellum Romanis semper formidabiles fuere, & everso eorum imperio augustalē dignitatem ad se attraxere. mansit autem imperialis celsitudo apud eos ferè per octingentos annos.

TACIT.
FVNC.

Scotorum regnum etsi non multis nec admodum amplis victoriis clarum, diutius quam ullum aliud in Europa duravit, & adhuc stat incolume. etenim numerantur ex incorrupta annorum memoria centum & quinquaginta reges à Fergusio primo rege ad Iacobum quintum. Anni quibus regnarunt mille septingenti.

PHILIP.
MELAN.

IOV. in de
script. Scot.

Francorum regum inter imperia quæ adhuc florent antiquitate & diuturnitate non postremum. nam à quadringentesimo vicesimo anno salutis, quo tempore Pharamundus Marcomiri filius primus apud Francos rex creatus est, ad hunc usq; annum millesimum quingentesimum septuagesimum octavum, sunt mille centum quinquaginta octo anni.

ÆMIL.
Girardus.

100 DE REB. NATVRAL.
DE GLORIA ET CA-
LAMITATIBVS NA-
TIONVM.

NTA est ingenium hominum, ut quo ma-
jora beneficia à Deo acceperunt eo petus-
lantius insana Furorū dementati inso-
lescant, & fatali furore correpti miseris
& adflictis procacius insultent. Vnde divina ira ex-
ardescens, eorum proterviam & nequitiam gravif-
simis cladibus ulciscitur. Cum hoc ex multis & prin-
cipum & privatorum exemplis cognosci posset, ut
res fiat illustrior, ex florentissimis imperiis & ce-
leberrimis nationibus malui exempla capere, quæ
insigni quidem cum laude in civilibus & bellicis
rebus floruerunt: sed iusto Dei iudicio, qui superbos
& ingratos summè detestatur in maximas & atro-
cissimas calamitates inciderunt. Quibus exemplis
docemur, non solùm barbaras nationes, quæ solo im-
petu valent, & temerè omnia agere dicuntur: sed et-
iam illas, quæ exacta prudentia, & amplissimis vi-
ribus cæteras antecelluere, non immensis opibus,
præcellentive sapientia, sed fati benignitate, favo-
reque numinis res magnas peregisse: cum impen-
dens exitium nulla opum vi, nullo copiarum robore
effugere aut avertere potuerint. Quod autem post
insignem gloriam, & summam felicitatem atro-
ces calamitates perpeffe sunt, cuius clarum & per-
spicuum redditur, neminem adversis casibus non
obnoxium, nihilque apud mortales stabile, nihil fir-
mum, nec perpetuum inveniri: sed omnia, quæ in
summo felicitatis culmine conspiciuntur, præci-
piti

LIBER II. 101

piti casu ex insperato ruere, & irum citò fieri, qui
modo Cræsus erat.

DE PRIMA MONARCHIA.



ASSYRIORVM monarchia,
ut tempore prior, ita dignitate AVG.
præstantior, & imperii ampli-
tudine ac diuturnitate specta-
bilior fuit. Nullum enim ma-
jus regnum primis temporibus fuit, nec
tam longè lateque diffusum, nullum tam fa-
cile nec tam citò conditum. Nam cum Asia
dimidium orbis censeatur, & plusquam di-
midiam ejus partem occuparint Assyrii: quæ
tam mundi partem suis legibus subjectam
tenuisse constat. Illorum verò gloria vel fama
per univèrsam terrarum orbem peragavit,
quibusdam populis terrori, quibusdam præ-
sidio, omnibus admirationi: non multum
autem asperis, aut difficilibus bellis regnum
tam amplum, tamque potens acquisitum,
quia rudes adhuc ad resistendum gentes e-
rant. Duravit usque ad Sardanapalum su-
pra mille & trecentos annos, bipartitum ab
Arbace usque ad Cyrum trecentos quinquæ-
ginta. Habuit etiam hoc eximium & singu-
lare, quòd in una stirpe fuerit continuatum,
ita ut à Nino ad Sardanapalum regni succes-
sor semper fuerit demortui filius. Nec com-
mendatione caret, quòd in ea constituenda
& retinenda non magnæ cædes editæ sunt.

META-
schenes.

DIOD.
Sic. lib. 3

EVSEB.
in Chronic.

VELLER.
Paterculus

DIOD.
lib. 3.OROS.
lib. 3.BYD. de
asse 4.BEROS.
DIOD. 3.IOSEPH.
antiq. 10.

Quamvis enim multas gentes subjugavit, tamen principes victoria contenti leniter imperarunt. Splendor non exiguus huic Monarchiæ ex multarum urbium ædificatione accessit, inter quas Babylon & Ninive amplitudine ambitus, & ædificiorum pulchritudine primas tenuere, quas variis spoliis devictarum à se gentium reges ornarunt. In hoc apparet immensa opum, quas reges in unum congesserunt affluentia, quod Sardanapalus ab Arbace Mediæ præfecto superatus millies cetera millia talentum in thesauris habuerit, quam summam totam, ne potiretur hostis, in pyram, in qua ipse consumptus est, conjici jussit. Iupiter Belus, qui patri Nimbrodi successit, totam regionem versus occidentem usque ad Sarmatiam Europeanam occupavit. Ninus omnem Asiam excepta India subjugavit. Arius Bactrianos & Caspios subegit. Balus cognomento Xerxes usque in Indiam limites Imperii promovit. Balus secundus intra Indiam processit. Ascatades totam Syriam ditionis suæ fecit. post divisam ac bipartitam monarchiam Phur Assur Babylonius urbes Iudææ nonnullas occupavit, & populum Israeliticum captivum in Assyriam duxit. Salmanassar post obsidionem biennialé Samariam manu cepit. Nabuchodonosor regionem Ægyptiorum ab Euphrate Pelusium usque sibi subjecit. Hierosolymam post biennium obsidionis expugnavit & diruit: Moabitas & Ammonitas vicit. Hi maximè sunt,

sunt, qui primam monarchiam divitiis ac victoriis illustrarunt, & admirabilem omnibus reddiderunt.

Ejus autem gloria quamvis insignis & eximia, non integra tamen nec perpetua fuit. Nam mutationes & distractiones perpessa est, & principes aliquot ignavos & luxu perditissimos habuit, unde multas confusiones ibi exoriri necesse fuit. Armatrites ad volu-
prates & delicias conversus ea, quæ ad libidinem spectant & invenit, & inventa maxime ampliavit. Hujus institutum sequutus est Altades. præterea viginti postremi ociosi, luxui & inertiae dediti, molles & effœminati omnes fuere. Sardanapalus omnium effœminatissimus, incontinentissimus & spurcissimus fuit. Ille Abelochus Babylonis præfecto & Arbace Medo capta Ninive vita & regno privatus. sed tum maxime calamitosi Assyrii fuere, cum à Persis devicti fuere, & quibus diu imperaverant, servire coacti.

METHA.

BEROS.

DIOD.

lib. 3.

DE SECUNDA MONARCHIA.



MAGNA quoque fuit secundæ monarchiæ gloria: licet diuturnitate imperii nullo modo fuerit cum prima comparanda. Tantum enim per ducentos triginta annos duravit. maximis victoriis insignis fuit: siquidem totam ferè Asiam sibi subjecit, & Europam longè promotis trophæis gravissimis cladibus afflixit.

EVSEB.

in Chron.

PH. MEL.

Chron. 2.

ZONAR.
an. tom. 1.

PLIN. nat.
hist. lib. 33
ATHEN.
lib. 12.
BVD. de
este 4.

Sapientes & iustos principes multos habuit, qui ecclesiam Dei suo patrocinio tutati sunt, & plurimum adjuverunt. Florentissimam terrarum partem illa Monarchia complexa est. Syrorum enim, Cilicum, Arabum, Ægyptiorum & Iudæorum regna Persico imperio obsistere non potuere: sed manus dare & colla submittere facti virium suarum experimento coacta sunt. Australem insuper & Septentrionalem plagam & insulas multas subegit. Instructa fuit multitudo & robore hominum, amplissimisque divitiis, quas ex manubiis devictorum populorum coacervavit. Cyrus devicta Asia triginta quatuor millia pondo auri reportavit, præter vasa aurea, & aliud aurum elaboratum. In eo erant folia, platanus & vitis gemmis inclusis locupletata, & racemos pensiles ex lapillis æstimatissimis habens. Detulit etiam in præda argenti quingenta millia pondo, & craterem Semiramidis, cujus pondus quindecim talentorum Ægyptiorum erat, hoc est, mille ducentarum librarum. Et cum omnium bonorum feracissimas totius orbis regiones sub se habuerit, ingentes opes congestisse facile credere est. Hinc fit, quod apud Daniele Persarum imperium ob divitiarum affluentiam arieti comparatum est. Principes, qui hanc monarchiam præclare rebus gestis illustrarunt, fuere Cyrus, Cambyses, Darius, Artaxerxes Mnemon & Artaxerxes Longimanus. Cyrus Asia ab Indis

Ægy-

Ægyptum usque potitus est. Cambyses Ægyptum adjecit. Darius & Mnemon Bactrianos, Caspios, & quosdam Indiæ populos subjecere. Longimanus pacis & quietis studiosus florentissimum imperium reddidit.

Sed ut variæ rerum vices sunt, hæc monarchia, ut maxima gloria, pace & bello floruit, ita graves calamitates experta est. Cyrus illius conditor pugnans contra Massagetas occisus est, ejusque exercitus ad interuentionem deletus. Cambyses adversus Æthiopes & Arabes ducens exercitum, maximam ejus partem amisit. Darius contra Scythas expeditione sumpta octoginta millibus à suis desideratis trepidè refugere coactus est. Græcos adortus in Marathoniiis campis ducenta millia amisit. Infeliciores adhuc Xerxes fuit. cum enim innumeras copias in Græciam traduxisset, duobus præliis improspere gestis cum paucis in pacatum rediit. Ultimus rex Darius ter cum Alexandro prælio congressus, quinquies & decies centenis millibus amissis, à Besso Bactrianorum præfecto trucidatus, vitam cum monarchia perdidit: & ita omnis Persarum gaza ex multis nationibus bello quæsitæ, & à variis regibus collectæ victori Alexandro prodigo & profuso adolescenti celsis, & insignis eorum gloria penitus concidit.

EVSEB.
in Chron.
HALYC.
lib. 1.
HEROD.
lib. 7.

OROS,
lib. 3.
Q. CURT.
lib. 8.

G 3

DE TERTIA MONARCHIA.



ALXANDER Macedo tertiæ monarchiæ author & instaurator, Græciam, quæ acerrimos patris conatus, & totius orientis vires egregiè

Q. CVRT.

ARRIA.

HALIC. I.

LIV. dec. 5

lib. 4.

sustinuerat sibi dicto obedientem esse illato bello coegit: Persarum imperium longè potentissimum tribus memorabilibus præliis victor sibi adjunxit. Imperii amplitudine omnes quotquot antè fuerant politias, & respubl. superavit. Arabas enim Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, victricibus armis peragravit. In Europa versus septentriones ad ulteriorem Thraciam usque imperium promovit. In Africa ejus potentia cognita ea parte, qua Ægypto est contermina. Hanc laudem cæteris victoribus præripuit, quod fulguri eoruscanti similis, & hinc inde discurrenti celeri victoriarum cursu populos innumeros sibi subjecerit, qui prius ejus arma fenserunt, quàm famam audierunt: & prius devictos se esse cognoverunt, quàm ad defensionem parandam consultare potuerint. Tam magnum etenim imperium per duodecim annos & septem menses tantùm acquisitum, intra tam exigui temporis spacium tanta hominùm multitudo, quam secum ducebat, armis instructa in summa omnium rerum tranquillitate satis habuisset, tot regiones & regna peragrarè tantam undiq; prædam

OROS.

lib. 3.

APP. in

proem. hist.

Rom.

dam congestit, ut ad solas Persicas manubias exportadas decies mille mulorum jugis, & quinquies mille camelis opus fuerit. ita Macedonum nomen paucis antea nationibus cognitum apud omnes orbis partes gloriosum & illustre reddidit.

ZONAR.

ann. tom. 1.

Sed illa singularis & eximia fœlicitas non diu duravit. Cùm enim nulli imitabilem gradum Alexandri principatus attigisset: brevi in multos dominatus divulsus, & in varias partes distractus est. quod in duodecim annis gloriosè & fœliciter partum erat, in quatuordecim miserè fuit dilaniatum. In quatuor autem partes magnùm illud imperium divisum est. Seleucus Syriæ rex factus, Ptolemæus Ægypti, Antigonus Asiæ minoris, Cassander Macedoniæ & Græciæ. Crude-

OROS.

lib. 3.

APP. in

proem.

FVNC.

in Chron.

LIV. dec. 5

lib. 4.

HALIC.

lib. 1.

DE QUARTA MONARCHIA.



ROMANVM imperium assumpto pastore pauperrimi status fundavit Deus. per reges & consules diu provectum: postquam in Asia, Europa & Africa rerum potitum est ad unum, qui imperatoris nomen desumpsit, dela-

PLVT.
de fort. Rō.

ta omnis potestas. Non ad tempus autem Romanorum gloria emicuit, sicut Macedonum, neque in terra tantum floruit, sicut Laedæmonum: neque in mari, sicut Atheniensium: neque serò incoepit, ut Persarum, sed à primo urbis exordio visa est fortuna Romanis aspirare, quæ sensim & per gradus accrescens tandem ad sublime fastigium eos evexit: adeò sua dignitate contentos, ut nihil majus optarent. Tanta siquidem Romani imperii amplitudo fuit, ut ejus limites ulterius proferre ipsos imperatores piguerit. Ad imperatorem enim Adrianum missi cum potestate nonnullarum gentium legati, ut suos populos Romanorum potestati submitterent, admissi non fuere, quòd Romani sua interesse non putarent, feris & inopibus populis imperare. Decem autem regna amplissima Romana monarchia complexa est, quæ multa alia minora in se continebant. ea fuere Africa, Ægyptus, Syria, Asia, Græcia, Illyrium, Italia, Gallia, Hispania, Britannia. Robustas & bellicosas nationes quaquaversum dilatabatur imperium semper invenit, quas sceleriter (licet non sine labore) perdomuit. Sub regibus, qui per annos ducentos quadraginta tres regnarunt, frequentes & insignes victoriæ de ferocibus populis Sabinis, Vejentibus, Volscis, Æquis reportatæ: sed imperii fines non longè promoti. Cùm enim creati sunt consules, vix adhuc ubi plurimum ad quindecim millia

RVNC.
Com. in
Chron. 4.

AVG. de
Civ. lib. 8.

ria ab Vrbe possidebant Romani. Sub consulibus Italia trans Padum usque occupata est, Africa subacta, Hispania, Gallia & Britannia tributariæ factæ Illyrici, Istri, Liburni, Dalmatæ, Macedones, Dardani, Moesi, Thraces, Asia, Pontus, minor Arinenia, Iudæa, Syria, Cilicia. Sub imperatoribus Alpes, Mesopotamia, Arabia, Ægyptus. Tam sceleriter bella gessere, ut in omnibus mundi partibus trophæa erexerint, tam longè lateque imperarunt, ut ad orientem Euphrates & Caucasus: ad septentrionem Ister: in occidente Gades: ad meridiem ulterior Libya limites imperii fuerint. Tria maxima bella imperium Africæ, Asiæ & Europæ maxima ex parte tradiderunt, Punicum, Mithridaticum & Gallicum. Nullum majus nec periculosius bellum à Romanis unquã gestum, quàm Punicum, quod bis utrisque laisis intermissum, bisque ex animi ferocia instauratum, tandè Romani victores celeberrimam, amplissimam & antiquissimam urbem Carthaginem funditus deleverunt, & ex usu victoriæ totam Libyam imperio adjecere. Mithridaticum ab occidente ad fluvium Euphratem imperium produxit, Bythinios, Cappadoces & Euxini ponti accolas, Paphlagoniam, Galatiam, Phrygiam, Mysiam, Lydiam, Cariam, Ioniam, veterani Græciam hujus belli occasione sibi subjecere Romani. De Gallis octies victoriam reportarunt: bis Furius Camillus, semel postea Quintus Imp.

SEXTVS
Ruffus

APPIA.
in Liby.

IOSEPH.
de bel. Iud.

2.
APP. bell.
civil. 1.

LI V. dec. 4
lib. 8.

APP. in
Mythrid.

APPIAN.
in celt.

OROS.
lib. 2

POLYB.
lib. 2.

LIV. dec. 5
lib. 4.

quartò C. Sulpitius dictator: quin tò Popilius: sextò Camillus prioris filius: septimò P. Æmylius: ultima inajorque victoriâ à Cajo Iulio Cæsare peracta. siquidem supra quadringenta millia ferocissimorum virorù per decem ferè annos, quibus Gallicum administravit bellum contra eum arma sumpserunt. In eò bello centum virorù millia capta sunt, totidem in acie cecidère. Hæc victoriâ Britanniam & Germaniam aperuit, & Alpinae gentes maxima ex parte subegit. Paulatim quidem crescendo imperium suum Romani dilatarunt, & bella ex bellis serendo, victorias ac triumphos cumularunt. Cum Samnitibus enim, Volscis & Æquis, aliisque Italiæ populis, Pœnis & Armeniis diutina & periculosa bella gesserunt, priusquam de illis plenam victoriam reportarint, ea nihilominus gloriæ parte non fraudati sunt, quæ celeritate victoriæ paratur. Exiguo etenim temporis spacio maxima bella foeliciter confecere, & haud magno negotio maximas nationes sibi subjecere. Africa, Hispania, Gallia, Illyricum, Græcia, Asia, in quinquaginta annorù spacio devictæ. Vna pugna Philippus Macedoniâ perdidit. una clade accepta Antiochus Asia celsit. uno prælio Carthaginenses Libyam amiserunt. Vir unus unius exercitus imperio Armeniam adjecit, Pontù, Syriam, Arabiâ, Albanos, Iberos & omnino, quæ cis Hircanos, Caucasumque sūt. Simul irruentia Cimbrorù, Theutonumque treceta millia unus

nus Marius delevit. Macedonicum bellum P. Æmylius quindecim diebus perfecit. Potentia eorum quovis modo summa foris crevit militari labore & disciplina: domi verò maturitate consilii, justitia, modestia ac tolerantia. Non enim in prosperis se erexere res: sed in adversis fracti animo fuere. nec pestis, nec bellù, nec seditio à magnitudine animi, constantiaque eos dimovere potuit. In illa stetit integra atque immobilis populi Romani virtus. Nullo tempore major fuit, quam cum maximis præliis victa, amissa magna Italiae parte funditus ruitura videbatur. Ita ad maximum evecti principatum foelicitatem per salubria consilia tutati sunt. Nullius cõditionis homines aspernati, quorum opera uti posset res publica. nec ulla in re magis adjuta fuit, quam præclaris institutis. his sibi subjectos populos in fide & officio magis, quam militum præsidio continuere, & quod armis gloriosè pararunt, prudentia & justitia egregiè defenderunt. Quanta autem prudentia rerum peritia, æquitate, justitia & continentia præditi fuerint, ostendit opus legum in sexaginta quatuor libros digestum. Nulla enim natio unquam ad jus naturale suas sanctiones melius accommodavit, & de casibus singularibus peritius & certius definivit, quam in jureconsultorum responsis aut principibus constitutionibus rescriptum est. U-

APP. 10
Liby.

HALYC.
lib. 2

PH. MEL.
Chron. 3.

larum legum præcellentiam & dignitatem id maximè confirmat, quòd post dilaceratum imperium ab ipsis Romanorum hostibus sint receptæ. Angustum illud imperium, qui plurimum promoveret, Romulus, Tullus Hostilius, Fabricius, Curius, Camillus, Fabius Maximus, Marcellus, duo Scipiones, Marius, Sylla, Pompeius, Iulius Cæsar, Augustus Trajanus, Adrianus, Claudius, Aurelianus, Probus. Hęc Romanorum tam insignis & eximia felicitas non magis perpetua nec solida fuit, quàm aliarum monarchiarum. nam antequam Sabinos, Volscos, aliosque finitimos populos sibi subjicerent, dira & gravia perpessi sunt. siquidem per septuaginta annos à Volscis, Phaliscis, Æquis & Sutrinis assiduis bellis adtriti vix tandem Camillo duce vicere. Samnites per quadraginta novem annos cum illis bellum gessere, qui consulem Posthumium, & ejus legiones sub jugum misere: adeò pudenda conditione pacis ut equites sexcentos pro obsidibus Romanis dare coactis, cæteri amissis armis cum vestimentis singulis mitterentur. A Gallis inopinato bello petiti, & memorabili prælio victi urbem deserere coacti sunt, quę etiam incensa fuit senibus consularibus cum promiscua multitudine crudelem in modum interfectis. Hetruscorum arma post cladem à Gallis acceptam terribilia fuere, qui pervicacibus animis Romanorum conatibus obstiterunt. Ligures, Hispani &

TIT. LIV.
POLYB.
HALIC.
PLVT.
VOPIS.
OROS
lib. 2.
AVG.
de Civit.
lib. 3.

LIV. dec. 1.
lib. 5.
PLVT.
in Camillo

ni & Carthaginenses gravissimas & funestissimas illis clades intulerunt. non deerat unquam Romanis cū Liguribus materia belli vel causa: quia propter domesticam inopiam vicinos agros incurfabant, adversus quos vario eventu res gesta, ut apud Corfos & Lusitanos. Viriatus Lusitanus eos per quatuordecim annos varia fortuna fatigavit, primò infestando vias, deinde vastando provincias, postremò exercitus prætorum & consulum vincendo, fugando, subjiciendo maximo terrori Romanis omnibus fuit, quò fraude magis quàm virtute interempto Numantinum bellum Lusitanico gravius exarsit. Vrbs enim Numantia per annos etiam quatuordecim cum quatuor tantum millibus quadraginta Romanorum millia non solum sustinuit, sed etiam vicit, & ad pudendam pacem compulit. Tam crebrę clades ab Hispanis accepere, ut qui in Hispaniam ire vellet non reperiretur, ter Carthaginenses Romanos exitiali bello implicuere. Duravit primum Punicum bellum continuos viginti quatuor annos, in quo gravia mala passi sunt Romani: licet victores tandem fuerint. septingentas enim triremes amisere præter alias naves partim in conflictibus quassatas & captas, partim tempestatibus submersas. Secundum Punicum bellum propter magnitudinem præliorum, & varias victoriarum vices inter acerrima bella generis humani numerari potest. Nunquam

LIV. dec. 4.
li. 9. et dec.
5. lib. 4.

OROS.
lib. 5.
LIVIVS
dec. 5. lib. 6.
VEL. PA.
lib. 2.

OROS.
lib. 4.

APP. IA.
in Libyc.
LIVIVS
dec. 3. lib. 2.

APP. in
Lybic.
LIV. dec. 3.
lib. 2.

APP. in
Lybic.

AVG. de
Ciuit. lib. 7.
APP. bell.
ciuil. 4.

LIV. dec. 7
lib. 3 & 7. Manlius, & Qu. Servilius Cepio procōsules
præ-

periculosius à Romanis gestum. Quadrin-
gentæ urbes igne absumptæ, trecenta homi-
num millia & eo amplius bello interempta,
quinquaginta millia capta, urbs in ultimū
discrimen redacta. Cum sex consularibus e-
xercitibus acie conflixit Annibal, & victor
evasit. Tertium minus quidem periculosum
fuit, tamen non sine clade à Romanis confe-
ctum. Cū enim ad oppugnanda mœnia
urbis Carthaginensis audacter accederent,
ter foedè repulsi fuere, classe incendio ab ho-
stibus excitato privati, & ab Hasdrubale in
castra irrumpentē magna clade affecti. Vt
autem bellum illud admodum exitiale Ro-
manis fuit: ita victoria parta perniciofa &
damnosa. Deleta enim Carthagine de rebus
prosperis ortus luxus mala ingentia attra-
xit. Dirupta prius concordia sevis cruentis-
que seditionibus est: deinde bellis civilibus
tam immanes strages editæ tanta cupiditate
proscriptionum ac rapinarum crudelitas est
ferbuit, ut atrociora à civib. passi sint, quàm
unquam ab hostibus. nec interea ab exteris
bellis cessatū. Punicum enim bellum Mace-
donicum excepit, in quo Romani quamvis
superiores fuerint: maximas tamē clades in
principio accepere. Cimbricū postea sequu-
tum, quod non sine magna Romanorū jactu-
ra cōfectum. Papyrius Carbo cū exercitu fu-
sus, Aurelius Scaurus suso exercitu captus,

prælio victi, castrisq; binis exuti cum tanta
strage, ut octoginta militū millia, calonū &
lixarum quadraginta millia fuerint in parti-
bus Romanorū desiderata. Finito hoc bello,
sociale exarsit, in quo plurimi Italæ populi
in Romanorū perniciem conjurarunt. Ascu-
lani, Marfi, Malini, Marucini, Vistini, Picen-
tes, Ferentini, Hirpini, Pompeiani, Venusi-
ni Iapyges, Lucani, Sānites. Victi ab eis Sex-
tus Pompeius, Perpetua & Rutilius cōsul,
qui etiā occisus. In Mithridatico bello, quod
postea gestū Romani multa damna perpessi:
sed illud gravissimum, quod uno die omnes
Romani & Italici nominis in Asia vel com-
morantes, vel peregrinantes Mithridatis jus-
su interfecti fuerūt, & quidē sine delectu viri
pariter & mulieres, senes & infantes, liberti
quoq; ac servi. Continuatum illud bellū per
quadraginta annos, ac vario evētu sæpius pu-
gnatū. L. Calsius, Q. Oppius, Manius Attili-
us, Fimbria, Murena, Cotta, Fabius ac Riari-
us Romanorū duces cū exercitibus devicti.
Adeò in arctū res Romanorū tūc ob assidua
bella redactæ sunt, ut quæcūq; Numa Pompe-
lius ad sacra cōtulerat, ea venalia pponeret.
Ex hoc bello natū Syllanū, cū Marius Syllæ
gloriā vellet eripere. ex Syllano Sertorianū,
Pompeianū, Antonianū, Calsianū, Actianū
ortū habuere, quæ per 40 annos rem Roma-
nā graviter adflixere. Ibi omnia libidinis, ava-
ritiæ & crudelitatis genera in mutuā perniciē
alternatē victoria exercuerūt. Interfectorū ca-

LIV. dec. 8.
lib. 4

APP. bell.
ciuil. lib. 1.

APP. 178
Mithrid.

EV TRO.

pita illata convivii, oblata Capitolio, collocata rostris. Bona non eorum solū, qui arma tulerant, sed aliqua vel generis propinquitate, vel amicitiae foedere conjunctorum proscrip̄ta sunt cum dominis. Sic ipsi inter se Romani cives moto domestico bello collisi magnas vastationes in tot imperio fecerunt. In cædibus, quæ à Marianis & Cinnensibus factæ sunt, nemini sepulchri honos concessus. Avibus, canibus & feris laceranda illustrium virorum cadavera abjecta, plurimi innocentes viri & neutræ parti addicti trucidari, alii expulsi, bonis spoliati, dignitatibus privati fuere. servi à Cinna libertate donati, domos discurrentes non bona duntaxat rapiebant, verum obvios quosque & heros in primis trucidabant. Sylla adhuc sævior fuit, nam plebis cæde non contentus senatores quadraginta, equites mille, & sexcentos neci dedit: præmia interfectoribus assignavit: supplicia occultentibus, non in privatis ædibus solū, sed in angiportibus, in triviis, in plateis, sacrisque ædibus passim cædes edebantur.

In triumviratu miserabilior adhuc rerum status fuit. Proscripti enim sunt senatorii ordinis circiter trecenti, equestris ad duo millia, in quibus nonnulli proscribentium fratres, & patrui reperti sunt. Cunctorum interfectorū capita ad triumviros definito precio deferri iussere, qui suscepisset aliquem, aut occulisset, aut inquiri prohi-

APP. b.
civ. 4.

hibuisset, pari pœna cum proscriptis plectebatur. Civium & exterorum ingenuorum & libertorum supra centum millia proscrip̄ta: quadringentæ etiam locupletes mulieres, ne quid sævitiæ aut avaritiæ deesset. Tanta fuit tyrannorum acerbitas, ut multi spontanea fame se conficerent, ne in illorum crudeles manus inciderent: alii moræ impatientes laqueis vitam finirent, aut aquis se submergerent, aut è tectis se præcipites darent, aut in ignem se conjicerent. Quidam etiam (quod nullum effugium pateret) se inquisitoribus jugulandos ultrò præbebant: quidam etiam precio percussores accersebant. Qui fuga sibi consulere conabantur, plerique naufragio peribant, omnibus miserorū conatibus adversante fortuna. Tanta civium strages edita, ut urbs cadaverum cumulis impleretur. In ædibus, in viis, in plateis, in foro, in templis promiscuè cædebantur, nec inimici dumtaxat, sed etiam amici, eos enim qui unī ex tyrannis, aut opem tulerant, aut suffragati fuerāt, reliqui duo hostes judicabant. Alia civilia bella multum etiam sanguinis hauserunt: sed non tanta rabie in devictos sævitum est. Alias insignes clades à multis gentibus à se devictis accipere, antequam eas planè debellare potuerunt. Gabynius post devictam à Cæsare Galliam ab Illyricis, quos oppugnabat, ita victus est, ut vix paucis comitatus è media suorum clade effugerit. Atinius gravi incom-

ZONAR.
lib. tom. 1.

APP. c.
in Illyr.

APP. bell.
ciu. lib. 2.OROS.
lib. 4.APP. bell.
ciu. lib. 2.PLVT. in
vita. Antō.APP. in
Mythrid.OROS.
lib. 7.TACIT.
de moribus
German.SEXTVS
Ruffus.

modo accepto, turpiter fugere, & Epidam-
num se recipere coactus est. Apud Celtas de-
victi Cotta, & Titurius copiarum maximam
jacturam cum summa Romanorum ignominia
fecere. Attilius consul apud Arrerum contra
cisalpinos Gallos commisso praelio occisus est
Romanis copiis, quae octoginta millium nu-
merum implebant caesis & fugatis. Bellum infe-
rentes Parthis septius damnum & dedecus re-
portarunt. cum in eos Crassus bellum movit, ex
centum millibus vix decem millia in Syria evasis-
se dicuntur: Marcus Antonius cum legionibus
octodecim & sedecim equitum millibus, eos
adortus duas legiones amisit. post eam cla-
dem quod Parthi fugientes insequerentur vigin-
ti & uno diebus trecenta passuum millia fuga
eimenso octo millium jacturam fecit. Imperante
Nerone magnis Armeniae provinciis amissis
Romanae legiones sub jugum missae, aegreque
Syria retenta. Sed Germani graviores praeter cae-
teris populis intulere clades, & Rom. maxi-
me formidabiles fuere Carbo, Cassius, Scau-
rus Aurelius, Servilius Cepio, M. Manlius
fusi vel capti. quinque simul consulares exerci-
tus populo Romano, Varum, tresque cum eo
legiones etiam Caesari abstulerunt. Tot, tan-
tisque bellis afflicti fuere, ut a Numa Pompi-
lio ad Augustum usque uno tantum anno pacem
habuerint, cum illud temporis spacium ul-
tra sexcentos annos extendatur, Augustus Ias-
num clausum tenuit per duodecim annos,
post recrudere bella, quae usque ad Titum du-

ra.

rarunt: ita in spacio octingentorum annorum,
& eo amplius tantum per tredecim annos Ro-
manum imperium in pace floruit. In bellis
autem, quae inter Othonem, Vitellium & Ve-
spasianum gesta sunt, quid indignitatis, ca-
lamitatis & miseriarum illud imperium non
pertulit in Italia praesertim, quae tunc belli se-
des fuit: Valeriano imperatore Germani alpi-
bus, Rhetia, Cisalpinaque Gallia pervagatis, TACIT.
Ravennam usque infesto exercitu pervenere. A. 20.
Iemanni vastatis Galliis in Italiam populabun-
di se effuderunt. Graecia, Macedonia, Pontus, EVTRO.
Asia, Gotthorum inundatione devastatae. Sar-
matum Pannonias depopulati sunt. Parthi Me-
sopotamiam occuparunt. Tyranni intrinsicus
conspirantes omnia tumultibus conpleverunt.
Sapores Persarum rex Syriam, Ciliciam, Cappa-
dociam omni belli clade adflixit capto VALE.
riono. Ab Aureliano, Probo, Diocletiano & HIERON.
Maximiano utrumque restituta res Romana, sed
brevis illa felicitas fuit a Constantio in partes
distractum & divallum fuit imperium. Constan-
tino ejus filio a Roma Bizantium translatum, EVSEB.
a filiis valde debilitatum, dum quisque omnia ad
se rapere conatur. sub Valeriano Aleman-
ni, Sarmatarum, Pannonum, Quadi, Rheti, Saxo-
num & Scoti: Gallias depopulati sunt, & Bri-
tannias vexarunt. crescentibus undique malis & AMM.
decrecente potentia, tandem ab Alanis, Heru-
lis Gotthis, Vandalis, Francis, Burgundis, MACH.
Longobardis in Occidente: paulo post a Par-
this & Saracenis in Oriente totum convellit. lib. 1. hist.
Florent.

LIV. dec. 1
lib. 3.SLEID. lib.
de 4. Mon.CYRLO
Chron. 2.DIOD.
Sic. lib. 5

Sic ingens Romanorum gloria, quæ per multa secula in omnes mundi partes dimanaverat, penitus corruit. calamitatibus populi Romani hoc etiam adscribi debet, quod seditionibus inter eos sæpius laboratum. E seipsem regibus quinque miserè perièrè. Inter patritios & plebem dum respub. per consules regebatur, tumultus sæpe exorti: pro ære alieno remittendo, pro magistratu regendo, pro agris dividendis, pro lege connubii, pro consule ex plebe deligèdo. A Iulio Cæsare ad Carolū magnū triginta imperatores interfecti à suis fuèrè, quatuor sibi necè attulèrè. E numero septuaginta duorū ferè dimidia pars milites non magis bonos quàm malos ferebant, & pro levissima occasione tumultuantes, quos imperatoriam dignitatem capere coegerant, perfidè & furiosè necabant.

DE GERMANIS.



GERMANOS à Scythis oriundos lingua ipsa, sono & scriptura aspera indicat: quam sub Friderico Secundo circa annum millesimum ducètesimum decimum tertium Latinis characteribus cœperunt signare, Germanorū nomen paulò ante Cæsariorum tempora cœpit innotescere, cum antea omnes populi à Gallico oceano ad Thraciam usque Galatæ vocarentur. Verisimile autem est à Persis primam originem duxisse,

se, & per Scythiam, Mæotides paludes, Mochoviamque in eam Europæ partem, quam nunc habitant penetrasse: cum Herodotus scribat, suo tempore fuisse populos, qui Germani vocabantur. Tanta autem eorum fuit in armis virtus, ut nunquam à Romanis licet pertinacissimè oppugnantibus planè debellari potuerint, & victoriæ de illis partè adeò gloriosæ & celebres fuèrè, ut Romanorum duces Germanici nomen pluris fecerint, quàm insignes de aliis nationibus triumphos. Tanta fuit constantia, amor libertatis & laudis bellicæ apud eos, ut nullè unquam clades à bello gerendo absterruerint. & quamvis per ducentos decem annos Romani summis viribus eos oppugnarint, & sæpius maxima clade illata vicerint: nunquam eos debellare potuerint. Romanis suis hostibus formidabiles fuisse indicant legiones octo ad Rhenum præsidii causa positæ, quæ repentinis illorum incursionibus occurrere, & acerrimos conatus reprimere possent, cum minoribus copiis Hispania, Africa, & Ægyptus defenderentur. Tanta Romanos invasit eos expugnandi cupiditas, ut omnes legiones & auxiliariorum copias in Germaniam non semel adduxerint Mauris, Osdroenis & Parthis, sagittariis promptissimis secum assumptis, quas gentes pugnacissimas experti fuerant. Tam validissimis instructi copiis bellum gerentes Germaniæ gravissima mala intulerunt: sed im-

HEROD.
lib. 1.TACIT.
lib. 4.POMP.
Mæl. lib. 3.

TACIT.
lib. 2.PH. MEL.
Chron. 3.TACIT. de
moribus
German.

impunè non tulerunt. Resumptis enim animis, & redintegratis viribus Romanos victores adorti, damna quæ acceperant cumulatè rependerunt. Varus cæsus cum tribus legionibus, Carbo, Cæsius, Scaurus, Aurelius, Cepio, Manlius egregii imperatores cæsi, vel fugati. Arminius liberator haud dubiè Germaniæ, qui nõ primordia populi Romani sicut alii reges, ducesq; , sed florentissimũ imperium lacepsivit præliis ambiguus, bello nõ victus Romanos per duodecim annos fatigavit. Post illũ Decebalus eos tam acriter pressit, ut propriis viribus subigere possè desperarent, & ipsius vicinos quo vires distraheret, suppeditata pecunia in eum armaverint. Militaribus disciplinæ observantissimos fuisse apud Tacitũ videre est. scribit enim, illos simplici cibo fuisse cõtentos agrestibus pomis, recenti fera & lacte cõcreto. Arma ad bellandum neiminè antea sumpsisse, quàm civitas suffecturũ probavisset. principes pro victoria pugnasse, comites pro principe proditores, transfugas ignavos corpore infames capitali supplicio affecisse. reges secundum nobilitatem: duces copiarũ secundum virtutè elegisse. Tanta illis antiquorũ morum & consuetudinum cura fuit, ut nec hybernis Latinarum legionum sparsim dispositis, nec Romana ditione alios mores alia verba propagante, vitari potuerit lingua prisca eorũ, id quod Gallis, Hispanisq; accidit. Quibus institutis ita reimp. administrarunt, ut Roma-

no

norum arma non solũm represserint, sed relictis horridis sylvis & asperis rupibus, eorum provincias invaserint, tanta quidè animorũ obstinatione, ut quanvis magnas & frequentes clades à Romanis acceperint, nunquam tamen victoriæ spe abjecta, illis manus dare voluerint: sed acceptas injurias ulciscentes, cumulatissq; victoriis belli terminos promoventes, tam diu Romanos fatigarũt, ut longae cladis tempestate fessi maximã imperii partem eorũ potestati permiserint. Fuere autè hi Germaniæ populi, qui de Romanis orbis dominis triumpharũt, Gotthi, Vádali, Hunni, Franci, Alemanni, Burgundi, Normanni, Lógobardi. Illi victoricibus armis Romanorũ provincias pervagati, habitatores & rectores dedere ferè omnib. Europæ nationibus. Non solũ autem Romanos è suis provinciis ejecerũt, sed etiam imperiali dignitate spoliarũt. Quadraginta duo imperatores Germanici nominis hucusq; regnarũt, qui pacè & religionè in occidente inter varios sæpe tumultus gloriosè conservarunt. Primarii inter eos religionis, patriæ defendendæ causa magis, quàm privato cõmodo aut inanis gloriæ cupiditate impulsĩ bella susceperũt, quibus suũ & gentis nomè gloriosũ reddiderũt. Hi sũt, Carolus magnus, Otto magnus, Cõradus Fracus & Federicus Barbarossa. Carolus Saracenos & Saxones insanis superstitionibus servientes feliciter perdomuit, & Lógobardos pacè in Italia turbates funditus excidit.

ALB. V. lib. 2.

IOV. elog. 2.
EMIL.
lib. 3.

NICET.
Cuspin.

Nov. hist. I

CHAL.
lib. 2

Otho tulit sanctionem principum electorum, qua imperialis dignitas supra quingentos annos in Germania retenta, varios præterea tumultus in Italia excitatos utiliter compescunt. Conradus expeditionem ad Hierosolymas suscepit, in qua ad Meandrum fluvium cum Turcis feliciter dimicavit. Barbarossa idem institutum sequutus Mahometanus ad Iconium maximo prælio fudit. Imperatorum Germanorum leve imperium fuisse, vel ex hoc facile videre est, quod populum Germanicum aliquem retinere libertatem non prohibuerunt, quæ res Germaniæ dignitatem, decus & vires maximè adauxit. Septuaginta enim urbes, quæ mutuo fœdere confociatis viribus ligatæ, insuperabiles existimantur, quæ licet suis legibus vivant, Cæsaris tamen nomen in honore habent, ejusque dignitatem cum opus est libenter juvant & defendunt. Hoc etiam ad robur & opes maximè facit, quod civitates plerequæ, quæ navigationem in mari exercent, uno etiam fœdere sint colligatæ, ut sibi mutuo auxilio sicunde vis ingruat, esse possint. propter hæc instituta & mores apud exterarum nationum præ cæteris occidentalibus populis in honore & precio fuere, ut Chalcondyles declarat. Natio (inquit) Germanica gubernatur melioribus institutis & moribus, quam ulla earum vel regionum, vel gentium, quæ septentrionem vel occidentem respiciunt, discreta in urbes præclaras &

& florentes, quæ propriis legibus & quamproximè ad æquitatem accedentibus reguntur. Sed hæc tam singularis & eximia felicitas sæpius interrupta fuit, & firmis vestigiis consistere non potuit. Priusquam enim Romanos devincere potuerunt, magnas & frequentes clades accepere. sed maximè Germaniam adflixit Attila Hunnus, quum per Noricum & Vindeliciam in Gallias vastabundus irrumperet. postea Germani inter se pugnantibus Suevi, Franci & Saxones imperialem dignitatem gravissimi obortus tumultus maximè adflixere. Nunquam propemodum designatus Cæsar, quin aliqua seditio eruperit, præcipuè verò ab Henrico Aucupe ad Othonem tertium usque seditionibus, & bellis civilibus maximè laboratum. Post obitum Friderici secundi imperium per viginti duos annos aut circiter vacavit. Interim Apulia & Sicilia Francorum armis cessere, Pontifices Romani Germanos ab Italiæ possessione depellere conantes civilia bella multum exitalia contra Henricos, Philippos, Fridericos & Ludovicos commoverunt. tunc ortæ simultates, quæ dolos, perfidias, prodiones, deprædationes, depopulationes, incendia & cædes, innumeras passim peperere. Principes & barones juramenta infringere, fidem violare, jus omne confundere non verebantur. nec pontifices unquam quiescere potuerunt, an-

IOV. Elog.

ÆMIL. I.

MEL. Cbr.

3.

ALB. VR.
GIRAR.

requâ imperatores Italiam penitus deseruerunt, nec ab exteris bellis interea cessatum. Hungari temporibus Arnoldi & Conradi primi maximam Germaniæ partem vastarunt, imperante Henrico Saxoniam, nec à vexanda Germania cessarunt, donec vestigalem & tributariam reddiderint.

DE FRANCIS.

CVRIO
Chron. 2.

FRANCI Germani sunt, qui hoc nomen sortiti sunt, quod libertatis assertimi fuerint assertores. Francus enim ingenuum significat. Centum amplius annis cum Romanis bella gesserunt, varia sæpe fortuna, sed nunquam ita victi, ut eorum iugo colla submittere coacti sint: quin, imò illorum provincias invaserunt, indeque præsidii eiectionis regnum sibi constituerunt, quod honestis institutis & æquissimis legibus firmarunt. Cum Gallias adorti sunt, duodecim ex seipsis elegerunt viros gratia & auctoritate præstâtes, bellicæque rei peritos, quos omnes reges appellarunt, ut Galli suspicarentur tot adversus se exercitus, quot erant reges instructos ire. Æquioribus autem animis Galli Franci se submittere, quod eorum levius esset iugum, quam Gotthorum, Vandalorum, & aliarum septentrionalium gentium, quæ Romani imperii provincias armis oppræsserant. Franci itaque Galliæ incolis nihil nocentes ab illis libenter accepti sunt, & imperii sui fundamenta pacatè sine ulla vi & tyrannide

jace-

jecerunt. Excellentem fuisse Francorum virtutem rerum abs se gestarum magnitudo ostendit. Romanos è Gallia gloriosè expulerunt, ibique regnum constituerunt legibus, iudiciis & doctrinis quam ornatissimè. Imperatoriam dignitatem totius Italiæ consensu, & magno vicinarum gentium applausu suo regno adjecerunt. Cum primum religionem Christianam amplectati sunt, ejus se tutores & defensores constituere, vereque Francia nominari potuit Christianorum decus, religionisque asyllum. Vetere instituto, quod constantissimè observarunt, non in auro & opibus cumulandis: sed imperii finibus promovendis gloriam & decus posuerunt. Vbi ad gloriæ militaris fastigium sunt evecti, remissa & obscurata paulatim in occidente tyrannis Gothica, Vandalica & Hunnica Gothos è Galliis depulerunt, Burgundionum regnum extinxerunt. Attilæ maximi Scytharum & Hunnorum regis ferocissimarum nationum copias numerosissimas trahentis vim & impetum represserunt, ferocè ac bellicosam Sacerenorum gentem terra, marique devicerunt & à terrore ac periculo Gallias liberarunt suas. Regum potestatem ita stabilierunt, ut militari disciplina pauci, domestica nulli diutius floruerint. De militari constat, Gallos Carolo magno duce Germaniam, Pannonias, Saxoniam, Italiam & Hispaniæ partem cum imperio totius Galliæ conjunxisse, Syriam utraq; postea per Bolionios & Balduinos annos 90.

MEL. Chr.

3.
BVD. de
asse. 4.POLYD.
lib. 23.IOV. Elog.
2.CVR.
Chron. 2.

SAB. *God.*

GIRAR.

MYL

gubernasse, & Græcorum imperio per quinquaginta præfuisse. Domesticę disciplinę nullum majus argumentum, quàm quod reges ac principes exteri ab extremis Germaniæ, Italiæ & Hispaniæ oris ad Gallorum senatum velut ad sacrum æquitatis asylum magno concursu confluxere. Qui Francicum nomen maximè illustrarunt, fuere Meroveus, Clodoveus, Carolus Martellus, Carolus magnus, Ludovicus nonus, Carolus septimus & Carolus octavus. Meroveus memorandę fortitudinis & felicitatis vir, in Romanos primùm armā movit, & deditiōē illos facere in Belgico compulit: In prælio contra Attilam dextrum aciei cornu fortiter ac feliciter tutatus est, & regioni, quam occupavit Francia nomen dedit. Clodoveus conditor Franciæ religionis de Alemannis & Visigothis triumphavit, & regnum Burgundicum evertit. Carolus Martellus præliis & victoriis clarus fuit, qui in uno prælio ad trecenta septuaginta quinque Saracenorum milia prope Turones ad Ligerim trucidavit, & in Narbonensi Gallia Amorem & Arthinum reges validissimis terrestribus & navalibus copiis stipatos devicit. Carolus magnus Martelli nepos Cantabros, Saxones, Longobardos, Bavaros, Hunnos perdomuit. Daciam, Histriam, Liburniam, Dalmatiam & utramque Pannoniam sibi subjecit, Augustalem dignitatem acquisivit, Fran-

co.

eorumque nomen tam illustre reddidit, ut in orientem usque penetraret, & Persarum rex Aaron legatis missis eorum amicitiam expeteret. Ludovicus nonus in Africa & Asia contra Mahumetanos in Christiana religione asserenda diu arma exercuit, & Francorum gloriam ita propagavit, ut apud Barbaras gentes Christiani omnes Franci dicerentur, quod alios occidentales populos, qui Christi nomen profitentur illis subiectos crederent, aut eos solos Christianorum nomine dignos putarent, qui Christi causam tam constanter defenderent. Carolus septimus unus fuit, qui suis pugnando restituit rem, atque jure belli auxit, & bellicosissimam Anglorum gentem in Gallia longè lateque imperantem relicta continente in Britanniam remeare coegit. Carolus Octavus Italiæ longitudinem instructo exercitu emensus Neapolitanum regnum ejectis inde Arragoniis acquisivit, domum redeundo cum Venetis secundum prælium fecit, & iter in patriam à multis conjuratis obsessum aperuit. In tribus præcipuè excelluere Franci: primū est, quod equitatu adeo valuere, ut vix ulla in terris natio invēta sit, quæ in equitātī arte & peritia adæquari potuerit. Secundum, memorabilissimum omnium præliorum, quorum facta sit in historiis mentio, ab illis est commissum. Tertium, plura regna quàm ulla natio, quæ post dilaceratā Rom. Imperium floruit, justo bello destruxere.

POLYD.
lib. 16.ÆGMAR
FROIS.
IOVIVS

I

VOLAT. Burgundionum enim, Gotthorum, Longobardorum regna & Constantinopolitanum imperium evertère. Adde quod pro defensione ecclesię nullus nunquam populus alacrius bellum suscepit, nec feliciter confecit religionis doctrinam, in qua prius instituti fuere, cum summa constantia retinere. & quos in ea vel propaganda, vel tuenda excellentes putaverunt, impensissime colere, nec rebus suis, nec vitę parentes, quod eorum dignitatę defenderent. Ut autem præclare rebus gestis gloriosissimi fuere: ita calamitates maximas pertulere. Antequam in unum coalesceret ipsorum regnum, in tetrarchiis gravissima damna passi sunt. Siquidem tetrarchę multas insidias sibi invicem moliti sunt, quo summa rerum quisque potiretur. Æmulis superiores fœdissimas lanienas exercere. In Burgundicis, etiam & Vasconicis bellis antequam plenam victoriam adepti sunt, insignes clades accepere. Sed Saxonicum bellum illis perquam grave & molestum fuit. Cum enim sæpius iusta acie Saxones fuerint devicti, tamen deposita nequaquam animorum ferocia resumebant arma cum per occasionem licebat, & omni bellica clade Francos ipsos afficiebant. Atrocior adhuc gens Saracenicæ fuit, quæ vastabunda in Galliam ex Hispania se effudit, & incendiis, cædibus, direptionibus, terrore, & tumultu omnia complevit. Normanni piraticam exercentes per annos quadraginta Gallię maritimam oram de-

præ-

ÆMYL.
POLYD.
VOLAT.

prædantes, & obvia quæque conterentes, graviter Francos afflixere, iniquiore etiam forte, quod eos sedem ad habitandum dare coegerunt, Flandri postea non semel rebellantes gravissima intulere damna, nec tumultuari cessarunt, donec a subjectione Francorum se prorsus subduxere. Tot dissidia, & rerum fluctus a Ludovico Balbo ad mortem Caroli Simplicis fuere, ut vix certo sciri possit, quis potissimum regnarit. Dein Aurelianensium & Burgundionum factiones Anglos in Galliam attraxere, qui sæpius præliis victores inaugurationis & coronationis locos adepti, & Francorum regiam jusque regni ad se transtulere: & vix tandem post longa & periculosa bella a Galliis pristina authoritate recuperata, ejecti sunt. Rex Ioannes ab illis captus, ut liberaretur tres Turonensium librarum milliones solvere, quicquid in Aquitania possidebat, & alias civitates multas insuper tradere coactus est ad talem egestatem redacto regno, quod diu Franci moneta coriacea usi sunt, parvo argenteo clavo infixo. Ut in repellendis Anglis gravissima damna pertulere: ita in invadenda Italia maximas adiere clades. Sex præcipue bella cum detrimento ab illis contra Italos suscepta cum a factiosis populis invitati alpes transcendere. Ad Alexandriam primo, & aliquanto post ad Boscum, & tertio ad Genuam superati. Neapolitanum regnum semel occupatum;

ÆMYL.
GIRAR.

ARGEN.

POLYD.
lib. 26.

IOV. hist. 1

& bis repetitum tres insignes clades attulit: prima ab Alphonso Arragonio: secunda à Federico & Consalvo magno: tertia à Philiberto Aurantio. Insubriæ ducatus à duobus regibus occupatus, amissus, repetitus quot, quantasque Francorum strages concitavit? Genuæ possessio quamvis brevis insignium calamitarum causa etiam fuit.

DE ANGLIS.



ANGLI è Saxonia oriundi cum Britannis adversus Pictos opem tulissent, fertilitate & ubertate soli alle. Et in Britannia sedes posuere, devictis ac ejectis indigenis ibi plurima regna condidit: quæ tamen post varia bella in unum coaluere. Hoc ad maximum commodum gentis peregit Adelstanus Merciorum rex octavus, qui non solum apud Anglos insigni gloria floruit, sed exteris etiam formidabilis fuit. Scotos enim devicto Constantino eorum rege in sua verba jurare coegit. Aluredus Merciorum rex perenni laude dignus inter cæteros inventus est, qui Oxonii publicam Academiam instituit propositis professoribus literarum præmiis. In ea laude æqualis ei fuit Sigisbertus orientalis rex, qui Cantabrigiæ ducentis sexaginta quinque annis antea aliam Academiam excitavit. Magnum virtutis specimen addidit Angli, cum Dacorum tyrannidem per se facto

POLYD.
hist. Angl.
lib. 1.
LIL. in
Chron.

facto in eos impetu duræ servitutis jugo se exemere. Daci enim ad unum omnes in Anglia partim deleri, partim ejecti, post annum trigessimum quæ Suevo totius Angliæ imperium est adeptus. Sed illustriores res eorum fuere, postquam Normanni devicto in prælio Haraldo summa rerum potiti sunt duce Guilielmo Conquæstore, cujus posteritas per annos quadringetos octoginta regnavit, duodeviginti regum serie continuata: translatisque in continentem armis apud exterarum gentes cum insigni sua laude innotuere. Sæpius Dacos & Scotos hostiliter in Angliam irrumpentes repressere: his in sua verba jurare coactis, illis adempta iterum in insula regnandi spe, cum Gallis & Scotis prælio decertantes frequentius victores evasere, regiam Francorum aliquamdiu tenuere, & ita cum illis in omnibus bellis se gefere, ut nullum hostem formidabiliorem Anglo putarint. Normanniam tenuere Angli supra triginta annos, Aquitaniam ducentos nonaginta novem. In bello sacro egregiam operam navarunt, & aliquamdiu ibi inter cæteras Europæ gentes primas tenuerunt. Mercenaria etiam arma cum insigni laude Ioanne Aucutho duce in Italia exercuere.

Qui Anglorum decus & gloriam maximè promovere, præcipui fuere, Aluredus, Edoardus senior Adelstanus, Guilielmus Conquæstor, Richardus primus, Eduardus tertius, Henricus secundus, Henricus quintus &

POLYD.
lib. 23.
MACHI.
hist. Flor.
lib. 1.

Henricus Octavus. Aluredus Merciorū regno potitus Dacos vicit, Gomornemq; eorū regem falsum deorum cultum abjurare, & Christianam religionem amplecti coegit, Edoardus senior expulsis Dacis orientalium Anglorum regno potitus, extra Scotiam totius insulæ imperium obtinuit. Adelstanus Northumbria potitus, & devictis Scotis totius insulæ fit monarcha. Guilielmus Conquerstor Haraldum regem collatis signis devicit, & abolita ferè veteri Anglorū militariū profapia maximā nobilitatis partem novo stemmate illustravit, Dacos qui ad regnū capeffendum iterum in Angliam irruerāt, profligavit, Scotos ad fœdus ineundū compulit: Normanniam Anglorum imperio adjecit. Richardus in bello sacro Cyprum occupavit: in Palestina Ioppen, & Afcalonem restauravit: Saladinum potentissimum principem & fortissimum ducem, ejusq; numerosissimū exercitum bello fregit, & inducias facere cōpulit. Eduardus tertius duobus memorabilibus præliis Gallos vicit, & capto eorum rege pacis conditiones dedit. Scotos etiam duce fœmina acie devicit, eorum rege capto. Hoc felicitatis inter cæteros assequutus, quòd in ipsius mensa captivi duo reges sæpius assederint. Henricus secundus Scotiam, Iberniam, Orcades insulas, Normanniam, Aquitaniam, Cenomanos, Pictones, Vasconiamq; partim jure belli, partim hereditariò Angliæ imperio adjecit. Hæricus quintus

NICET.
ABB.
VRSP.

POLYD.
FROISS.
VOLAT.
POLYD.

tus Gallos ferè totius regni possessione devicit. Henricus Octavus Hibernos latè perdomuit, Scotos acie devictos interfecto eorum rege, cæsa etiam ad internecionē tota propè nobilitate Crallorum societatem abjurare, & secū fœdus inire coegit. Validissimas urbes in Morinis & Nervis de Gallis cœpit fuso eorum equitatu, qui in equestri militia primas partes semper sibi vendicarat.

Ad egregiam Anglorum laudē cedit, quòd sui generis authoribus nunquā bella gessere. Item quod bellū gerentes cum hostibus manus cōferere parant, & prælio statim controversiam finire, hoc modo bellum quantumvis atrox: brevissimo temporis spacio confectum redditur. Decorum militibus, utile vulgo institutum: siquidem tota belli clades in viros militares nō in rusticos cadit, & ita ad quos laus pertinet, etiam & periculū. Ad eorum itidem insignē & peculiarem laudem facit, quòd post dilaceratū Romanum imperium bonarū literarum studia prius apud eos in precio fuere, quàm in continenti & potētissimo monarchæ Carolo magno ad cōdendas nobilissimas duas Academias suafores & adjutores fuerunt. Metropolis ejus insulæ viris, opibus, potentia, divitiis, quoque, elegantia, & reliqua felicitate omnes urbes, quæ ad occidentem spectant facilè surrat, ad quam accedunt negotiationis causa ex omnibus Europæ gētibus mercatores. Ut autem ipsorum gloria maximè enituit,

ARGEN.
SABEL.
En. 10. lib.
8.

CHALC.
lib. 2.

ita & calamitates non vulgares sensere. Nobilissimum enim regnum passim populatio-
nibus vastatum, & aliis belli cladibus defor-
matum sæpius, primò à Danis, qui ibi sedes
suas figere, & Anglicam gentem subjugare
conati sunt: postremò à Normannis, qui nõ
contenti imperium Anglis ademisse, sed gen-
tem etiam delere, & instituta mutare vo-
luerunt. Leges sanctissimas à superioribus
regibus latas, bona ex parte aboleverunt, &
suas minus æquas intulerunt. Vnde non se-
mel propter illas abrogatas, quas populus
repetebat, civilia bella exorta. Sed graviora
& diuturniora mala à Dacis & Scotis passi
sunt, qui nunc victi, nunc victores alternan-
te victoria insulam more prædonum annos
ferè centum quinquaginta diripuerunt, us-
que ad Edoardum majorem. post intestinis
bellis fluctuantes Guilielmum Normannũ
evocarũt, qui ad se imperium transtulit. Gal-
licum bellũ sæpius repetitum & renovatum
gravissimã hominum jacturã vel in ipsa vi-
ctoria attulit. Sed hoc illis fuit præcipuè ca-
lamitosum, cum propter Ioannis regis into-
lerandam tyrannidem Angliæ proceres Lu-
dovicum Galliæ regis filium in insulam ad-
vocare, & regem suum declarare, iurjuran-
dumque illi præstare decreverint, & iis pa-
rere, quos toties devicerant. Gravius adhuc
eis fuit cum à Carolo septimo Francorum
rege avita possessione, quam per aliquot se-
cula retinuerant, discedere coacti sunt. Ma-

jores iis etiam calamitates bella civilia & fa-
ctiones principum attulere, quas cum ma-
xima crudelitate gesserunt. Paulò ante mor-
tem Henrici tertii duæ exitiales factiones
exortæ sunt, Albæ rosæ, & Rubræ, quæ diu
Angliam miserè vexarunt, cum populus in
partes diductus alterutram factionem fove-
ret. Sub Henrico quarto tantum fuit sedi-
tionum, ut cum uno in loco revellerentur,
alibi multò vehementius renascerentur. sed
post amissum in continente imperium mi-
seriæ adauctæ. per continuos enim triginta
annos inter eos civilibus bellis in mutua
perniciem certatum: quo temporis curricu-
lo regiæ stirpis homines amplius octoginta
trucidati: plebs etiam per se turbulenta tri-
buta pendere detrectans maximos tumul-
tus edidit. E viginti & uno regibus vix unus
fuit, qui popularem seditionem non fuerit
expertus. Cæsi verò aut imperio dejecti in
illis tumultibus duodecim reperiuntur: hoc
cum non sine multa cæde & maxima rerum
perturbatione fieri non potuerit, ut gravem
calamitatem Anglicæ genti attulit, ita in si-
gne probrum & ignominiam nõ vulgarem.

DE ITALIS.



ANC laudem præ cæteris gentibus
tulere Itali, quòd militarem disci-
plinam consummatam & absolu-
tam reddiderunt, & de tribus mun-
di partibus sæpius triumpharunt. Etsi au-

VEGET.
lib. 1.
NICEPH.
lib. 5

POLYD.
lib. 8. et 16

POLYD.
lib. 21.
ARGEN.
LIL. in
Chron.

POLYD.
lib. 19.

rem ad quartam monarchiam, de qua superius dictum, hoc proprie pertinet, tamen post dilaceratum imperium plurimi etiam usus fuit, & gloriam insignem attulit veteris disciplinae qualiscunque observatio in arcendis, aut depellendis barbaris, qui certatim Italiam tanquam certam praedam petebant. Diu quidem & graviter à variis nationibus bello afflicti fuere Itali: tamen in hoc dignoscitur invictus eorum animus, militaris virtus, & singularis constantia, quod magnis exercitibus non cessare: sed non reformidato periculo audacter cum illis conservare manus, & nunquam victores, nunc victi cum demum cedere fortunae coacti sunt, non animos propterea desponderunt: sed viam, qua victores expellerent non minus prudenter, quam feliciter invenerunt. Herulos enim per Gothos, hos per Graecos, Longobardos per Francos à finibus ejece- runt: à quibus licet principes & rectores acceperint: non propterea patriam suam Galliae subiectam esse passi sunt. Quibus in rebus peragendis Romanorum pontificum industria maxime enituit: qui peregrinas gentes in Italia dominari semper impedierunt. In hoc etiam apparuit insignis eorum prudentia, quod sub religionis praetextu plerisque principes Christianos dicto obediens reddidere, & ab illis jus factorum petere persuaserunt, quod certe Italiam maxime illustravit. Inde enim in eam natum novum, potens, augmentum, & maxime formidabile imperium. Viguit autem maxi-

ZONAR.
NAVCL.
SABELL.

PROCO.

MACHI.
lib. 1.

me Romanorum pontificum potentia ab adventu Longobardorum in Italiam usque ad Caroli octavi Gallorum regis expeditionem. his enim temporibus propter censuras, anathemata & arma terribiles omnibus fere gentibus & venerandi fuere. Nec inter Italicarum laudes haec postrema recensenda, quod in re navali plurimum excellere. hac enim colonias in alieno solo condidit, mercaturam rationem cum ingenti suo comodo amplificare, & de ferocibus populis insignes victorias reportare. In bello sacro egregiam operam navarunt, terrestribus enim copiis comearus importarunt: novos exercitus in supplementum transvexerunt, & cum hostili classe, quae cursum avertere, & descensionem prohibere conabatur, reportata semper victoria dimicarunt. In ea re multum praestitere tres celebratissime respublice Pisana, Genuensis & Veneta. Post expulsos Longobardos quinque principatus insignes, & ampliarum virium erexere Venetorum, Mediolanensium, Florentinorum, Pontificis & Neapolitanorum, ita non solum feliciter barbarorum excusere jugum: sed suam gentem utilibus legibus & laudabilibus institutis gubernarunt, diu cum Germanis de imperio decertarunt, & licet fedem & dignitatem imperialem amiserint: tamen ab illorum dominio se exemere, victoriam satis amplam se adeptos rati, si potentem & validam gentem, & de Romanis mundi rectoribus victricem in suas sedes repulissent.

GVILLI.
TYRIVS;
AMYL.
lib. 5.

Sed in paranda hac insigni laude gravia mala perpessi sunt, siquidem à Barbaris passa Italia mutationem gubernationis legum, consuetudinum, morum, religionis, linguæ, vestimenti, nominis. A Theodosii temporibus variarum gentium Barbari in eam irruere Heruli, Hunni, Gotthi, Auares, Longobardi, Saraceni, Pannonii, Normanni, Græci, Hispani, Franci, Germani. Centum & sexaginta annis Herulis, Gotthis, Longobardis, Græcis graviter afflicta. Belligerantibus Gothis & Longobardis cum Græcis & Francis direptiones & everfiones urbium & depopulationes agrorum tantæ, tamque crebræ fuerunt, ut inde fames pestesque sequebantur, innumera hominum millia absumperint. Post ejectos Longobardos non multo feliciora tempora sequuta sunt. Gibellinorum & Guelphorum funesta nomina, velut horribili & diuturno quodam terræ motu, humana divinaque omnia concusserunt. Diducti siquidem Itali in partes, insana & crudeli dissensione Guelphi pro pontificibus, Gibellini pro Cæsaribus de potentia, dignitate vitaque dimicabant. Vnde multa oppida & castella diu vexata, & latè vastata à stirpe propè interierunt. Variæ utrinque clades, proscriptiones, exilia, & illustrium familiarum ruinæ. Etsi verò pontifices in expellendis exteris multum insudarunt: non cessarunt tamen accersere novos homines, novaque bella suscitare. Postquam ad potentiam prin-

MACH.
bist. Flor. I.
VOLAT.
SABIN.
IOVIUS

PROCO.

IOV. ELOG.
I.

principem aliquem evexerant, pœnitebat eos, & in ipsius perniciem commutata voluntate jurabant. Vnde omnia infida, suspecta, dubia, tumultibus, cæde & rapinis plena ubi in Italia reddita. Dimicatio de maris imperio inter florentissimas respublicas, Venetam, Pisanam & Genuensem acerbissimas & luētiosissimas clades attulit. Civilia bella Florentinorum, Insubrum, Venetorum & Arragoniorum peregrina in perniciem totius regionis attraxere arma. Hispani venerunt, qui profligatis Gallis Neapolitano regno potiti sunt. Helvetii in partem prædæ vocati aliquot oppida ceperunt. Inter hos motus nullus ferè locus, nullus populus, nulla privata domus, nullus princeps fuit à cladibus immunis. eo modo factum est, ut Italia olim orbis domina per mille ferme annos externis gentibus servierit, & quod magis præteritorum malorum refricat memoriam, nondum exterorum jugo liberata est.:

MACH.
bist. Flor. I.

POLYD.

IOV. ELOG.
lib. 26.

DE REBUS BEL-
LICIIS, LIBER
TERTIVS.



V M ubiq; gentium
pervicacis ingenii &
effrenis contumacia
homines reperian-
tur, qui nullis legum
vinculis in officio cō-
tineri, nullo metu à maleficiis cohibe-
ri possint: ne respublicæ ad publicam
tranquillitatē conservandam præ-
clarè institutæ illorum furoribus pe-
nitūs extirpentur, & cyclopica confu-
sio exitiabili pernicie apud omnes
passim grassetur, Deus, qui ordinis &
pacis author est, magnanimos & illu-
stres viros excitare solet, qui militares
labores non fugiunt, nec pericula re-
formidant, ut quod in rebus publicis
collapsum est restaurent, corruptum
renovent, rude & indigestum contra
perversam animorū insolentiam in-
terposita auctoritate cōponant. Cū
enim civilis potestas spernitur, & le-
gum

gum majestas cuilibet scelesto ludi-
brio est, necessario ad arma decurren-
dum, ut impiorum audacia immanis,
quæ omnia confundere & perverte-
re contendit, virtute retundatur, quò
publica societas contra omnes sedi-
tionū & tumultuum procellas facta
recta conservetur. Præclaræ autem vi-
ctoriæ, quas aliquando insignes belli
duces stupenda foelicitate cōsequun-
tur, nos admonent, magnos heroes
ad gravia bella suscipienda in hunc fi-
nem à summo Deo scelerum vindi-
ce excitari, ut repressâ sceleratorum
ferocia diutius & diutius in pace viva-
tur. Sic res bellicas videmus securita-
tem & ornamentū politicis adferre:
quemadmodū ex his naturales stabi-
limentum & tutelam accipiunt, qua
ratione inducti post res politicas
bellicas subjungere
lubet.

DE IIS QVINAVALI
GLORIA EXCEL
LVERVNT.

NIX quicquam inveniri aut excogitari potest, quod rebus publicis vel in civilibus, vel bellicis rebus majorem utilitatem adferat, quam navalis disciplina. Nam (ut inquit Xenophon) qui classe valent, omnes omnium regionum commoditates percipere possunt, & commodandi, lædendiq; potestatem habent maximam. siquidem gentes vel multo terrarum intervallo distant: exportatione rerum, quibus abundant, & earum, quibus indigent importatione indigentiae suae mutua opera succurrere facile & expedite possunt, & suas opes commodè augere. Nec minor in bello, quam in pace utilitas percipitur: nam qui libero utuntur mari, si viribus superiores fuerint, rei frumentariae providere hostes varia clade afficere facile possunt: si inferiores, adversarios ad certamen provocantes commodè ludificantur. Ideo apud antiquos maximum ad omnes res gerendas momentum semper in classe positum, & qui validiores ea in parte fuere, sepius in bello superiores evasere. Non injucundum itaque Lectori fore puto, si de iis, qui rei navalis periti longè maria sulcarunt, regiones antea incognitas ingenti ausu aperuerunt, & negotiationem illu-
striorem reddiderunt, exempla alii quot subjiciam.

NA.



AVIGANDI artem antiquissimam esse, ex Beroso videre est, qui in seculo aureo Ianum & Saturnos in novas colonias classe advectos esse scribit. Primi in ea Ægyptii excelluerunt, qui longè maria, insulas & littora lustrarunt, ut terrarum metas invenirent, ad eò ut doctrinae cosmographicæ initium darent, & aliis populis similia tentandi & explorandi exemplo essent. Primum omnium regum Sesostris longis navibus usus, Arabicum sinum prætervectus populos Rubri maris accolat usque ad Indos penetrans in potestatem redegit.

Turrheni fortitudine egregii, classe potentes, quum diutius mari imperitassent: Italicum pelagum à se Turrhenum denominaverunt, nauticarum rerum adeò periti, ut quocumque classe deferrentur, facile victoria potirentur.

Post illos Tyrii in ea arte excelluere, qui libero utentes mari sæpe terras cæteris nationibus incognitas adièrunt. In ultimo Hispaniæ tractu insulam Oceano circumfusam perexiguo à continenti divisam freto condiderunt: & in Africa Uticam, in Bœotia Thebas, sic ut eorum coloniarum toto orbe diffusæ fuerint. Tanta famæ celebritate florentes rex Iudææ Salomon sibi fœdere sociare curavit, cui aurum & gemmas, aliaque rara & preciosa adferebant. Cùm autem totum triennium in una navigatione cõsumerent multa maria sulcasse, & longinquas mundi

DIOD.
Sicul. lib. I.
ANN. Vi
terb. in Ma
net.

DIOD.
lib. 5.
HALYC.
lib. I.
ANN.

VITERB
in Maneth.

Reg.
VEL. Pa.
lib. I.
Q. CVR.
lib. 3.

K

partes explorasse facilè credere est. nec ullos populos postea eorum conatus adæquasse legitur.

Phœnices classe in Libyam venientes Byrsam, quæ & Carthago nominata est condidit, demum subacta Libya magnam maris tenuere partem. Vterius bella moventes Siciliam, Sardiniam, cæterasq; insulas, quæ mari illo continentur occuparunt, & in Iberiam usque emisere colonos.

Carthaginenses adeo classe valuere, ut maris mediterranei imperiù diu tenuerint, à Romanis Sardiniam, Siciliam, & omnem Iberiam abstulerint, Hannone duce à Gadibus circumacti ad extremam Arabiam usque permearunt.

Liburni Illyrici populi navali gloria etiam percelebres fuere, qui Ioniam insulas, quæ Ægei maris dicto audientes habuere, Velocibus navibus usi, quæ ex causa Romani naves, quæ celeritate, levitateque præstant, Liburnicas nominarunt.

Nec postremum hac in parte laudis Athenienses locum sunt habituri, qui magno classis apparatu freti imperium amplum & victorias insignes, acquisierunt. Ad classem, quæ cum Xerxe ad Artemisium felici eventu pugnavit, in qua 378 naves fuisse dicuntur: majorem partem suo milite, suisque sumptibus instruxerunt. In Salaminensi prælio naves 400 habuere, unde præcipua earum victoriarum palma ipsis extra omnem controversiam attribuitur: Cum bellum adversus Lacedæmonios moverunt:

APP. in
Lybia.

APP. in
Lybia.

PLIN. lib.
2. cap. 6.

APP. in
Illyria.

runt: triremes ad quadringentas habuere præter alia navigia. In multis & maximis certaminibus cum Persis, Macedonibus & Lacedæmoniis pugnantes superiores fuere, in paucis prospero successu caruere. Victis Persis Greciæ & Asiæ tributum ad tuendum maris imperium imposuere: tanta in re navali eorum fama apud exteros fuit, ut Persæ contra Lacedæmonios bellum gerentes semper Atheniensem ducem quaerere, quem classe sua præficerent. Tantum etiam emolumentum inde sunt assumpti, ut quicquid rarum aut suave, vel in Sicilia, vel in Italia, Cypro, Ægypto, Lidya, Ponto, Peloponneso, vel alibi erat, in unum coegerint ob maris imperium.

Cilices piratæ, quibus se aggregarunt Syri, Cyprii, Pamphili & Pontici non solum mare, quod ad orientem spectat: sed quodcumque intra Herculeas columnas situm est, in potestate habuerunt. Aliquot Romanorum duces navali prælio superarunt, inde tanto terrori fuere omnibus, ut in tam magno spacio nemini tantam navigationem relinquerent, bello Mithridatico regis classi contra Romanos operam navarunt, deinde Romanis à civilibus bellis inter se commissis multitudine freti mare præsidio classis destitutum invaserunt, insulas & maritimas urbes expugnantes. Naves habuere militariter instructas amplius mille, urbes ceperrunt ultra quadringentas. Classes eorum fuere strenuorum virorum copiis, gubernatorum peritia, levitate atque celeritate navium,

IVSTIN.
lib. 16.

PLUT.

in Them.

XENO.

hist. Græc.

lib. 1. 6. 7.

& lib. de

reb. Athen.

THUCY.

bell. Pelop.

lib. 1.

PLUT. in

Pomp.

APP. in

Mithri.

ZONAR.

ann. 2. 6. 2.

magnifico apparatu, longo usu & exercitatione formidabiles. Omne internum mare ab illis occupatum, unde nemini commercia libera: sed omnia in via, infida, clausa, donec à Pompeio fuerint debellati.

In declinatione Romani imperii Saraceni innotescere cœperunt, qui in re navali potestea maximam gloriam sunt assequuti: sicut eorum res bello gestæ ostendunt. Ab Alexandria cum valida classe solventes Rhodum nobilem in re nautica insulam vi cœperunt. Deinde in Ægeum mare delati multas ex Cycladibus affixerunt. Inde in Siciliam navigarunt, quæ maritimis in locis spoliatam incendiis etiam per mediterranea editis vastaverunt. Numidiam quoque Tingitanamque ac Mauritaniam occupavere, Oceanum Atlanticum, & terrarum finem opum suarum terminum statuentes. In Europam per fretum Gaditanum trajicientes totam Hispaniam sibi subjecere, præter Astures & Cantabros. Italiam ingressi Capuam, & Genuam cœperunt. Venetorum classem apud Siculum mare cum multa clade vicerunt. Ita omnibus formidabiles propter rei navalis peritiam evasere. tantam potentiam ex ea adepti, ut à Persico sinu ad Gades usque maris imperium tenuerint. Numerosam habuisse classem hinc facile videre est, quod Muharias unus ex eorum ducibus inclytæ famæ & celeberrimi nominis mille, & septingentis navibus Cyprum invasit, & cœpit.

De.

Decrescente eorum potentia Dani piraticam exercentes Flandris, Frisiis, Gallis, Anglis, Scotis, Orchadibus insulis & omnibus Balthici maris accolis multa damna intulerunt, cum è certaminibus sæpius victores evaderent. Victoria utentes Angliam sunt adorti, quam vestigalem fecerunt. Maris imperium à Balthico oceano ad Thulen usque insulam diu tenuerunt.

Horum institutum sequuti Normanni valida instructa classe mare oceanum & mediterraneum sulcantes omnibus maritimis populis formidabiles evaserunt. Angliæ, Flandriæ, Galliæ, Hispaniæ & Italiæ oras immaniter devastarunt, & spoliatis ac everfis in Italia & Gallia multis urbibus Gallos ad concedendum illis habitationis sedem coegerunt.

Tres fuere in Italia præpotentes maritimi in rebus urbes: Pisæ, Genua, Venetiæ, quæ post Normannos in re navali militariæque celebres extitere. Eò magnitudinis rem Pisanâ hac in parte aliquando evectam memorant, ut centum eorum familiæ totidem rostratas naves privato sumptu ædificasse, & exornasse ad bellum Ligusticum dicantur.

Genuenses inveteratæ navalis disciplinæ laude cunctas nationes olim antecelluerunt, & longè sulcando maria versus orientem usque ad pontum Euxinum condita in Taurica Chersoneso Theodosia nobilissima colonia.

SAXO
Grammat.
hist. Dan.
lib. 4.
LIL. in Ch.

ÆMYL.
lib. 3.

ÆMYL.
lib. 6.
IOV. hist.
2.

ÆMYL.
lib. 6.
IOV. hist.

K 3

BLOND.
d. reb. gest.
Venet.
ÆMYL.
lib. 2.
FVNC.
in Chron.
COEL.
Curio.
SARR.
hist. lib. 1.

lonia famam extenderunt, & in bello sacro egregiam operam navarunt.

MACH.
hist. flor.
lib. 1.
SABELL.

Veneti mercimoniis dediti multum clas- se hucusq; valuere mercaturam per omnes orbis partes exercentes. multos in Syria por- tus occupavere, & in bello sacro multam o- peram & laudabile præstitere. Unde in præ- cium illis cecidit Cræta, quæ nunc Candia di- citur, & diu Saracenorum & Turcarum arma insigni cum laude sustinuerunt, & quod ad gloriæ culmen eos evexit: Genuenses de ma- ris imperio cum illis decertantes post varia prælia manus dare coegerunt.

Sed horum omnium gloriam patrum no- strorum memoria Hispani obscurarunt pe- riculosi & stupendis navigationibus ingen- ti ausu susceptis, quibus mercaturæ negoci- um tum sibi tum principibus suis utile ad- modum & quæstuosum reddiderunt, nationesq; barbaras insanis superstitionibus ser- vientes ad vitam humaniorem, & ad cultum veri dei adduxerunt. Tres autem ante alios maximè clari & memorabiles extiterunt, Fer- dinandus Cortesius, Blasus Novius & Ma- galanes. Cortesius in postremum occidui li- toris sinum delatus ad Mexicana regna ter- restri itinere contendens subactis Indis The- mistitana urbe potitus est, quum fabricatis navigiis eam urbem falso in stagno positam, ædificiisq;, & incolarum frequentia Venetæ urbis instar admirabile multis præliis pro- sperè factis expugnasset. Exinde ulteriora

per,

quirere constituit, novamq; expeditionem ad occidētis oram maritimam suscepit: eo quidē apparatu, ut non modò sarcinarum & tormen- torum onera secum ferret: sed duos etiam mio- parones soluta compage plicatiles multorum fervorū opera comportari juberet, ut his ten- taret oceanum, quæ non amplius quingentis leucis abesse constabat. Cum ad oceanum per- ventum: Cortesius latè explorato littore, no- tatisq; nemoribus unde materia ædificandæ classi peti posset, Temistitana est reversus, ibiq; incolis Christianæ religionis cultum persuasit.

Blasus Novius diu Pariaæ terræ, & Daria- næ regionis littora legens reperit Isthmum ad Vrabanum sinum, quo duo maria ingen- tia dirimuntur. A Comogro siquidem ingen- tis annis ostio Dari, ejusq; littore per inac- cessos prope montes summa juga tenuit, & Iov. hist. 14. subjectum in adverso littore vastissimi pelagi sinum conspexit, in quo auri & unionum di- LEVIN. tissima regna reperta sunt, atq; ite conspecte, Apoll. aditæq; aliquot insulae earum opulentiæ lib. 1. insignes. Perurana & Cuscana regna auro & gemmis scatentiæ successoribus demonstravit.

Magalanes alterum Pariaæ terræ littus in orientem obversum quinque navium classe percucurrit, legendoq; oram prætervectus lineam capricorni, nec multum inde prope an- tæcticum circulum, & ad ipsam æquatoris lineam Moluccas quæritans immensi pro- pe ambitus insulas Iavanam, Pornem & Subutham ipsa Britannia majores invenit,

K 4

è quibus Moluccæ propinquæ spectabantur: quas ut in votis habebat adire non potuit. Cum insularis enim acré dimicans occubuit. Huic propter difficilimam, & periculossimam navigationem palma datur. Cortesii navigatio, ut magnificentior, ita utilior & foelicior fuit, quamvis honoris prærogativa omnium harum navigationum Christophoro Columbo Liguri multorum iudicio debeatur adscribi. Alterum enim prope terrarum orbem intentato prioribus seculis Oceano ad occidentè foelicibus auspiciis navigationis studiosis aperuit, & aliis qui post eum majora fecisse videntur, iter ostendit. & si commoditatem spectemus, non minus gloriosa Hispanicæ genti ejus navigatio fuit, quàm Cortesii vel Blasci, vel Magalanis. nam Hispaniolam & Cubam ingentes insulas auri copia ditissimas Castellæ regibus vectigales fecit, & in commodissimis locis ædificatis arcibus, & imposito præsidio tutum Hispanicæ genti receptum dedit, & rectè æstimantibus Herculis & Liberi patris famam obscurasse videtur. Nam Bacchi in Indiam navigatio nullo pacto cum Columbina comparanda venit, nec periculi magnitudine, nec commoditatis cumulo. Qui verò decus navalis disciplinæ Herculi tribuunt, quum in freto Gaditano ipsius navigationis trophea ponunt: maximè ridiculos se ostendunt, cum vento secundo in uno mense ea navigatio commodissimè fieri possit.

DE

DE SEVERITATE IN
SERVANDA MILITARI
DISCIPLINA.



M ad victoriam parandam nihil utilius reperiatur militari disciplina: nihil etiam est bellicosius viris, nec speciosius, nec laudabilius. parit enim insignes virtutes, continentiam, modestiam & tolerantiam docet, adversus labores indomitum robur præbet, & contra pericula animum infractum, audentem & securum. Qui verò nulli disciplinæ assueti, licentiosè vivere didicerunt, ut nemine illis resistente feroces sunt, ita in ipso periculo ignavissimi conspiciuntur, sicut verè est à Livio dictum. Latrones, latronumque duces, ut ad populandos finitimorum agros, tectaque urvend: & rapienda pecora audaces & validi: ita in acie nullas habere vires depræbentur. Ideo viri in re bellica illustres in hoc totis viribus incubere, ut effrenem militum licentiam compescere, & eos ad tolerandos labores assuefacere possent, unde præclaram laudem apud omnes sunt promeriti non solum ob victorias, quas ex diligenti militaris disciplinæ observatione peperere: sed etiam, quòd iis, qui exercitiis post eos præfuerunt, ad res præclare gerendas maximum momentum attulerunt. De iis itaque qui severe & exactè militarem disciplinam exercere, hic titulus exempla monstrabit, quò fiat perspicuum, magnanimos & fortes viros non ignavia & torpore: sed vigilantia, & labore res præclaras gessisse. quæ illis gloriam & rebus publicis salutem & commoditatem attulere.

K 5

IOV. HIST.
34.
LEMNI.
APOLLON.
LIB. I.

PLUT.
in Agefil.



INTER Græcos Spartani militaris disciplinæ severi observatores fuere. Siquidem eos, qui conterriti prælio fugerant, & ordines turpi & ignavo metu deseruerat, ab omni magistratu repellebant. Vxorem ducere prohibebant, & cuique, qui eos obvios habebat percutiendi potestatem dabant, ut qui gloria non movebantur, ignominia metu accenderentur.

XENO.
hist. Græc.
lib. 1.

Iason Phæreus si quos è conductitiis militibus molles esse, & ignavos animadvertibat, eos statim exautorabat: qui verò laborum tolerantes erant, & ad subeunda pericula prompti eos duplo stipendio, triplo, quadruplove, muneribusque aliis ornabat.

In disciplina militari servanda severus admodum fuit Epaminondas Thebanus, qui cum dux copiarum contra Lacedæmonios creatus esset, accidit, ut ad electionem magistrarum Thebas è castris redeundum illi fuerit, & discedens filio Stesimbrotō exercitus curam commiserit, severè edicens, ut abstinere prælio, donec ipse rediret, Lacedæmonii quo ad pugnam adolefcem eliceret, ignominiam & timiditatem exprobrabant. Ille contumelia impatiens contra patris mandatū in prælium descendit, ex quo præclarè victor evasit. Reversus in castra pater, filium victorem corona triumphali ornavit, postea ut milita-

PLUT.
in parall.

ris

ris disciplinæ violatorē securi percuti iussit.

Ut leges à Græcis Romani mutuati sunt: ita & disciplinam militarem ab illis accepere, quam adeo auxerunt, illustrarunt & observarunt, ut hac in parte gloriæ nulla sit eis natio conferenda. Vnde præter decus, ingentia commoda illis obvenere. Disciplina militaris (inquit Valerius) acriter retenta principatū Italiæ Romano imperio peperit, & multarum urbium, magnorum regum, validissimarum gentium regimen largita est: fauces pontici sinus patefecit, alpium, Tauricæ montis convulsa claustra tradidit, ortumque è parva Romuli casa totius terrarum orbis fecit columnæ. nec tantas comoditates Romanos inde consequutos mirum. Ita enim antiquitas apud eos exercitii disciplina servata est, ut & doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis, & milites, qui parum in illa prælusione profecerant, pro frumento cogenerentur hordeum accipere. Exercebantur autem in cursu, saltu, natatione, jaculis, sagittis jaciendis, funda vel manu, lapidibus, & ad portandum onus. Sic in pace bellum addiscebant, ut belli tempore facillimum armorum usum haberent. In eos autem, qui militarem disciplinam negligenter obibant graviter animadvertabant. Senatus captivos, quos Pyrrhus reddiderat, omnes infames iudicavit, quod armatos se capi passi fuissent, nec prius ad veterem statum eos reverti voluit, quam occisorum hostium spolia retulissent.

lib. 2.

VEGET.

de re mil.

lib. 1.

IOSEPH.

de bell. Iud.

lib. 3.

EVTRO.

OROS.

lib. 5.

Cannensis exercitus quòd ex acie fugasset, in Siciliam deportatus cum hoc severo decreto, ne prius inde dimitteretur, quàm hostis ex Italia decessisset. Mancinus còsul cum ob adversa praelia cum Numantinis cœdissimum fœdus icisset, senatus decreto Numantinis traditus nudato corpore manibus post tergum revinctis, ut supplicium de illo tanquàm facinoroso sumeretur, quòd illū quamvis consulem ne pro cive quidem haberent, qui pudendam pacem facere non recusasset, & ad vincendum militem non docuisset.

LIV. dec. I. Auli Manlii Torquati factum memorabile lib. 8.

VALER. un, quòd contra imperium adversus hostem pugnarat severissimo iudicio necari iussit, licet penes Romanos stetisset victoria. lib. 9.

EVSEB. Maxima etiam Papyrii dictatoris severitas fuit, cum adversus ejus iussum Qu. Fab,

ZONAR. Rullianus magister equitū exercitum in aciem eduxit. quanquàm enim fuis Samnitibus in castra victor redierit: tamen neq; virtute ejus, neq; nobilitate, neq; successu motus vir

LIV. gas expediri, eumq; nudari iussit, ut plagas tanquàm criminis reus reciperet: precibus autem exercitus delinitus occasionem fugiendi in urbem dedit. In exigenda nihilominus

VALER. pœna perseveravit, eoquæ res processit, ut lib. 9.

EVTRO. Rulliani pater rem ad populum devocare, auxiliumq; Tribunorū plebis supplex pro filio petere coactus sit, à quib. vix sedatus Papyrius populo Romano, & Tribunitię potestati

pœ-

pœnam illam, quam disciplinæ acerbitas exigebat concedere testatus est.

Similis severitas Fabii Maximi fuit, qui dictator creatus in bello contra Annibalem, Lucium Minucium magistrum equitum dixit. Is cum à sacerdotibus ad sacrificia revocaretur: ipsi Minucio exercitus curam tradidit, ea conditione, ut neque hostem ad certamen provocaret, neq; exciperet invadentem. Minucius pugnæ, laudisq; avidus

LIV. dec. 3. dictatoris imperium neglexit, & ad hostes lib. 8. invadendos animū adjecit. Magnam copia PLV T.

rum partem de Annibale frumentatum mis in Fabio. sam observata occasione magna vi adortus, multis interemptis reliquos intra vallum fugere compulit, metumque futuræ obsidionis iniecit. Annibal collecto in unum exercitu, ne perterritas clade copias in gravius discrimen adduceret, illinc discessit. Hujus facti famam cum populus magno applausu exciperet: coram omnibus Fabius protestatus est, se à Minucio pœnas violatæ disciplinæ exacturum, quòd injussu Imperatoris prælium iniisset. Populus legum militaris disciplinę severitatem veritus, imperium inter eos partitus est, & utrumq; ejusdem potestatis esse decrevit. Tanta erat disciplinæ severitas, ut nisi populus pro Minucio intercessisset, is fuisset capitis damnatus, quamvis ipsius factum reipublicæ commodum & gloriam attulisset.

L. Paulus Æmylius eos, qui non se hosti-

VALER. *Maximus*
lib. 6. bus fortititer pugnando opposuissent, aut metu concepto turpiter fugam adornassent: elephantis proculcandos & dilaniandos obijcere solitus fuit.

FRONT. *lib. 4.* Fabius Rullus consul ex duabus legionibus, quæ loco cesserant, sorte ductos in cæterorum conspectu securi percuti iussit.

APP. in
Illyric.
SAB. *En.*
6. lib. 7.

Octavius Cæsar cum Promonam Dalmatiæ urbem obsideret, cives eruptione facta Romanos, qui in statione erant, adorti sunt, sed cum magna clade repulsi, atque in arcem cõfugere, & urbem deserere coacti, cohors una Romanarum legionum ad custodiam portæ designata ne Dalmatiæ urbem relicta repetere. Illa cum à barbaris noctu acri impetu invaderetur, præ timore portam deseruit: sed Cæsar cum aliis cohortibus accurrens, eorum audaciam confestim repressit, ac sequenti die deditione facta, eos cum arce in potestatem recepit. Victoria parta ex cohorte, quæ portæ custodiam deseruerat, sorte jacta decimum quemque morte multavit, reliquos tota æstate horum deo tritici loco cibari iussit.

Vivos duos milites Romanos cœpère Iudæi in obsidione Hierosolymorum: unum peditem, alterum equitem, peditem interfectum per totam traxere civitatem. eques revinctis post terga manibus oculisque fasciâ obstructis in conspectum Romano: um veluti mox decollandus producit. Ille dum Iudæus spiculator gladium ad illum ferendam educeret, ad Romanos refugit. Titus

verè

verò eum indignum judicans Romani militis nomine, quia vivus fuerat captus armis ablatis ex agmine cum ignominia eiecit.

Pescennius Niger tam diligens militaris disciplinæ exactor fuit, ut nunquam sub eo miles provinciali lignum, oleumve, frumentum, aut operam extorserit. Iussit vinum in expeditione neminem bibere, sed acetum universos debere esse contentos. Pictores castra sequi vetuit, in omni expeditione ante omnes militarem cibum pro tabernaculo sumpsit, ut omnibus conspicuum esset, quo cibo uteretur. nec sibi unquam vel contra solem, vel adversus imbres quæsitum tectum nisi miles haberet.

Alexander Severus tantæ severitatis in militibus fuit, ut sæpe integras legiones propter violatam disciplinam exauthoraverit. à signis abesse neminem patiebatur. si quis de via in alicujus agrum deflexisset, ejus edito pœnas luebat.

Aurelianus ita militibus propter severitatem in observanda disciplina terrori fuit, ut cum levissima errata in castris acerbissime corrigeret: nullus contra eum hiscere auderet. Militem, qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita punivit, ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligabat, ut magna vi iterum sursum tendentibus miser ille discerperetur, & in duas partes scissus utrinque penderet. Ipse

VOPISC.

Aurelianus tale exemplum militibus se præbuit, ut nullum unquam diem prætermiserit, quo pilo & sagittis non se exerceret.

Avidius cum exercitum duceret, & ipso inscio manus auxiliaria tria Sarmatarum milia in ripa Danubii occidisset, & cum ingenti præda rediisset, spectantibus centurionibus ingens præmium, quod exigua manu tantam hostium multitudinem superassent, rapi eos iussit, & in crucem tolli: quod evenire potuisse diceret, ut erumpentes ex insidiis hostes magnum exercitui damnum attulissent. Cum vero ob illud factum seditio in castris exorta esset, in mediam militum tumultuantium turbam inermis, & sine satellite processit, quos in hunc modum intrepide affatus est: Percutite me si audetis, & corruptæ disciplinæ facinus edite. Perspecta ejus animi confidentia conquievère omnes, & disciplinæ lubentes se submittere. quæ res non solum Romanos in fide & officio continuit, sed & barbaris tantum terroris iniecit, ut pacem in centum annos ab Antonio legatione missa peterent. Supra modum enim mirabantur tantam inesse legibus militariibus autoritatem, cum eos Romani ducis judicio damnatos viderent, qui contra fas egregie vicerant.

VVLCA.
Gallic.

Nunc temporis Turcæ in servanda militari disciplina cunctas nationes antecellunt. Tanta enim severitate ac justitia eam exercent, ut veteres Græcos atque Romanos su-

pe.

perent. Nulla unquam inter eos pugna exauditur, propterea quod vel minimum etiam delictum capite vindicatur. promptè obediunt imperantibus, ita ut nullum quamvis manifestum vitæ discrimen subterfugiant. sine tumultu & clamore in castris versantur, & quamvis semper ibi sit maxima frequentia, silerium perpetuum & stupendum observant. Neque enim aliter quàm significatione manus & nutibus parari intentique, milites à ducibus reguntur. Inest illis in agendo celeritas summa atque in periculis constantia. Profunda & vorticosa tranant flumina, abruptos superant montes, & pervigilii ac inedie tolerantissimi sunt, ne unam quidem mulierem in castris habent. In expeditione nemini infensum, ideo agricolæ ad eorum aspectum nequam paventes sunt, nec deserunt domos, nec operas intermittunt, quum nullum damnum ab illis sentiant, nec ullam vim reformident.

SAB. EN.
10. lib. 7.
Io v. de
Turcar.
militia.
BIZAR.
de bello
Pannon.

DE FOEDIFRAGIS INTERNECIONE DELE-
TIS, AVT MANVS DARE
re coactis.



Justitia communis hominum societatis
vinculum fide, quæ dictorum convento-
rumque constantia & veritas est, tanquam
primo fundamento stabilitur & firmatur. Quo fit,

L

rupta fide: iustitia præceps corruat, & communis
 Jovis as soluta compage dissolvatur. Sed tanti exitii
 auctores atroces per nos sepius luere soliti sunt. si
 quidem videre in eis, qui juramenti religione con-
 tempta sacra foederum jura perfidè violarunt, magnè
 Deo uti, & interfectione deletos, aut manus dare
 insigni clade acceptos coactos esse, ut non minus ves-
 re quam præciare à Scodrensi actum sit, Perfidia
 & feritas delinunt regna.



M inter Athenienses & Lacedæmonios ad annos quinquaginta foedus esset initum: illi ab Argivis stimulati pacta perfidè violarunt, & legatis Lacedæmoniorum de hoc iniquo facinore conquerentium, cum speciosa tantum verba factis contraria darent, Lacedæmonii suis rebus intentius prospicere, præsidia in locis opportunis disponentes coacti sunt, & ita inter eos omnia infida, suspecta, & dubia reddita sunt. Vnde accidit, quod per induciarum non sinceram observationem multis utrinque damnis acceptis rursus in apertum bellum descendierint, quo Lacedæmonii ita victores evasere, ut imperium Atheniensium everterint, incensibus civitatis dejectis, & reip. forma immutata.

THUCY.
lib. 5.

GELL.
lib. 20.

Merius Suffetius Albanus, quoniam pactum cum rege populi Romani solemnijuramento transactum ruperat: binis quadrigis

in diversa nitentibus vincetus miserè discerp-
 ptus est, & ejus populus Romanorum jugum ferre coactus. Cladibus subacti Samnites, pacem à Papyrio dictatore petentes annuas inducias tantum impetrare potuerunt. Postquam autem Papyrium abiisse magistratu rescivere, inducias violarunt. sed eo in bello cum prælio decertare compulsi essent: talem cladem accepere, ut diutius bellum alere posse desperarint. Belli itaque per-
 tasi, & nefariam perfidiam suam detestati, Brutulum induciarum ruptorem decreto facto Romanis dederunt, & prædam omnem ac captivos restituerunt.

LIV. dec.
lib. 8

Carthaginenses foelicitati & gloriæ Romanorum invidentes rupto pacis foedere bellum acerrimum Annibale duce moverunt, & in Italiam penetrantes, eam omni belli clade affixerunt: sed post multa variaque certamina, à Scipione victi pacem petere coacti sunt, quæ illis quidem concessa est: sed iniquis admodum conditionibus, nam naves longas omnes, elephantos, perfugas, fugitivos tradere, & pro spoliis, quæ in navibus Romanis legerant, pondo argenti viginti millia dare compulsi sunt, decem millia pondo de-
 scripta pensionibus, & quis in annos quinquaginta arma omnia adempta, adeo ut nihil illis relictum fuerit præter mœnia civitatis.

LIVIVS
dec. 3. lib. 10.

Balsianus Caracalla expeditione in orientem suscepta Parthorum regem, quem vera vi se superare posse diffidebat, ad foedus in-

undum fraudulenter sollicitavit. Ille Romanis fidem non habens, & eorum amicitiam, nec diuturnam, nec stabilem fore iudicans, legatos infecta re dimisit, qui ad eum remisit, è re utrisque fore societatem inire perpetuumque ac firmum futurum fœdus, si arctissimo nuptiarum vinculo firmaretur, persuaserunt ac impetrarunt, ut regis filia Caracallæ desponderetur. Die nuptiis assignato Parthi nihil hostile suspicati, honoris causa regis genero obviam inermes processere, multique ex equis desilientes cum magna alacritate se Romanis aggregarunt. Tunc repente dato signo, undique Romani milites compositi contra imparatos: armati, contra inermes impetum fecerunt, multosque crudeliter occiderunt. Artabanus vix per tumultum elapsus est, qui injuriæ memor, & vindictæ avidus in fœdistragos arma movit, & collatis cum illis signis per triduum extracto non sine ingenti clade prælio ad petendam pacem, & reddendos captivos accepta etiam pecunia compulit.

Saraceni fœdè ab obsidione Bizantii repulsi imperante Constantino Pogonato, & tempestate classe disiecta graviter afflicti pacem postularunt, quæ his conditionibus est transacta, ut induciæ in annos triginta essent, & Arabes, qui & Saraceni tributum nomine auri terna millia octo servos, totidemque equos egregios Byzantino imperatori solverent. Iustinianus verò Pogonati successor de-

HEROD.
lib. 3.

delectis fortissimorum juvenum triginta millibus, fœdus rupit, & expeditionem in Arabes suscepit, causam rupti fœderis prætexens, quod annui tributum moneta non Romanum signum, sed Arabicum haberet. Arabes induciarum tabulis hasta suspensis & in vexilli speciem ante acies elatis, cum apud imperatorem obtestationibus nihil proficerent: in prælium descendunt: in quo cum magna clade victus est imperator, & turpi fuga cum paucis servatus, postea oborta seditione à suis est relegatus, & consiliariorum præcipui, qui ad illud facinus eum impulerant, publicè combusti.

Gregorius tertius pōtifex Romanus multa à Longobardis indignè passus, ad Pipinū Gallorum regem confugit. à quo impetrato auxilio obsessum Aistulphum regem Papiæ ad pacis condiciones postulandas coegit, quæ fuere, ut Romanæ sedi omnia quæ occuparat restitueret. Has condiciones post reditum Francorum servare recusavit: ideo cum maximo suo damno ipsi transcensit al-

ZONAR.
an. Tom. 3.
COEL.
Curio Sar.
hist. lib. 1.

ÆMYL.
lib. 2.
MACH.
hist. Flor.
lib. 1.

pibus in Italiam redière, & eum imperata facere coegerunt. Transacto hoc negotio non longè post ipse Aistulphus mortuus est, cui Desiderius successit. Is cum Romano pontifice renovavit fœdus: sed non multo post rupto fœdere Romam obsedit. Pontifex diffusus rebus suis à Carolo magno Francorum rege auxilium impetravit, qui cum valido e-

exercitu contra Desiderium progressus illum vivum cepit, & Leodium Ebaronum urbem relegavit, regnumque Longobardorum ex usu victoriae profus delevit.

Ladislavus Polonorum & Hungarorum rex, cum prospere ad Hemum montem contra Turcas conflisisset: Caranbeio Amurathis Turcarum imperatoris primario duce capto suarum & hostilium virium æquus & stimulator ab ea victoria non iniquam pacem quaesivit. Ea vero pontifici & Christianis principibus nunciata, tanquam intemptiva, inutilis atque indecora displicuit. Itaque rex juvenis adhortatione principum pacem violat, bellumque suscipit majore quam antea apparatu, conatuque, retardabat tamen eum pudor ingentis adversus imminentem violandæ pacis infamiam: sed legatus pontificis Romani ad illud bellum missus pronuntiavit, fidem nequaquam infidelibus Mahometanis esse servandam, quando ipse pia ulum autoritate pontificia contumodum esset deleturus. Ladislavus per hunc morem à fide data nequaquam regio more discedens, inauspicato, motis castris ad Varnam pontici littoris urbem infesto exercitu penetravit. Quibus cognitis Amurathes Christianorum levitatem atque perfidiam gravissimis verbis detestatus, è Cilicia rediens magnis itineribus ad Hellepontum ductis copiis septimis castris ad Varnam pervenit. Promoto in conspectum hostium

exerc.

exercitu, in aciem brevi est descensum. Ladislavus eo in prælio acerrime pugnans suffraginibus equi succis corruit, atque ita trucidatus est. ejus interfecti caput lanceæ præfixum circumferentes sublato clamore nostrorum fugientium tergis institerunt. Iov. eloq. gatus etiam, qui prælata cruce hortabatur, regia signa sequebatur, trucidatus est, multa cum contumelia oneratibus barbaris, quod sacerdos contra jus gentium fidem violandam abrupta pace fecerit censuisset.

DE IIS QVI REIECTA PACE MALE PV- GNARVNT.

Quamvis bellica virtus apud omnes gentes in summa existimatione perpetuo fuerit: & quod plures victorias belli duces sunt adepti, è celebriori fama, & ampliori laude potiantur: tamen ad internecionem hostes persequi, & de iisdem quam plurima trophæa cumulare velle, perniciosum & exitiale sæpius deprehensum. sed victoriis modum imponere, & devictos hostes sibi firmo pacis fœdere sociare, prudentis esse hominis semper creditum, & non in sulso judicio de fortuna diffidentes, cui nullus mortalium (ut Amylius ait) imperare potest. Ideo cum æquissimæ pacis conditiones victoribus proponuntur, partæ gloriæ & utilitati consulent, si eas non rejecerint. Plerumque enim accidit, ut qui ad plenam victoriam

L 4

pertinaci impetu contendunt, immodica delendi hostis cupiditate flagrantes insignes clades accipiant, & hostibus, quos superbe contempserant, triumphalem lauream porrigant. Hæc æqua ratione expensentes tutius esse censuimus, cum infensis hostibus, quorum ferocia secundis præliis jam retusa est, non iniquum fœdus inire, quam arridentis fortune incertos triumphos ambitiosè consecrari, firmiter versantes animo, quod præclare est à Procopio dictū: Satis ad gloriam viris prudentibus victoriam de hostibus retulisse, nimia autem velle, cuique potest in jacturam verti.



CORCYRENSIS ubi audierunt Corinthios magnum belli apparatus facere, quo Epidamnensibus contra se operam ferrent, legatos misere Corinthū adhibitis secum Lacedæmoniorū & Sicyoniorū legatis, qui iussere Corinthios præfidia, colonosque Epidamno, tanquam ad eos nihil pertinente cōfestim deducere. quòd si quid adversus eos molirentur, velle se in Peloponneso apud illas civitates, de quibus inter utrosque convenisset, iudicium subire, ut utris adjudicata colonia foret, sine Maris alea jus in eam exercerent. Corinthii nihil horum admittentes, quòd jam eorum naves instructæ, & ad dimicandum paratæ essent, caduceatore præmisso, qui Corcyrensis bellū indiceret, solventes è portu cum septuaginta quinque navibus Epidamnium

ver-

versus ad dimicandum parati navigarunt. Corcyræses caduceatorem actuario navigio quamocysimè ad eos mittunt denunciantes, ut à bello abstineant, cum ab illis nullam injuriam acceperint: sed cum nihil pacatum à Corinthiis caduceator renunciaret, defensionem parant Corcyrenses, &educta octuaginta navium classe pugnam ferocissimè cident, in qua adeò egregiè vicere, ut ex Corinthiorum classe quindecim naves demersæ, aut fractæ fuerint, reliquæ in fœdissimam fugam versæ.

Lacedæmonii belli Peloponnesiaci septimo anno, quum factò suarum & alienarum virium sæpius periculo bellum se ægerrimè sustinere posse perspicerent: pacem per legatos ab Atheniensibus postularunt: ij prospera fortuna inflati æquissimas pacis conditiones, quæ proponebantur, respuerunt ad ignominiosum fœdus Lacedæmonios nihil quàm pacem mallent compellentes: sed Lacedæmonii ignominiam & dedecus ferre nescii arma resumere, & bellum redintegrare hostium insolentia coacti, ita acceptas injurias rependerunt, ut intra tres annos Athenienses ad eas conditiones, quas respuerant, cupidissimè reverterentur, quas tamen obtinere non potuerunt: sed eas quas victor hostis proposuit vel renitentes acceperunt.

M. Attilius Regulus pluribus præliis adversus Pœnos, quibuscum bellum gerebat prosperè factis cum nimia laudis & gloriæ

L 5

AVGVS.
de civ. lib. 3

cupiditate incensus, duriores pacis conditiones fessis bello Carthagenensibus arroganter imperasset, commutata postea belli fortuna infeliciter pugnans capitur, vincitur, & ad mortem usque miserabilem in modum cruciatur.

C. Iulius Cæsar adversus Pompeium & senatū bellum gerens, cum hostilem exercitū instruētissimū & per amplā victoriæ fiduciā plenum cerneret, & victoriā alterutri abique magna cæde, & rerū perturbatione obvenire non posse, nihil intactum reliquit, quod ad firmandam & conciliandam pacem faceret: sed Pompeiani suo numero & apparatibus fidentes, nullam pacem se recepturos testati sunt, nisi quā victoriā pareret. Ita instigatis utrinque ad dimicandum animis in prælium Pharsalicis in campis est defensus, eo quidem eventu, ut qui suis viribus nimium fidebant, & hostium paucitatem contempnebant, cum maxima strage devicti fuerint, direpta castra, & dux in foedissimam fugam dispersato, & attonito exercitu coniectus.

VELL.
Paterc. lib.
2.
PLVT. in
vita Cæs.

Phoca imperium Romanū administrante, Cosroas Persarum rex cum Mesopotamiam, Ægyptum, Libyam & Palæstinam cum Hierosolyma occupasset, interfectis Christianorum nonaginta millibus, Heraclius, qui Phocæ successit, ut illius victoriæ cursum remoraretur, cum exercitu ei obviam progreditur, & ne temerè laceffendo

103

rem Romanam in discrimen adduceret, æquissimis conditionibus pacem offert: sed illic victoriarum proventu elatus, pacis conditiones rejecit. Heraclius sua spe dejectus majores copias parat, & ad hostes rectā contendit. Cosroas, qui à Romanis pacem petentibus nihil hostile metuebat, ex Azoto Syriæ in Persidem properè fugit, relictis duobus rei militaris peritissimis, qui Romanus exercitus viam tantisper sustinerent, donec ipse cum justo exercitu adveniret. sed Heraclius nullas moras inutiles trahens, superato Tauro monte in Persidem transvolavit, commissoque semel atque iterum prælio, Salbarum & Sayn fortissimos duces vicit: & Razatenem sociorum eadem vindicare conantem superato interfecit, viginti septem militaribus signis relatis, & quinquaginta Persarum millibus captis. & (ne occasione deesse videretur) Cosroam in mediam Persiam usque persequitur, incendiis & cædibus omnia complet, quò magis hostem ad certamen provocaret. Persæ tot injuriis extimulati in prælium iterum descendunt, in quo etiam cum multa suorum strage devicti sunt. Vnde post tot clades acceptas pacem, quam superbè rejecerant, suppliciter petere coacti restitutis omnibus, quæ superioribus bellis de Romanis ceperant.

Romanus Argyropylus Byzantinus imperator contra Agarenos, qui Calepi habebat

ÆN. 5. p.
EVNG.
CVS P.

tabant, quòd Antiochenos variis belli cladibus affecissent, ingentem duxit exercitum. Illi diffisi suis viribus legatos ad eum cum muneribus mittunt, qui demissè postularunt, ut præteritis veniam concederet, & in posterum omnium tributorum, quæ debebant pensionem fidelissimè persolverent. Ille virtuti & numero suorum confusus, & victoriam jam in manibus esse vanissimè persuasus, omnes pacis condiciones respuit, & in Syriam usque progressus castra opportunissimo in loco metatus est, quæ firmissimo vallo communivit. Arabes cum vera vi eum adoriri non possent, dispositis circumquaq; insidiis à pabulatione primū & aquatione prohibuere. deinde prospero successu audaciores facti, in ipsum vallum ex improviso impetum fecerunt, & exercitum omnem nihil tale ab hoste timentem in fugam verterunt, & castra nullo prohibente diripuerunt, Imperatore per tumultum vix è persequentium manibus elabente. Ita qui pacem utilem & non indecoram respuerat: ignominiosè victus suis contemptui, & hostibus ludibrio fuit.

Crumus Bulgarorum princeps post secundum factum prælium adversus Nicephorum imperatorem fortunæ indulgenti non nimium fidendum ratus, legatos ad Michaelem Rambagum, qui Nicephoro successerat, misit, pacem iis conditionibus petens, quæ sub Theodosio Adramyteno, & patriarcha Ger.

ZONAR.
ann. Tom. 3.

Germano concessæ fuerant. Eas condiciones cum Michael de consilio suorum repudiasset, quòd cladem acceptam, quam toti genti ignominiosam esse putabat, æquo animo ferre non posset: Crumus Mesembriam munitissimam urbem invasit & cœpit. At Michael vindictæ & gloriæ avidus, cum iusto exercitu supervenit, instructaque acie hostes ad certamen provocavit. Id non detrectante Crumo prælium atrox & funestū exacerbatis utrinque animis committitur, in quo Michael cum maxima suorum strage victus, parumque abfuit, quin in victoris potestatem deveniret. Sed Crumus tot accumulatis victoriis elatus, cum à Leone imperatore, qui Michaeli successit honestæ pacis condiciones offerrentur, eas superbè respuit. Vnde bellum redintegratum & oblata occasione in prælium descensum, in quo ipsè Crumus cōmutata belli fortuna victus est.

ZONAR.
ann. Tō. 3.

Manuel Comnenus Byzantinus imperator, cum in Sultanum Iconiensem expeditionem suscepisset, bis ad eum legati de pace missi: sed omnes ille pacis condiciones severe abnuens, bellum gerere, & Sultani ditionem inuadere decrevit. Necessitate compulsus Sultanus quammaximas potest copias celerrimè conflat, & locis tutissimis quietus confedit. Manuel contemptis hostibus quod tam suppliciter bellum deprecaretur, ovanti similis ad eos iter intendit. Vnde faciē

NICET. Iē in insidias præcipitatus ipsius exercitus, & velut indagine clausus tam infelici Martæ pugnavit, ut penē ad internecionem fuerit deletus, & ipse Cæsar faucibus vix in pacatum evadendi spacium habuerit.

Colomannus Hungariæ rex comparato maximo exercitu in Rutenos sibi tunc valde infensos per ampla si lucia plenus contendit. Regina Blanca cum vires non haberet, quas tanto, & tam bene instructo exercitui opponere posset, suppliciter ad regis pedes pro suis lacrymis precidit veniam ac pacem orans. At eam rex indignabundus calce percussit, & à se repulit, indignum esse asserens, regis maiestatem foemineis, & importunis epularibus interturbari. Accessere etiam Hunnorum legati ad eum ipsam finem, ut regis animum emollirent, & si fieri posset, reddiato belli consilio ad pacis foedus inclinarent: sed in sua sententia obstinatus permansit, & nullis precibus, ut à bello desisteret, permoveri potuit. Interea Rutheni ne imparati opprimerentur, & insensissimè hosti prædæ forent: Mercedem Hunnorum ducem in auxilium evocarunt: qui cum expeditis copiis in tempore advenit, & quum à legatis, qui redierant obduratum ad bellum regis animum cognoverunt, de secunda noctis vigilia incautos hostes adorti ad internecionem ferè cecidere, qua nullam majorem cladem Hungari se accepisse testatur.

Arctissima obsidione Christiani Damias

LAM

tam Aegypti premebant duce Ioanne Brenno Hierosolymorum rege. Corradinus Damasci Sulthanus cum obsessis opem ferro posse diffideret, foedera pacis suo, totiusque Aegypti nomine obrulit; pollicitus quicquid de Christianis in Syria & Phoenice ipse, vel pater, vel Saladinus coeperat, bona fide redditurum. Franci, Angli & Itali, qui in castris erant, eas pacis conditiones non rejecerunt: sed pontificius legatus Pelagius, qua autoritate pollebat, ne pax conciliaretur, dissuasit: id consilium toto exercitui admodum gratum, quod non multo post Damias capta est: sed dum Cayrum obsidere parant, Christiani intra Nilum aggeres ab hoste intercisos interclusi turpissimam pacem accipere coacti sunt.

Cum Genuenses circa Sardiniam, à Venetis magno prelo victi essent triginta duabus navibus captis, compluribus aliis demersis, & iis, quæ evaserant semifractis ad Ioannem Vicecomitem Mediolanensem confugere, seque in ejus potestatem & tutelam dedere. Tunc Ioannes legatione missa amplissimis conditionibus suo & Genuensium nomine pacem obtulit, quam impetrare non potuit, quod Veneti victoria, & recenti foedere cum Florentinis, Scaligeris, Aretinis, & Gonzagis inflati omne foedus, nisi sub admodum duris, & iniquis conditionibus cum Genuensibus renuerunt. Hi in desperationem coniecti omnes vires

EMYL.
lib. 6.

FIN.
lib. 2.

ad bellum reparandum converterunt, & quammaximam potuere classem adornantes sese mari commiserunt, & circa Sapientiam Peloponnefo contiguam insulam hostilem classem adepti, quæ navium numero longè major sua erat, ad manus rem adducere properarunt. Commisso itaq; prælio eo pacto se gessere, ut 35. longas naves, & minora navigia viginti duo aut demerferunt, aut in potestatem redegerunt. ex tam valida classe una tantum triemis evasit, quæ paulo post etiam in ora Peloponnesiaca ab hostibus oppressa est.

SAB. dec.
2. lib. 3.

Ad Malepertusum in Pictonibus Francorum & Anglorum exercitus, dum ad dimicandum parati sub signis cõsisterent, supervenere duo pontificii legati, ad id Avenione missi, ut pacem inter eos conciliarent. Petebat Francorum rex antequam pax iniretur ulla, ut Vualliorum princeps, qui Anglico exercitui præerat, suæ fidei cum universis copiis se committeret, ea etiam conditione, ut princeps ipse cum viginti quinque primariis viris exercitus carcerem ingrederetur. Princeps loca omnia munita, quæ in ea expeditione cõperat unam cum captivis reddere offererat, eas conditiones pertinaciter rejecit rex, unde tantus dimicandi ardor ex desperatione Anglos invasit, ut numero paucis ingentem hostium multitudinem despicerent (erat enim Anglorum vix novem millia, cum Franci quadraginta millium numerum im-

FROIS.
lib. 2.

ÆMYL.
lib. 9.

POLYD.
lib. 19.

pleret) & corpora ac animos ad pugnam pararet apud se statuentes, aut egregie vincendum, aut fortiter moriendum: cum nulla spes salutis nisi victoria duce illis affulgeret. conferto itaq; prælio, ita Franci devicti sunt, ut circiter sex millibus è suis desideratis, pluribus captis, inter quos fuit rex, cæteri in turpissimam fugam conjecti fuerint.

DE NUMEROSIS EXERCITIBVS.



M illustrium principum potentia in rebus quamplurimis dignosci possit, ut in vite splendore, opum affluentia, locupletate ærario, ædificiorum pulchritudine, & insignium urbium copia: in nulla re luculentius conspicitur, quam in numerofo exercitu. nam cum ingentes copie non possint sine immensis divitiis ali, nec absque maxima auctoritate regi, nec citra terrorem in hostile solum induci, principum & populorum qui eas coegerunt validissimos conatus, magnitudinem animi summam ac vires eximias amittunt. Ideo rectè Livius: In armorum visita est urbium potentia, quæ nulla est absque numerosis copiis.

M

DIOD.
Sic. lib. 2.

In expeditione Nini in Bactria nos fuere peditum decies septies centena millia, e quibus ducenta millia, curruum falcatorum supra decem millia.

Idem ibid.

Semyramidis expeditio in Indiam fuit ex ter decies centenis millibus peditum, quingentis millibus equitum, centum millibus curruum, duobus millibus navium.

Fuere Sesostris Aegyptiorum regi pedes tres copiae sexcentorum millium, equestres viginti quatuor millium. habuit etiam currus militares octies mille & viginti, classem navium quadringentarum, praefectos in exercitu supra mille septingentos.

Idem ibid.

Xerxes Persarum rex in expeditione contra Graecos septingenta milia de suis, trecenta millia de auxiliis, rostratas naves mille ducentas, onerarias ter mille habuisse narratur. Herodotus copiarum summam majorem recenset. scribit enim illum quingentos & viginti octo myriadas, ter mille ducentas & viginti homines in exercitu habuisse, id est

HEROD.
lib. 7.

OROS.
lib. 2.

ARB. Vrs.

MELAN.
CHTON.

PLVT.
2. Paral.

quinquages, & bis centena millia hominum octogies, & ter mille ducentos, & viginti Artaxerxes cum novies centenis millibus militum Cyrum fratrem ad Cunaxam Babyloniam aggressus est.

Zara Ethiops decies centena millia hominum, & trecentos currus habuit: cum movit contra Asam regem Iuda.

Ex vnicâ civitate Siciliae Syracusis Diony.

nyfius senior exercitum peditum centum viginti millium, equitum duodecim millium confluxit, magnas naves partim triremes, partim quinqueremes ad quadringentas ex uno portu eduxit.

DIOD. 3.

Impérante Byzantii Romano Lacapeno classis Russica decies & quinquies mille navium Byzantium aggressa est: contra eam Romana classis, quae juxta Pharum in provincia steterat, ex improvise in vecta nullo negotio profligavit multis navibus igni Græco concrematis.

ZONAR.
an. 3.

Tamerlanes Scythia omnium scriptorum consensu centum myriadas tum equitum, tum peditum cum in Armeniam irrupit habuisse fertur, sed Chalcondyles scribit, eum sedecies centena millia hominum habuisse, & citat Schiltpergeri, qui ei militiae interfuit, testimonium. iis copiis Scythas, Moedos, Albanos, Mesopotamiam, Persiam, Armeniam subjugavit, & Turcas capto eorum rege devicit.

IOV. eloq.

CHALC.
lib. 3.

VOLAT.

Tanta hominum & tabernaculorum multitudo in castris Abyssinorum regis conspicitur, ut in longitudinem duodecim millibus passuum pateant, & totidem in latitudinem. decies centena millia hominum ad bellum instruit, quingentos elephantos præter jugales equos & sarcinarios camelos, quorum ingens numerus, & hæc

SAB. eni.

7. lib. 10.

OSOR.
lib. 8.

vel mediocri rerum
mora.

180 DE REB. NATURAL.
DE MAGNIS CONA-
TIBVS MIRACVLO-
losè impeditis.



VI hominum viribus aut consiliis vi-
storiarum proventus adscribit: rerum
humanarū periniquus estimator est.
nam ut firmo animi decreto tenendum
Dei providentia omnia gubernari: ita heroicis vi-
ros ad præclare audendum ab illo excitari, ne publi-
cus rerum status improborum furoribus agitatus la-
befactetur, & confusionibus omnia compleantur.
quocirca planè insanire putandi sunt, qui eximia sua
prudencia, aut singulari virtute elati, aut imperii
amplitudine inflati, aut immensis opibus, copiisve
ingentibus freti insignes de hostibus triumphos se
reportaturos sperant, & hac inani spe fulti res ar-
duas ac periculo plenas aggrediuntur. Omnis enim
potestas, amplitudo & felicitas ad eos solos perveni-
unt, ad quos favore numinis destinantur, prout vi-
demus eos frustra magnos apparatus facere, summos-
que edere conatus, qui Deum habent insensum, &
suis captis venientem, sicut verè ab Egesippo dictū:
Nullius virtus statutis cælestibus potest adferre im-
pedimentum.



*P*ALÆSTINI Israelitas, qui
Samuelis consilium sequuti se
in libertatem asserere volebant,
cū inermes & sacrificiis inten-
tos magna vi adorti esset: Terra
divinitus concussa, tonitribus erumpētibus
fre

1. SAM. 7.

DE REB. BELLICIS 181

frequentibusque fulguribus emicantibus, i-
ta fuere perterriti, ut ne tentato quidem cer-
tamine in effusam fugā verterentur. Fugien-
tibus autem illis & perterritis Samuel cum
populo instat, quorum magnum numerum
cædit.

ZONAR.
ann. Tō. 1.

Cambyfes Persarum rex contra Æthio-
pes, qui Macrobiani vocantur, expeditione sus-
cepta, cū nondum quintam itineris par-
tem confecisset, in harenarum solitudinibus
tanta commeatus penuria exercitum inva-
sit, ut seipsum devorare decimo sorte ducto
cogerentur; tanta rei atrocitate attonitus re-
tro vertit agmen, & quos perdere decreverat
indempnes dimisit.

HEROD.
lib. 3.

Peloponneses cū Plateas obsedissent,
& admotis machinis in quatiendis mœnib.
nihil proficerent, ne re infecta turpiter disce-
dere, aut rem ad longam obsidionem dedu-
cere cogerentur: allatos materiæ fascies in fos-
sam dejiciunt, injectoq; igne cū sulphure ac
pice, quæ flammā facile cōcipiunt, materiam
incendūt. Illud incēdium cū totam ferme
urbem vastabundus occupasset, & de illo re-
stinguendo nulla omnino spes esset, repente
tam largus imber de cœlo effusus est, ut de-
palescentes flammæ conciderent, & ita urbs à
tam exitiali periculo inopinato remedio li-
berata est.

THUCY.
lib. 2.

Cū ad urbem Romam Annibal de sum-
ma rerum dimicaturus admovisset copias,
Romani pares animis, quas in promptu ha-

bebant eduxerunt. Sed dum ambo exercitus parati in armis pugnae signum expectant, subito copiosus supervenit imber cum frequentibus & horrendis procellis effusus, cujus tanta vis & asperitas fuit, ut tum Romani tum Pœni quisque in sua castra redire cogerentur. Postero die, in quem pugna dilata videbatur, rursus in aciem utrisque ex euntibus similis tempestas exoritur, quæ non minus quam superior Romanos pariter ac Pœnos afflixit, compulsiq; ut instantis dimicationis oblitæ, de salute tantum & fuga cogitarent. Hæc conspicatus Annibal conversus ad suos non sine mœrore exclamavit, modò sibi mentem capiendæ Romæ, modò facultatem non dari: Ita re infecta inde discedere coactus, in Brutios & Lucanos victoriæ diffusus exercitum reduxit.

Romani Boijs devictis victoriæ uti cupientes in reliquos Gallos Cisalpinos consensu arma moverunt, magna spe victoriæ concepta, quòd numerosum exercitum in armis induratum, & recenti victoriæ elatum in hostes numero, viribus & militari peritia inferiores ducerent: sed dum spe pleni ad eos contendunt, ecce juges pluviae & atrox pestilentia ita eos afflixit, ut à bello desistere coacti sint.

Cùm Luculli & Mithridatis copiae ad dimicandum paratæ essent, & jam utrinque pugnae signum propositum esset, ingens

Ham.

flammeum corpus aere repente discisso intra duos exercitus delapsum est, qui pavore tanti prodigii adeò fuere perterriti, ut velut ex composito certamen diremerint.

PLUT. in
Luculla.

Germanicus multis Romanis legionibus & auxiliaribus copiis validissimis stipatus, cùm Germanis multas & graves clades intulisset, eosque internecione delere, aut ad deditionem impellere animo statuisset, classem mille navium fabricavit, quæ cùm militariter instructa Oceanum intravit, ingens exorta tempestas rapuit, disjecitque naves, quæ partim fluctibus absorptæ, aut scopulis allisæ sunt. pereuntibus cunctis, partim ad remotas insulas ejectæ, ubi milites apud inhospitales gentes sordibus, iluvie & fame absumpti cædè perière.

TACIT.
lib. 2.

Trajanus imperator cùm Agarenos sibi maxime infensos delere decrevisset, ingentem & instructissimum exercitum coegit, ac properè in eos movit: sed Arabiam eorum regionem vix ingressus, horrendis prodigiis adeò perterrefactus est, ut ne tentato quidem certamine retrò abire coactus sit. Quoties manus cum hoste censerere paratus erat, horridi tonitribus, crebrisque fulgetris milites in acie stantes ita fuere percussi, ut nihil de pugna cogitarent, & Trajanus ipse, cùm nullam in exercitu alacritatem conspiceret, ostentis etiam perturbatus prælii signum proponere nõ audebat. Subitò etiã vis ingens muscarum oborta est, quæ eduliis

DION.
Caß.

M 4

LIV. dec.
3. lib. 6.
PLUT. in
Hannib.
ZONAR.
Tom. 2.

POLYB.
lib. 2.

DION
Cassius.

& poculis infidens fœdo, molestoque conta-
ctu cuncta Romanis gravia & infesta red-
debat.

Artilla Hunnorum rex expugnata Aquileia, ac solo equatis Concordia, Batavio, Tarvisio, Opitergio, Altino vicinis urbibus in Italiam metu percussam vastabundus se effudit, Romam versus iter intendens, quâ ad exemplum Alarici immaniter deformare, & barbaris prædæ exponere cogitabat. Dum Romæ appropinquaret, Leo pontifex Romanus cum simplici antistitem & patritiorum ordine in tiara, sacerdotaliq̄ue amictu ad eum supplex accessit. Qui cum pro Romanorum & totius Italiæ salute deprecaretur, vidit ipse Artilla duos augustiore specie heroes, qui à dextra, lævaq̄ue supplicantis Leonis vibratis gladiis sibi necem, nisi piis precibus annueret, minitari videbatur. Terminus hoc ostento tyrannus relicto Italiæ solo in Pannonias reduxit exercitum.

Rhadagaisus rex Gotthorum cum Romam funditus evertere decrevisset, & jam Appenninum transgressus per Hetruriam iter faciens longè lateq̄ue quacunque iret, fuga terroreque omnia completeret, trepidaque civitas mercenarios duces, qui aliquantulum ipsius imperum reprimereht, venienti opposuisset: Vidinus & Sarus Hunnorum & Gotthorum duces juxta Fesulas intempestivè occurrerunt. Nam eorum occursum multitudine illa ingens, quâ Rhadagaisus trahebat in

an.

angustias dejecta com meatibus undique interclusis hinc à sociis, illinc à Romanis media confecta est. His malis inusitatus pavor accessit, quo exercitus consternatus consilium & vires amisit, dux ipse consilii inops, & metu amens suos deserit, & cum paucis fugæ se mandat. Sed neque hoc consilium extremo periculo expressum illi profuit. Ex fuga enim à Romanis persequentibus retractus, cum filiis necatus est. Totâ autem suorum multitudo ne tentato quidem certamine, aut trucidata, aut capta, cum nullus è Romanis non modò non occisus, sed ne vulneratus quidem esset,

Gainas Gotthus Arrianus, quòd imperator Arcadius Constantinopoli Arrianis Ectiam concedere noluisset: palatium urbis primum, deinde totam urbem occupare constituit, & vi extorquere, quod precibus impetrare nequiverat. Clam omnibus præparatis suos ad opus exequendum misit, qui cum jam ad incendendum palatium procederent, subito exercitus angelorum armaturam militarem, & inusitatæ magnitudinis corpora præ se ferentium ante palatium apparere visi sunt. Hoc miraculo attoniti grassatores ab incendio, quod nemo hominum arcebat, temperarunt. res Gainæ nunciata incredibilis visa. sæpius autem exploratoribus missis cum idem ab omnibus renunciaretur: ipse speculatum cum numerosa multitudine progressus, rem sic se habere, sicuti prius

AVGVST.
de civit. li-
bro 5.

OROS. 7.
PAVLVS

Diac. rer.
Rom. 15.

SAB. en.
7. lib. 9.

ABB. V. 11. p.

FVNC.
in Chron.

SOCRA.
eccl. hist.
lib. 6.
SOZOM.
8.

ei renunciatum fuerat, experimento facto didicit, nec quicquam postea amplius in urbem moliri ausus est. Mox autem cum ad orientis partes iter cum ingenti exercitu suscepisset, ut in Arrianæ sectæ gratiam aliquam ditionem acquireret, Romani terramarique insequuti, cum ejus naves vi ventorum statione in altum abreptæ essent, illum cum suis à classe destitutum facile oppresserunt.

Heraclianus ab Honorio imperatore in Africam missus, ut rebellantem regionem ad officium retraheret, post victoriam de Athalo partam cum Sabino viro, impigro, quem sibi in generum adsciverat, in Africa imperium arripit, quod ut tutius defendere posset, Romam occupare constituit. Ad quod facinus audax perpetrandum quatuor millium navium classem contrahit, & Italiam versus iter intendit tota spe victoriæ in celeritate & famæ navium reposita. Descensione facta nulla interposita mora ad urbem Romam proficiscitur, quam imparatam & incautam occupare putabat: sed cum Romanos in acie stantes, & defensionem parantes in itinere obvios habuisset: re inopinata percussus, turpi fuga vix hoste cōspecto littus repetit. parvo navigio quod fors obtulit conscenso Carthaginem rediit, ubi brevi post militari tumultu est interfectus. Sabinus post foci cede Constantinopolim, quo se periculo eximet, navigavit: sed ibi tutus esse non potuit. ca-

SAB. En.
8. lib. 1.

ptus

ptus enim est, & ad supplicium Romam missus.

Cum Manuel Comnenus Siciliam recuperare de manibus Rogerii regis decrevisset: maximam comparavit classem, cui ipse præesse voluit, ad Fronesiam autem insulam appulsa classe procellosæ ventorum tempestates, horrendaque tonitrua & terribilia fulmina toto celo collucentia cursum interruperunt. secundo trajicere conatus tempestatibus æque repulsus est, & classe disjecta, multisque navibus demersis ægrè aliquot in densa caligine ad littus appulerunt, & vix imperator ipse periculum evasit, quapropter ommissa navigatione ex Aulone cum omnibus copiis discessit, & re infecta domum remeavit.

NICET.

Theodericus rex Metensis & Childebertus Parisiorum magni Clodovei filii fœdere simul injto contra Clotarium Suevionum regem fratrem suum, ut eum possessione regni depellerent, ingentem exercitum in ditionis ipsius fines duxerunt. Ille, ut ipsorum conatibus resisteret, magnas etiam copias comparat, & ad eos rectam contendit. Cum autem ambo exercitus in mutuo conspectu instructis aciebus

AGAT.

staret: in serena & clara die subito ingens exorta tempestas est, quæ cum tonitru, fulgure, gradine & pluvia tanto impetu in subjectas fraternas acies delapsa est, ut à prælio abstineret, & in castra properè redire cogeretur. Fratres miraculo stupefacti & admoniti detersis odiis in concordiam rediere.

GLRAR.

lib. 1.

Eduardus tertius Angliæ rex, cum per me-

diam Galliam infesto exercitu Gallis prælio decertare non ausis percurrisset, & pacem petentibus denegasset, quod faustis successibus elatus totius Galliae imperium animo conceperat: ad Bretignianum vicum in Carnutibus ubi castra habebat, lapidibus cum procelloso imbre caelo demissis exercitu graviter afflicto adeo exterritus fuit, ut qui nullis rationibus ad pacem cum hoste ineundam persuaderi poterat, ad eas conditiones, quas antea respuerat, cupidissimè redierit. Ita foedere cum Gallo rege inito vastationibus finem imposuit, & relicta continenti in Angliam exercitum reduxit.

Carolus sextus Francorum rex, quum clades ab Anglis acceptas ulcisci decrevisset: ingentem paravit classem, quæ mille ducentas octoginta & septem naves continebat: quarum ille, quæ magnos duces & principes vehebant in foris, malis carcheis & puppibus erant deauratæ, ita ut ad triumphum, non ad bellum Franci proficisci viderentur, milites non solum in Gallia, sed in Liguria, Italia, Germania, Hispania passim delecti, Angli tam stupendo classis apparatu perterriti supplicationes ad Deum, quibus ipsius iram placarent, & imminentem cladem averterent, per totum regnum indicebant. Cum autem in anchoris staret classis, & vesificationi parata esset: Berryasis dux patris regis diu expectatus advenit, qui propositis aliquot difficultatibus & incommodis

re

FROIS-
sardus lib. 1

FROIS.
lib. 2.
● IRAR.

regem ab adorienda Anglia dehortatus est. & ita tam formidabiles conatus cum omni admiratione in irritum cessere.

DE INFAUSTIS EXPEDITIONIBVS.



*Regi virorum insignium exitus nos se-
verè commonent humana potentia non
arroganter fidendum, nec de præstanti
robore, vel exacta prudentia temerè &
insulsè gloriandum. Et multis experimentis compro-
batum, Dei dona eximia arrogantibus & ingra-
tis magis obesse quàm prodesse solita. Ideo qui res
magnas & arduas aggrediuntur, sedulo observare a-
nimo debent vires humanas vel præcellentes & im-
modicas renitente numine nihil memorabile effice-
re posse, ut potentissimorum principum bellicosorumq;
populorum infaustra expeditiones luculenter osten-
dunt, non ex belli apparatu, nec amplissimis viribus:
sed propitio Dei favore per amplas victorias parari,
illudque verissimum esse, quod est à Thucydide di-
ctum: Perrarò bellum eò, quò evasurum prædicatur,
evadit.*



*EMIRAMIS ingentis animi
mulier, quæ Nino marito de-
functo regni Assyriorum ad-
ministrationem filii nomine
susceperat, mariti famam, qui
ad Indum usque arma promoverat, & totam*

DIOD. lib.
bro 3^o

STRABO
lib. 15.
ARRIA.
lib. 6

Asiam excepta India sibi subjecerat, antecel-
lere cupiens, cum innumerabilibus copiis
Indiam adorta, ut vera vi ad Oceanum viam
sibi patefaceret, variis cladibus affecto exer-
citu domum redire coacta est, pro gloria & lau-
de, quam tanto fastu ambiebat, probrum & dede-
cus reportas. ex omnibus enim copiis haud
supra viginti viros incolumes secum reduxit.

Cyrus Persarum rex non satis gloriae se affe-
quutum ratus translato ad se Medorum, qui Assy-
riis successerant imperio, nisi illorum conatus
superaret, in Indiam cum iusto exercitu expedi-
tionem suscepit: sed tam infeliciter illi cessit id
inceptum, ut vix cum 7 militibus ad suos redierit.

STRABO
lib. 15.
ARRIA.
lib. 6.

Non magis fortunata Persarum Dario Hy-
staspis filio regnante in Attica expeditio fu-
it. Cum enim peditum centum millia, & equi-
tum decem millia in eorum exercitu essent, a de-
cem millibus Atheniensium, & mille Plateen-
sibus nullo prope negotio devicti sunt. Nam
prima tantum illorum acies hostibus obvertit
ora, nec satis constanter pugnam excepit: me-
dia & postrema vix hoste inspecto, precipi-
ti & foeda fuga classem repetierunt, & prepe-
diente multitudine cum naves conscendere
non possent, instar pecorum ab Atheniensibus,
qui tergibus instabant, sunt trucidati.

IVSTIN.
lib. 2.

Infaulta etiam censenda ea expeditio, quam
adversus Scythas Darius ipse suscepit. Cum
enim septingentis armatorum millibus stipatus
Scythiam esset ingressus, non facientibus pug-
nae potestate hostibus, & in solitudines sece-
den-

deribus, eos insequi, & ad pugnam compellere
decevit: sed a comaeatu interclusus exerci-
tus, & in angustias reductus tanta rerum omnia-
um inopia laborare cepit, ut 900 millibus de
suis amissis caeteris metu consternatis pro-
perem unde venerat, redire coactus fuerit.

IVSTIN.
lib. 2.

His annumeretur illa Xerxis Persarum etiam
regis expeditio: cuius tam numerosus fuit
exercitus, cum Graeciam invasit, tamque stupedi-
conatus, ut ambulasse per mare & per terram
navigasse dictus sit: quia mare navibus stravit:
& perfosso monte eodem maris cursum derivavit:
sed tam magne, tamque formidabiles copiae qua-
tuor praelis victae intra biennium in Graecia cum
summa ignominia expulsa sunt. Ipse vero Xer-
xes tanti factus imperator, parva cymba ve-
ctus, sine aliquo comitatu aut famulatio fugam
arripuit, cum pontem, quem ex navibus struxerat
disruptum esse, & suam classem ad Salaminem victam

OROS.
PH. MEL.
Chron. 2.

audivit, quem sequente eum sunt copiae partim
inedia, partim peste perire. Tam miseranda
strages fuit, ut cadaveribus itinera passim im-
pleretur, & ob id alites ac bestiae carnivoraes
scaele illecebris allecite exercitum catervatim se-
querentur. Theodosius Constantinopolita-
nus a Michaele Graeciae imperatore classi ad-
versus Mauros, Saracenos praefectus Venetis
persuasi, ut validam in barbaros communes hos-
tes, qui tum Apuliae fines infestabant, classem
compararent. Illi spe laudis adipiscendae exciti
60 triremes instruxere, & in hostem Taren-
tum obsidentem unam cum Graecis foederatis mo-

vere. Ibi cum ambæ classes leviora aliquot prælia cum hostibus commisissent: tandem totis viribus utrinque est concursum. Sed eo in prælio fuis, fugatisque Græcis omnis Maurorum impetus in Venetos conversus: Ii adeo in pugnam fuere intenti, ut sociorum fugam non prius cognoverint, quam undiq; fuerint à barbaris circumventi: non demisere tamen animum, sed ferocissimi hostis impetum fortiter sustinere: superante autem multitudine, cum hostilem classem perumpere non possent, nec diutius certamen ferre, eorum naves ad unam omnes aut submersæ aut captæ sunt. Ex hominibus pauci in hostium potestate vivi devenere, reliquam multitudinem aut ferrum, aut aqua confecit.

Dani cum valida & instructissima classe sæpius Angliam adorti incolas variis cladibus affecere: ita ut Angli eorum imperio se submittere coacti sint. Sed peregrinum iugum pertæsi arma sumetes poenas in injuriarum autores retorsere, & non minori cum gloria victores ejecere, quam cum dedecore ab illis prius fuerant debellati.

Galli Lotrechio duce cum pontificem Romanum, quem Cæsariani captivum detinebant, in libertatem asserere decrevissent, magno exercitu coacto in Italiam irruerunt, ubi in limine Papiæ fortiter expugnata, tantum terroris cæteris urbibus incussere, ut nemine se illis opponente totam Italiæ longi-

SAB. dec.
I. lib. 3.
CAEL. Cu-
rio Sar. his-
tor. lib. 2.

SAXO
Gram. hist.
Dan.
POLYB.
hist. Angl.

gitudinem sine aliqua suorū jactura emensi sint, & hostes Romam deserere, ac trepidè Neapolim se recipere compulerint, ubi etiam eos arctissimè obsederunt. Sed sævissima peste eorum castra invadente ad talem paucitatem sunt redacti, ut quos antea premebant, sustinere non potuerint, quin ad unum omnes in hostium potestate venerunt.

IOVIVS
hist. 26.

Carolus Quintus Romatorum imperator, cum maxima parata classe ad vindicandas prædonum injurias ex Italia in Africam transfretasset, & Algeriam terra marique obsedisset, in magna spe potiundæ urbis sæva & improvisa tempestas exorta classem, quæ in anchoris stabat, ita afflixit, ut præter aliquot triremes circiter centum & quadraginta oneraria navigia in conspectu exercitus fœdè perierint: & cum infidam stationem classis deseruisset, cogente inedia obsidionem solvit Cæsar: sed deficiente commatu, & navarchis alteram tempestatem timentibus, conscendere classem, & domum redire constituit. Vix altum tenebat classis, cum priore major tempestat excitata est, quæ naves in diversa abripuit: & cum cursum tenere non possent, partim ad scopulos allisæ, partim profundis maris gurgitibus absorptæ, paucae incolumes domum remearunt.

IOV. hist.

40.



*Numerosus exercitus, genus armorum, com-
moditas loci, circumstantia temporis, im-
peratoris virtus, castrensiunque rerum
copia, licet magnum momentum in bello
administrando habeant: tamen si divinum auxili-
um defuerit, infelicem & miserandum successum
plerumq; sortiuntur. Firmiter itaque tenendum, ho-
mines res præclaras nequaquam gerere posse, nisi ad
eas audacter suscipiendas & feliciter peragendas be-
nigno favore numinis delecti sint. Nam sæpius
accidit, ut qui proferendi imperii spe, aut ulciscendo-
rum hostium cupidine ingentes belli apparatus fecer-
unt, pro gloria, ad quam impotenter anhelabant,
summum dedecus: & pro victoria, quam in mani-
bus jam habere putabant, memorabilem cladem re-
portarint: qui verò certissimo exitio destinati puta-
bantur, maximos hostiles exercitus occidione dele-
verunt. Hæc diligenter expendere decet, qui tota vi-
rium mole in hostes feruntur, & diligenter omnia
belli munia obire, licet animo & viribus hostibus
superiores videantur. Nam ut rectè Procopius, Sine
contemptu alterius gerendum bellum.*



*MORBITIS & Ammonitis, qui
Arabes in societate adsciverant,
Iudeam aggressis, cum Iosaphat
suis rebus diffusus divinam opem
imploraret, propheta Iahaziel bono eum a-
nimo*

*nimo esse iussit, & magnis hostium copiis ne
quicquam terreri: siquidem Deus pro rege
& suis depugnaturus esset. Rex prophetae
verbis solatus, suos in acie stare iubet, sacer-
dotes cum tubis ante ordines consistere, le-
vitas & cantores hymnos, & laudes Domino
canere, & quietos quid Deus facturus esset
expectare. Cum itaq; suspensis animis divi-
num auxilium prætolarentur, repentino
tumultu concitati hostes iniquis cædibus se
consecere. Tam effera rabie congressi, ut ne
unus quidem ex tam numerosis copiis su-
perfuert.*

*Cum Argivorum copiae Polynice ductan-
te ad Thebas oppugnandas profectæ essent,
cõserto cum oppidanis prælio tam infelici-
ter pugnarunt, ut unico Adrasto excepto, ad
unum omnes trucidatæ fuerint.*

2. Paral.
cap. 20.

PAVSA-
NIAS.

*Athenienses in Æginam profecti, tam in-
signem cladem accepere, ut unus tantum inco-
lumis evaserit. Ille cum Athenas se recepisset,
& suorum stragem renunciasset: indignè fe-
rentes civium interfectorum uxores, unum
ex omnibus esse reducem, circumfusæ homi-
nem prehenderunt, ac singulæ percunctantes
de viris, vestimentorum sibus ita pupugerunt,
ut in media earum turba expiravit: ita ex to-
to illo exercitu ne cladis quidem nuncius su-
perstes mansit.*

HEROD.
lib. 5.

*Zopyrion ab Alexandro magno cum impe-
rio in Ponto relictus, otium pertesus, & Ale-
xandri prospera fortuna ad gloriam incita-*

IUSTIN. tus Scythis vicinis indicto bello cum triginta hominum millibus eorum terras invasit, ubi tam adversa fortuna usus est, ut omnes ejus copiarum, ne uno quidem effugiente cladem, cum ipso duce fuerint trucidata.

OROS. Fabii speciale sibi adversus Veientes decerni bellum cum impetrassent, spem temere susceptam expeditionis primis quidem successibus firmaverunt: sed postea in insidiis precipitati omnes in certamine perire, uno tantum reservato, qui Romanis cladem acceptam nunciaret.

Galli Brenno duce prospero adversus Romanos facto praelio, cum ad urbem accessissent, incolis fuga dilapsis eam primo appulsa vacuum occuparunt, & in odium gentis totam miserabiliter concremarunt. Sed Capitolium, in quod Romanorum promptissimi se contulerant, cum expugnare non possent: ad obsidionem conversi, eos qui intus erant, fame domare, & ad deditioem compellere decreverunt. Deficiente itaque comitatu, Romani ad pactiones descendere coacti sunt: quibus ingenti auri pondere Gallis persoluto, eorum vitæ & libertati cavebatur. Sed dum pactionis aurum Galli ipsi nihil à victis metuentes appendebant: inopinato Camilli superventu haud majore momento fusi sunt, quàm ad Alliam vicerant. Iustiore altero deinde praelio ad octavum lapidem, quò se ex fuga contulerant, ejusdem Camilli ductu vincuntur: tanta quidem

LIV. dec.
lib. 5.

cum

cum strage, ut ne unus superstes relictus sit.

Cum post Cannensem pugnam Carthaginenses supplementum Annibali mittere decrevisset, Adruba omni copiarum praeficitur: qui cum Annibale suas copias conjungere conaretur, à M. Lucio & Claudio Nerone consulibus praelio decertare coactus est, quod ei adeò adversum & exitiale fuit, ut è captivis aliquot dimittendi fuerint, qui cladem nuncium ad Annibalem deferrent: quia nullus Romanorum manus evaserat.

PLUT. in
Flamib.

Lucius Bebius in Hispaniam per Alpes exercitum ducens, ita est à Liguribus circumventus, & indagine clausus, ut ipse cum universis copiarum trucidatus fuerit, ne nuncio tantæ cladis relicto: & de illa nihil prius Romæ cognitum, quàm à Massiliensibus Liguribus conterminis renunciatum fuisset.

OROS:
lib. 4.

Catinenses cum graves infestosque Syracusanos paterentur, ab Atheniensibus per legatos auxilia postularunt. Athenienses instructa ornatissima classe ad opem ferendam prompti advenerunt: qui aliquot praelia factis prospera fecere, adeò elati animis sibi propagandi imperium facultatem dari arbitrati sunt, proinde majores copias in Siciliam decreto facto miserunt. Catinenses bellicorum incommodorum pertæsi, & sociis Atheniensibus sibi metuentes (ut suspecta sunt omnia exterarum gentium auxilia) cum Syracusanis novum foedus inierunt, Atheniensiumque auxilia velut confecto bello

remiserunt. Violantibus autem non multò post fœdera Syracusanis, Catinenses repudiata Atheniensium auxilia, cupidè repeterunt. Mittitur ab Atheniensibus classis satis ampla, milite, commeatu, belloque apparatu instructa, ducibus Nicia & Lysimachio, qui in duabus terrestribus pugnis superiores evasere, & hostes in urbem cum maxima suorum clade repulerunt, eosque terra marique arctissimè obsederunt. Syracusani cum obsidione se premi viderent, Lacedæmoniis Atheniensium semper æmulis, auxilia Gilippo duce impetrat: qui duobus praeliis victus non despondet animum, sed fortunam tertio experiri contituit, quo congressu ita superior fuit, ut socios obsidione levarit. Athenienses contumeliæ impatientes non longa mora interjecta, quo damnum acceptum resarcirent, navali praelio decertant: in quo victi sunt, & castra uno impetu direpta. Hanc ignominiam ut abolerent, denuò certamen magno conatu ineunt, in quo tota classis fœdè jactata & dissipata, partim capta, partim fugata est. Quæ ex praelio evasere copiarum domum redire niterentur, ab hostibus captæ & trucidatæ.

Teutones, Tigurini & Ambrones Gallorum gentes cum Caio Manilio & Cn. Cepione proconsularibus viris confingentes, feliciter vicere, Romanorum, eorumque sociorum octoginta millibus trucidatis, præter calones & lixas: quorum numerus sexaginta mil-

THVCY.
de bel. Pel.
lib. 7.

PLVT.
in Nicia.

OROS.
lib. 2.

millia implebat. Tanta fuit strages, ut ex universis ipsorum copiis decem tantum homines superfuerint. Non multò post ipsi victores parem propè cladem, quam Romanis inulerant, subière. Siquidem à Mario superati sunt praelio, quo ex Tigurinis & Ambronibus ducenta millia interfecta sunt, octoginta millia capta, vix tria millia effugere. Ex Teutonibus autem & Cimbris centum quadraginta millia cæsa, quadraginta millia capta. Innumera & incondita mulierum multitudo, cum suorum miserandæ cladi superesse nollet, se suosque parvulos atrocem in modum necavit.

Leuthares & Bulchinus ex Theodobaldi regis Franci familia, coactis circiter septuaginta duobus militum millibus ex Francis & Alemannis, quos Austrasianos vocabant, totum Italiæ tractum feliciter emensi, dum domum versus ad asportandam in pacatum prædam iter arripent, partim hostili gladio, partim morbo quinque tantum superstitibus relictis fœdissimè perière.

Saraceni cum à Syria ad Fessanum usque regionum victricibus armis omnes litoreas regiones percurrissent, & felici ausu in Hispaniam trajecissent, maxima ejus parte subjugata, in animum induxerunt, Galliam etià suo imperio adjicere: quod facilimum esse putabant, quia militaribus viris abundabant, & ipsi Galli inter se dissentiebant. Itaque spe pleni, & alacres quasi jam victoriam in ma-

OROS.
lib. 5.

AGAT.
de Gotth.

IOVIVS
elog. 1.

nibus haberent, cum uxoribus & liberis transens Pyreneo saltu populabundi in ipsam Galliam irruerunt, cede, incendiis, metu ac terrore omnia complentes, & nemine illis obvian prodeunte, ad flumen Ligerim usque pervenere. Ibi apud Turones Carolum Martellum, inlytum Gallorū ducem, castra habentem, & praelio intentum, eos praetolantem invenerunt: quod autem longē majores copias haberent, & multis bellis exercitati, non modō pugnam non detrectarunt, sed avidissimē eam exceperunt, in qua tam adversam fortunam experti sunt, ut ē quadringentis millibus vix quinque millia evaserint: quorum etiam maxima pars in itinere variis casibus interiit. Qui in Hispaniis remanserant, dolore ignominiae extimulati, delectae juventutis copias validissimas coegere, & secundam expeditionem priore acriorem suscipere. Duas velut arces belli urbes delegerunt barbari, Avenionem & Narbonem. Qui Avenione erant cū Francis obsidentibus, & in acri oppugnatione ad summa moenia ententibus premerentur, secundo Rhodano ad mare dilapsi sunt, & inde ad suos Narbonem se recepere. Amoreus rex obsessis opem ferre conatus, ad Illiberim Francos obvios habuit. Ibi collatis signis praelium magna utrinque contentione commissum est, in quo ipse cecidit. Tunc Saracenorum de victoria desperantium ingens caedes facta est, qui ē media strage evaserunt, a-

lii

lii fluvium ingressi, dum in ulteriorem ripā enatare conantur, rapti gurgitibus pariēre. Alii in paludes delati voraginibus profundoque limo hausti sunt. Alii cū classem suorum viderent, mari se committentes, insequente hoste ad suos pervenire non potuerunt. Nullus ex praelio nuncius rerum perditarum domum rediit, omnes interneecione deleti. Qui Narbone obsessi erant, comperita per exploratores suorum strage, Gallia decessere omni spe redeundi abjecta.

ÆMYL.

lib.2.

SAB. en.

8. lib.8.

NAVCL.

PH. MEL.

Chron.3.

ÆMYL.

lib.8.

Sueno Dani regis filius, cum mille & quingentis equitibus trajecto ad Constantinopolim Bosphoro, cū iter Antiochiam ad reliquos Latinos faceret, Turcarum insidiis cum suis interceptus ita infeliciter pugnavit, ut ne unus quidem incolumis ex conflictu evaserit.

Clodoveus Francorum rex, Dagoberti filius, Gundebertum & Partharim à Grimualdo Beneventano domo pulsos, in regnum Longobardiae restituere cupiens, magnas copias in Italiam misit: quae cū tam prope hostes accessissent, ut res ad praelium alean ventura videretur, Longobardi simulata fuga castra rerum omnium, ac vini praesertim plena reliquerunt. Rati Franci veram esse hostium fugam, castra ingressi, epulis & vino replentur. Tunc supervenientibus ex insidiis hostibus, ad unum omnes trucidantur.

NAVCL.

VOLAT.

N 5



M leges civiles pro rerum, temporis, lociq; circumstantiis frequēter immutari soleant, nonnunquam etiam ad ingens rerum commodum antiquari: eas quæ juris gentium sunt, non sine magna publice tranquillitatis perturbatione violari cōtingit. Nam qui insana temeritate eas profanare ausi sunt, luctuosissimas clades in se accersiverūt, & perpetuam ignominiam suæ genti inusserunt: quales h; sunt, qui legatos ad se missos barbara feritate trucidarunt, aut insigni contumelia affecerunt. Quandoquidem bella gravia inde excitata sunt, quæ utriq; parti damnosa fuerunt: sed iis, qui jus gentium violarunt, maxime funesta & exitialia, ut verissimū confirmetur, quod ab Herodoto scriptum est, Magnarum injuriarum magna à diis sunt ultiones.



DAVID Israelitarum rex, cūm Naan Ammonitarum regē mortuum esse audisset, legatos misit, qui ipsius filium Hanonem de mortē patris consolarentur: sed ille à suis persuasus non consolandi, sed explorandi causā missos dimidiam barbaram eis abradi, & usq; ad nates vestes circumcidi iussit, & sine responso dimisit. Indignitate & insolētia facti permotus David, bellū illis indixit, coactōq; exercitu Ioabum in eorū terras irrūpere iussit. Illi cum Syris, quos in societatem ad id bellum adsciverāt, in prælium ad-

adversus Ioabum descenderunt, in quo cum maxima suorum strage victi sunt. Ex usu vi-
2. Sam. 10.
Etoria Davidis exercitus ad eorum regiam 1. Paral. 19.
urbem ductus, quam expugnavit & evertit, universasq; ejus opes in prædam vertit, populū ferrā discidit, & circumactis super eos ferratis carpentis, cultris in frustra dissecavit.

Lacedæmonii Persas legatos, nomine sui regis aquam terramq; petentes, in puteum demerferunt, nullo ultionis periculo reformidato, quod à Perfide longius esse putarēt, quā rex expeditionem in eos movere deberet: sed divina procurante nemēsi, facinus non mansit in ultum. atrox siquidem pesti-
HEROD.
lentia eos invasit, quæ maximā civium par-
lib. 7.
tē depopulata est. Et rex Perfarū contumelia exacerbatus, numerosissimū exercitū in Græciā duxit, à quo omni belli clade fuit adflicta.

Alexandro magno contra Dariū copias ducenti, Tyrii ingressum in suam civitatem denegarūt. Ipse verò cūm suæ dignitatis esse non itatuisset, quicquam hostile aut dubiæ fidei retrò relinquere, arctissima obsidione eos tādū premere decrevit, donec deditiōē expressisset. prius tamen secundū belli leges caduceatores misit, qui ad pacē & deditiōē hortarentur. sed Tyrii omnis humanitatis obliti, ipsos crudeliter trucidarunt, eorūq; cadavera in maris profundū præcipitarūt. At Alexander suorū indigna, & nimis acerba nece cōmotus, intermissa profectiōe, urbē obsedit, & septimo obsidionis mēse expugnavit.

Tunc contumeliæ acceptæ memor, omnes interfici, exceptis iis qui in templa confugerant, & tectis ignem injici jubet. tam atrociter in miseros sevitum, ut intra urbis mœniâ sex millia trucidata fuerint, & juxta maris litrus duo millia crucibus affixa, majorque strages edita esset, nisi Sydonii, qui inter victores intraverant, cognationis & societatis cum Tyriis memores, ad quindecim millia sevitæ militum subduxissent, & clam navibus Sydona devexissent. tam atroces pœnæ ob violatum jus gentium datæ.

Cùm Romæ Tatius cum Romulo ex fœdere & pacto regnaret, propinqui ipsius legatos Romam ad reges euntes in itinere spoliare aggressi, repugnantes, & se suaq; defendentes occiderunt. Cùm autem Romulus injurias puniendas esse decerneret, & Tatius pœnas eluderet atque differret, reges hac una re apertè dissenserunt. Cæforum propinqui, quod Romulum nullo modo culpæ affinem viderent, in Romanos bellum moliri noluerunt: sed Tatiani in Albano cū Romanis sacrificantem concursu facto interficiunt.

Picentes, Vestini, Marfi, Peligni, Marrucini, Samnites & Lucani cū defectionem à Romanis occultè meditari dicerentur, legationem ad eos decernere senatus censuit, missusque Caius Servius prætor, quem Asculani occiderunt. nec eo atroci facinore contenti sunt, sed statim occlusis urbis portis omnes cives

Ro.

Romanos, qui ibi quacunq; occasione versabantur, immani sevitia jugularunt. Ob hanc causam indictum illis bellum est, & plurimi duces contra eos designati. Cn. Pompejus contra Picentes: Julius Cæsar contra Samnites: Rutilius consul contra Marfos: Cæpio contra Vestinos. Acerrimum & periculosum bellum utrisque fuit, & Romani in primis quidem præliis superati: sed demum alternante fortuna bellum ex sententiâ confecerunt. Asculum autem, ubi legati cædes facta fuerat, à Pompejo expugnatum, ubi præfectos, centuriones, cunctosque eorum principes virgis cæfos securi percussit, servos prædamque omnem sub hasta vendidit.

Tarentini Romanam classẽ ex occasione adorti, ejus præfecto cum plerisque classiariorum cæso hostiliter diripuere, legatos etiam ad res de more repetendas ex urbe missos, scelus secleri addentes, contra jus gentium immaniter violarunt. Hanc indignam contumeliã cum Romani percoquere non possent, bello se ulcisci decrevere. Cùm autem Tarentini Romanis se impares sentirent, Pyrrhum Epirotarum regem in auxilium advocarunt: qui cùm post varias acceptas clades ex Italia expulsus esset, Romanis manus dare, eorumque imperata facere coacti sunt.

Cùm Romani Corinthum legatos mississent, Corinthii petulanter eos convitiis incesserunt, insolenter lotio perfuderunt: quæ

Q. CVR-
sius lib. 4.

LIV. dec. I.
ZONAR.
T. I.

OROS.
lib. 5.

SABEL.
en. 4. lib. 8.

indignitatem ferendam non esse Romani judicaverunt, & Lucio Mumio duce ingentem exercitum in eos miserunt, qui superbam urbem post longam obsidionem expugnavit; incendit, soloque æquavit. pervasit etiam ultio ad alias urbes: nam Thebæ & Chalcis, quæ Corinthiis auxilio adfuerant, ex senatus consulto dirutæ sunt.

STRABO
lib. 7.
LIV. dec. 5
lib. 4

Illyrii piraticam exercētes, cum Romanis multa damna intulissent, & ob id senatus legatos misisset, qui de injuriis cōquererentur; regina Tenca, quæ tunc rerū potiebatur, respondit, se effecturā, ne qua ab Illyriis publicè injuria Romanis hominibus inferretur: prohibere verò, ne privatim è mari quā quisque posset utilitatē caperet, non esse regibus consuetū. Vnus autem ex legatis respondit, optimum morē esse, privatas injurias ulcisci, juvareque injuriam passos: Ideo Romanos operā duros, ut brevi regias illas consuetudines regina emendare cogeretur. Eo libero responso exacerbata regina, legatū illum in itinere redeuntem obruncari iussit. Romani tanti facinoris fama excitati, bellum ilicò Illyriis indixere, quod tam exitiale & perniciosum illis fuit, ut post varias acceptas clades Romanorū jugum ferre coacti fuerint: & verbis ferox regina tributum pendere, à mari abstinere, nisi cum duobus lembis exarmatis, & maxima Illyrii parte excedere.

POL. lib. 2.
SAB. en.
4. lib. 9.

Artaxerxes Parthorum rex ad Alexandrū Mammeæ Romanum imperatorem expeditio-

tionem in ipsum parantem, splendidam legationem decrevit, in qua erant quadringenti proceritate & forma conspicui sumptuosis vestibus ornati, & arcibus & pharetris decenter instructi, cum his mandatis, jubere regem Parthorū Artaxarem Romanos, eorūque principem Syria Asiaque omni, quæ è regione Europæ sita est, decedere: Parthosque sinere in Asia ad Ioniam & Cariam usque dominari. Severus hac insolenti denunciatione exacerbatus legatos comprehendere jubet, omnique adempto cultu in Phrygiam relegari, & nulla interjecta mora tripartito Parthorū terras adortus est. quo plus terroris hostibus incuteret: sed tantus conatus vel prudēter & consideratē susceptus infelicē & infaustum exitum sortitus est. Nam quæ in mediam irruerūt copiarum, locorū injuria, coeli que inclementia magna sunt ex parte consumptæ, quæ Parthorum fines sunt aggressæ, hostium equitatu circumventæ, quamvis ab audacia & disciplina remedium quærerent, barbarorū multitudine & vi telorum obrutæ occisione de-

HEROD.
lib. 2.
ZONAR.
an. tom. 2.
ut inter insignes clades, quas unquam in Oriente accepere, hæc foedissima fuerit. Quæ ex aliis exercitibus superfuerunt copiarum maxime attonitæ, retrò unde venerant, redire coactæ.


Achomates Bajazetis ejus nominis secundus Turcarū imperatoris filius natus maximus, à patre evocatus, ut imperium regendū assu-

10 v. lib.

14.

meret, cum refragantibus prætorianis id obtinere non posset, & re infecta in Cappadociam provinciam suam reverti coactus esset, repulsæ dolore atque ignominia extimulatus, coactis copiis minorem Asiam occupare decrevit. Cognito filii consilio Bajazetes, legatos ad eum mittit, qui ipsius infaniam lenirent, aut (si fieri nõ posset) bellum indicerent. At ille furore plenus, principem legationis bellum atque extrema queque cominantem in conspectu jugulari, & cæteros ante vesperam castris excedere iussit. Bajazetes eam indignitatem à filio cum ferre non posset, bellum omnium ducum suasu illi indicit, quod gestum per Selymum filium natu minimum, eum eventum habuit, ut ipse Achomates vita, provincia, & imperii successione, quæ sibi ætatis prærogativa debebatur, spoliaretur.

DE PRODITIONE
PRO MERITO
compensata.

 *PM* proditio ingratitude, perfidiam & crudelitatem in se contineat, jure ab omnibus facinus insanabile & execrandum debet æstimari. Sed infelices proditorum successus præcipue commonent, ut immane scelus diligenter fugiatur. Quandoquidem non iis solum, quibus damnum intulerunt exosi sunt: sed eos etiam

etiam, quibus gratum fecisse videre volunt, infensissimos habent. Licet enim cum maximo plausu & gratulatione ingentia beneficia, quibus affecti sunt, acceperint, qui proditorum opera usi sunt: tamen aut promissam mercedem non exolunt, aut aliqua techa deludunt eos; aut tanquam internecinos hostes ulciscuntur: quo testatum omnibus faciant, proditorum benefacta, quantumvis eximia & exoptatissima, bonis viris detestanda, & acerbissimo odio digna videri, quod à perverso animo, & nefando flagitio sint profecta. Sicut rectè Procopius his verbis declarat: Oamimus, & veremur beneficium proditorum ex ipsius factis.



ARPHIA Tarpeii Capitolii custodis filia, spe armillarum aurearum, quas magni ponderis in lævo brachio Sabini gestabant, capta, ipsis arcem prodidit, ea conditione, ut quod in sinistris manibus habebant, ei præmii loco daretur. Promissa illi quam petebat mercede, conventis stetit, & referata porta in arcem advenientes Sabinos intromisit. sed Tattius Sabinorum rex id facinus, quamvis sibi perjurandum, abominatus, Sabinos omnia ei tradere iussit, quæ in sinistris manibus gerebant, ac ipse primus armillam è brachio detractam, & scutum appendens unà in eum conjecit, facientibusque idem cunctis auro & clypeis undique icta, & multitudine ac pondere obruta sua mercede interit.

PLUR.
in Rom.
LIV. det.
1. lib. 1.
ZONAR.
lib. 2.

Cynethenses maximis odiis ac seditionibus continuo vexati varias cædes, exilia, rapinas faciebant, ac tumultibus omnia compebant: accidit tandem, ut qui Achæorum partes sequebantur, principatum in urbe obtinerent. Hac de causa Achæorum opera & suafu exules in gratiam abolita præteritorum memoria recepti sunt, qui cum iurejurando se nihil contra remp. & communem Græciæ tranquillitatē molituros promississent: dux Achæorum cum præsidio ex urbe emissus. Post ejectionem præsidium exules vindictæ avidi & præstiti juramenti immemores, de tradenda Ætolis civitate conspirant. Ætoli verò cum die condita advenissent, in urbem venit cum maximo plausu ab illis recepti: qui cum urbe potiti sunt, proditores omnes interfecerunt, & eorum fortunas diripuerunt.

Bessus Bactrianorum præfectus Dario in fuga socius, ut regnum illud ad se transferret, illudque vi & armis contra Alexandrum tueretur, vel sub illo beneficiario jure possideret, infortunatum Darium comprehendit, & compedibus aureis vinxit. Alexander (re per transfugas cognita) celeriter persequente, Bessus & cæteri ejus terri facinoris conscii, vehiculum Darii assequuti vehementer hortati sunt, ut quamprimum equum conscenderet, & se hosti jam imminente fuga eriperet. Ille verò pertinaciter renuit, ultores deos & victoris Alexandri fidem implorans. Tum verò illi ira ac indignatione

ne accensi, tela in regem certatim conjiciunt, multisque vulneribus confossum relinquunt, & jumenta quæ currum traherant, ne longius progredi possent, vulnerant, ac servos duos, qui regem comitabantur, trucidant. Bessus immani eo facinore perpetrato, Bactra paucis comitantibus equitibus petiit, suoque nomine provinciam administrare cœpit. Sed facinus diu inulrum non mansit. Spitamenes enim inter omnes amicos præcipuus, Dataphernes item, & Catanes ipsius familiares vinculum ad Alexandrum trahunt. Ille interrogatus, quare proditoriè alienum regnum invasisset, regis titulum se usurpare dixit, ut gentem suam Alexandro tradere posset: si enim hoc facere recusasset, alium fuisse regnum occupaturum. Alexander ejus proditionem detestatus, eum Oxatri Darii fratri tradidit, qui duabus arboribus inflexis alligatum sursum iterum remisit in partes dircepit.

Brennus Gallorum rex quum devastata Asia Ephesum advenisset, plebeiam illic virginem, quæ genio responderat vehementer adamavit, quæ ipsi concubitum, & Ephesi possessionem pollicita est, si mundum muliebrem largiretur, & manuum ornamenta traderet: milites hortatus est, ut in sinum avarissimæ virginis aurum omne, quod gestabant, injicerent: qui cum imperata fecissent, sub magno auri pondere viva obruta est.

POLYD.
lib. 9.

IVSTRINJ
lib. 12.

Q. CURT.
vius lib. 7.

ZONAR.
an. tom. 1.

PLVTR.

Cum Falerios urbem omnibus rebus bellicis abunde instructam obsideret Camillus, infidias Faleriis tendens per pueros, ludi magister singulis diebus illos primo sub muris per pomœrium deducebat. deinde ipsos postquam deambulando exercuerat, in urbem reducebat. post paulatim illos subducens audere tanquam tuto proficisci liceret, assuefecit. Tandem cum omnes secum haberet, ad præcustodias Romanorum profectus, jubet illos ad Camillum deducere. Ipse tristis gravisque, cum in medium stetisset, se puerorum magistrum esse declaravit, & ut illi gratificaretur, curasse per pueros urbem sibi tradere. Camillo visum est rem indignam esse, nec tam incendium, quam pravam & subdolam gratiam vitandam. Itaque iussit hominis vestimenta scindi, & manus post terga vincire, pueris autem virgas flagellaque dari, ut proditorem verberibus afficientes in urbem agerent.

Albani cum bellum Romanis Metio Suffetio duce intulissent, & stragis vitandæ causa in conditiones fœderis descendissent, ut tergemini cum tergeminis de principatu contenderent, fortuna litem dirimente, & victoriam Romanis adjudicante, postea penitete coeperunt: sed Suffetius ipse se hostibus natale solum subiecisse præ cæteris indignissimè tulit, & clam inita cum Vejentibus Fidenatibusque societate, nemine suorum conscio, quod magis res occultaretur, ut

con-

confidenter Romanis bellum indicere, & rem ad prælii aleam deducerent, hortatus est. Nam in medio certamine, quum quilibet suo periculo est intentus, contra Romanos arma ex insperato conversurus erat. Cum ad prælium itaque ventum est, se à pugna cum suis in montem subduxit, quasi à tergo hostes adoriri vellet. Romani nihil hostile ab eo metuentes, signa in hostes intulerunt, & egregiè pugnantes, qua parte cõtra eos confiterant, vicerunt. Quum fusos Albanos vidit Suffetius, ne fidem Romanis fefellisse videretur, in eos acriter inVectus magnam stragem edidit: sed per captivos ipsius conjuratione detecta captus est, & primum flagris fœdè laceratus, quibus, ubi satis sævitum est, bigis ad motis per brachia longis loris revinctus est: deinde aurigis in diversa eas agentibus humi raptatus, moxque obnitentibus in cõtraria discerptus est. Postea urbis Albæ HALYC. mœnia privata publica que ædificia diruta. lib. 3.

Cum Thyenam Aurelianus imperator venisset, eamque ei clausisse portas comperisset, iratus juravit se tantam stragem editurum, ut ne canem unum in ea vivum relicturus esset. Militibus spe prædæ acrius incumbentibus Heraclion quidam, ne cum cæteris occideretur, urbem prodidit: in quam introducto exercitu vitam omnibus civibus VOPIS. Aurelianus concessit, præterquam proditori, dicens ei fidem servare non potuisse, qui patriæ non pepercit.

O 3

Cùm tempore Maximini, militum & Of-
rohenorum defectio oborta esset, ac fortè for-
tuna in quendam ex Alexandri Severi ami-
cis, cui nomen Carcino fuit, incidisset, corre-
ptum atque retractantem, neque tale quip-
piani cogitantè ducem sibi delegerunt, pur-
puraque eum indutum, prælatoq; igni ad im-
perium extulerunt: qui tamen haud multò
post in tabernaculo dormiens, à contuber-
nali quodam suo per insidias occiditur, Ma-
cedonio illi nomen fuit. Is tunc magnoperè
gratù se Maximino facturum putans, abscis-
sum Carcino caput dono obtulit. Maximi-
nus dono quidè haud vulgariter letus, quòd
se periculo libertatum videbat: sed Macedo-
nium velut proditorem amici extremo sup-
plicio affecit.

HERO-
dian. lib. 3.

P. DIAC.
de reb. gest.
Longob.
SAB. en.
8. lib. 6.
NAVEL.

Hunni cum proditione Romildæ impudi-
cæ mulieris forum Iulii cepissent, quòd diu
in ea obsidione fuissent fatigati, & duros la-
bores perpessi, diripuerunt & concremarunt,
omnesq; incolas captivos abduxerunt: Ro-
mildam verò, cui connubium promiserat,
Cacanus Hunnorum rex in proditionis præ-
mium una nocte ipse in cubile assumpsit,
post duodecim Hunnis libidine divexandæ
tradidit, tum demum in medio campo eam
palo affixit.

Cannacarius Cameracensium & Atreba-
tensium regulus, vetustissima generis nobili-
tate tumens, Clodionis regis Franci abnepo-
tè se prædicabat, & jure ac legibus Francorù

FE

regnù ad se pertinere asserbat. Ipse, fratresq;
largissimæ mercedis spe regi proditi, ejusq;
jussu necati: proditoribus, ne exemplo pro-
dendorù regum judicio Ludovici regis san-
ctum haberi posset, munera, quæ aurea dari
conventum fuerat, adulterina data.

ÆMYL.
lib. 1.

Leo Armenius Constantinop. imperator
à quibusdam conjuratis in æde sacra Byzan-
tini trucidatus cùm esset, in ejus locù Michael
Balbus surrogatus est: quo mortuo Theo-
philus ejus filius ad imperium evectus est,
qui imperio potitus toto senatu in regiam
vocato, eos qui patri ad Leonem tollendum
operam navassent hortatus est, ut à cæteris
secederèt. Illi cùm alacriter fecissent, ad præ-
fectum rerum capitalium conversus, jubet
eos ilicò abripi, & merito supplicio affici.

ZONAR.
lib. 3.

Damasco Syriæ urbe à Christianis obses-
sa, cùm Syri quidam proceres, quibus Bal-
duinus rex fidebat, à Damascenis corrupti
muneribus consulissent, ut exercitus ad al-
teram urbis partem traduceretur: Damasce-
ni locum statim occuparunt, & hac occasio-
ne Christianos ab aquatione & com meatu
prohibuerunt: unde fame & siti laborantes
obsidionem solvere, & rē infecta discedere
coacti sunt, Damasceni verò proditorum o-
pera obsidione liberati, adulterinam mones-
tam in præmium navatæ operæ dederunt.

NAVEL.

Bojares, qui sunt ex ordine optimatù in
Moldavia, quù multitudinis studia in Petrù
Moldavum apud Peram Ligurum coloniam

Q 4

exulantem verterentur, & contra nobilitas quemcunque alium præferendum putaret, nequaquam temerè meritas pœnas pertimescens, si iratus & sævus ab exilio vocaretur. Sed Bojares ipsa pœpuli multitudine, auctoritate atque opibus potentiores, adolescentem Moldavum nomine Alexem, regiæ stirpis, qui in Podolia inops exularat, celeriter evocant, principemque constituunt: & ne Petrus Turcarum armis reduceretur, legatos Byzantium mittunt, postulantes ut Alexes regii sanguinis, uti omnium expetitus votis & publico consensu rex acclamatus, Solymani liberalitate confirmetur: sed præoccupatus purpuratorum voluntatibus occultis, magnisque muneribus à Petro, suisque fautoribus, legati nihil efficere potuere. & Petrus, cujus sevitiâ tantopere horrebant, in gratiam præteritorum abolita memoria à Solymano recipitur, regiisque ornatur insignibus. Tum Bojares metu percussi summo conceptu scelere obruncandi Alexis consilium desumunt: caput abscissum Petro adferunt. Arrisit is exoptata dona ferentibus, placati que animi speciem præbuit, quum diligentiam maturati beneficii simulata oratione laudasset. Sed non multo interjecto tempore, Bojares circiter viginti alius alia de causa comprehenduntur, & securi percutiuntur dignas suæ perfidiæ pœnas exolventes.

Iov. hist.
40.

DE

DE MAGNIS COPIIS
A PARVA MANU
DELETIS.

NON ex magnis copiis & ingenti apparatu, sed ex causæ æquitate propitioque superarum favore victoriam sperandam plurima illustrium bello ducum exempla ostendunt, qui numerosos exercitus & apparatus forma formidabiles exiguis copiis stipati nullo proprio negotio fuderunt. Idcirco eos summopere amittit deest, qui injustè bello petuntur, ne frangantur animis, sed cum fiducia & constantia vim illatam propellant. Amat enim Deus (ut Agathias inquit) in extrema angustia constitutos, modo non sint improbi. Neque illi semper bello victores evadunt, qui numero & viribus superiores sunt: sed potentes ab infirmis debellari, & magnas copias à parva manu deleri sæpe contingit.

NATHANAS, Saulis filius, u. I. Reg. 14. no duntaxat comite adjutus, Philistæorum castra noctu ingressus, passim cum cæde pervagatus, tantum eis pavoris iniecit, ut cum inia ab hoste teneri crederent, in sædam fugam omnes conversi sint.

Novem millia Spartanorum cum urbes fœtæque Ætolorum in agris posita, in magna IVSTIN. licentia & securitate depopularentur, à quibus lib. 24. gentis Ætolis pastoribus tumultuariè coactis trucidata sunt.

O S

FRONT.
lib. 4.
XENO-
phon Græc.
bist. lib. 7.
IVSTIN.
lib. 6.

Epaminondas Thebanorum dux quatuor tantum millibus stipatus, ex quibus quadringenti equites erant Lacedæmoniorum exercitum, viginti quatuor millium peditum, equitum verò mille sexcentorum collata acie vicit, Ipse postea cum arreptis quindecim millibus Lacedæmona adortus esset, non amplius centum jam effoetæ virtutis senes eum egregiè sustinuerunt.

Brennus Gallorum dux, cum peditum centum quinquaginta millia, equitum viginti millia, & quadringentos contra Græcos duxisset: Græci delectu habito viginti tria millia peditum, totidemque equitum coegerunt, & ad Thermopylarum angustias profecti, tantum exercitum magna strage edita superarunt, quadraginta è suis tantum amisissis.

PAVSA-
nias in Pho-
cicis.

Balduinus Gottifredi Bolionii frater, & in regno Hierosolymitano successor, cum ilud contra Mahumetanos defenderet, ducentis sexaginta equitibus tantum, peditibus nongentis stipatus, Calyphæ exercitum, in quo equitum novem millia, peditum viginti millia erant, tam egregiè vicit, ut in uno conflictu equitum quinque millia præter pedites trucidarit.

BAPT.
Ignat. lib. 3.

Cum Philippus Francorum rex, ejus nominis tertius, Gerundam in Hispania obsideret, Petrus Tarraconensium rex inter castra Francorum & propinquum portum, unde comæatus in castra coportari consueverant,

lo.

Jocum insidiis opportunè cœpit cum quingentis delectis equitibus & duobus peditum millibus, sperans comæatum & pecuniam, quam in stipendium militum adferri audierat, se intercepturum. Hoc consilio per exploratores cognito, Franci trecentos fortissimos & spectatæ virtutis equites delegere, qui ad locum insidiarum securis similes, & nihil ab hostibus metuentes iter intenderunt, quasi ad portum commerciorum & comæatus causa proficiscerentur. Vbi locum insidiarum sunt ingressi, undique cum clamore hostes prosilientes circumfundere se: & quod numero superiores erant, à portu & castris intercludere conati sunt. Acerriima inter eos pugna fuit. Tarraconenses ne si tam multi à paucis vincerentur, perpetua ignominia notarentur, ira ac pudore accensii acriter depugnabant: Franci, quia eò devenerant, unde nisi victoria duce se expedire non poterant, æmulatione virtutis sese mutuo accendentes impigrè hostem feriebant. Pari animorum contentione utrisque certantibus rex grave vulnus in facie accepit, cujus dolore retrò agere equum, & è media pugna se recipere coactus est. qui è suis supererant equites, eum fugientem sequuti sunt.

pedites internectionis
deleti.

ÆMYL.

lib. 3.

DE STULTA OPI-
NIONE VICTO-

RI AE.



QVI viribus suis confisi quosvis superbe despiciunt, & que à benignitate numinis expectari debent, humanae potentiae aut sapientiae adscribunt: stultitiae arrogantiae suae sepius poenas luunt. Solet enim numen (ut scribit Chalcondyles) plerunque fastuosos deprimere, & ad humilem fortunam dejicere. Sic usu venire videmus, ut quod superbi homines plane faustum & felix fore sibi persuadent, diversum omnino sortiatar eventum, sicuti de iis videre est, qui facilem de hostibus victoriam, quòd illis sint viribus superiores, vana spe sibi promittunt: factò virium suarum periculo, non trophæum, quem sperabant, sed exitium & cladem luctuosam reportant.



REXES Persarum rex bello contra Græcos suscepto, quòd innumeras traheret copias, tanta victoriæ fiducia inflatus fuit, ut non solum hostes sibi valde impares arroganter despiceret, sed ipsis elementis imperare vellet. Mari enim quòd ventis commotum non satis tutam navigationem præberet, notas ac plagas incussit, compedesque iniecit: & epistolam Atho monti, quòd nimis longum & laboriosum opus propter cautium asperitatem præberet,

ret, scripsit his verbis: Atho infelix ad cœlum usque porrectum, ne meis operibus adversos facias tuos lapides magnos, & ad elaborandum nimis difficiles: alioqui te excisum in mare projiciam. Sed tanti factus imperator terra marique victus, foedam fugam capeffere coactus est, & in pacatum properè refugere, maxima tam numerosi exercitus parte amissa.

Achæi cum Romanis congressuri cum tanto hostium contemptu pugnam iniierunt, ut vehicula ad spolia reportanda secum adduxerint, & conjuges liberosque suos ad spectandum certamen in montibus posuerint: sed commissa pugna, ante oculos suorum ita infeliciter dimicarunt, ut plerique omnes trucidati fuerint, & lugubre spectaculum suis pro spoliis præbuerint. IVSTIN. lib. 24.

Nicanor à Ptolemæo Cœlesyriæ & Phœnices præfecto contra Iudæos missus, in vicinas mari civitates nuncios misit, qui mercatores ad emendos Iudæos, qui ex bello caperentur, accirent, pollicitus se nonaginta captivos talento venditurum. tanta victoriæ fiducia inflatus erat, ut nullo negotio se de hostibus triumphaturum crederet: sed acie cum Machabæis congressus supra novem millia è suis desideravit, aliis fugatis, aut vulneribus debilitatis.

Ariminus contra Germanicum, qui ad ripam Rheni nomine Tiberii Cæsaris cum imperio præerat, exercitum ducens, quia lo-

*Mach. 2.
cap. 8.*

TACIT.
lib. 2.

co & militum numero superior erat, adeo vana spe victoriæ inflatus est, ut cathenas, quibus Romanos vinciret, portaret: sed cum ad manus ventum est, non ea fuit alacritas, nec pugnandi ardor, quæ ante periculum falsa & inani ostentatione jactabatur. Duo enim ejus agmina ne tentato quidem certamine fugam arripuere, cæteri à Romanis circumventi passim trucidati, decem millia passuum cadaveribus atque armis oplevere.

TACIT.
lib. 14.

Britannorum copiæ sub auspiciis Bondicæ, quæ ad asserendum in libertatem populum bellum in Romanos susceperat, passim per catervas & turmas dispositæ contra Suetonium Romanorum ducem, & ad dimicandum paratæ, adeo de victoria securæ exultabant, ut conjuges testes victoriæ secum traherent, plaustrisque imponerent. Cum enim supra octoginta millia in acie starent, ne strepitum quidem & clamorem tanti exercitus, nedum impetum Romanos quorum vix decem millia erant, perluros existimabant: sed cum ad manus ventum est, ferox dictis populus, factis imbellem se ostendit. Perruptis enim à Romanis primis ordinibus, in quibus quicquid roboris erat, Britanni collocarant, cæteri perterriti terga dederunt: quorum tanta strages edita est, ut octoginta millium numerum ferè æquavit.

Bituitus rex Merciorum centum octoginta

12

ta militum millibus stipatus, cum Fabio Romanorum consuli intercedente Rhodano occurrisset, hostes quod numero multo inferiores essent, adeo contempsit, ut vix ad escam canibus, quos in castris habebat, satis esse prædicaret, tumultuarioque ex navibus junctis effecto ponte exercitum traduxit, & ad manus venire contendit. Conserta autem cum Romanis pugna, cum maxima suorum clade victus est. Inclinante enim ad Romanos victoria, dum barbarorum quisque sibi timeret: coacervatis inconsultè agminibus præpopero cursu ad pontem tendant, cujus compages citò dissoluta est, & prægravante multitudine naves demersæ. Persequentibus itaque Romanis, & fugientium tergis instantibus, tanta strages edita est, ut centum & quinquaginta barbarorum millia gladio & aquis perierint.

ORO.
lib. 5.

Eberardus Francorum orientaliū dux, cum adversus Othonem, hujus nominis primum imperatorem, inita cum Henrico Rixoso, Saxonie duce societates conspirasset: multitudine & virtute militum fretus tam certam victoriam sibi despondit, ut Othonem imperiali dignitate se spoliaturum palam jactaret: sed acie cum hoste congressus, vitam, ducatum & regnum, quod jam in manibus habere putabat, amisit.

CŒSPIN.

Ad Dagincurtum in Picardia Galli cum Anglis dimicaturi, tantum inanis fiducia sampsere, ut non de ratione ineundi præ-

lii cogitarent, sed velut parva victoria cur-
rum pararent, quo rex captivus in trium-
pho duceretur. Cum ad manus ventum est,
acriter quidem utrinque concurritur, sed sa-
gittarii Angli Francos equites peditesque
una obviam factos primo impetu gradu pro-
pellunt, dein magna ex illis stragem edunt:
ubi sagittandi facultas adempta, projectis
arcibus adeo impigre rem gladiis gessere,
ut decem millia Francorum in acie caesa fue-
rint, totidem ferè capta, quæ propter tumultum
in castris excitatum postea trucidata
sunt, sexcentis Anglorum tantum amissis.

Polyd.
lib. 21.

Basilii Moscovitarum princeps, cum
Constantinum Rutenum, Polonorum du-
cem cum duobus gravis armaturæ equitum
millibus, levis armaturæ duodecim, & tribus
peditum ad se adventare, prælio decertare
paratum didicisset, & pontem quo Constan-
tinus suas copias traducturus erat inter scin-
dere, equitatum transitu prohibere, aut dis-
junctas copias æquissima conditione adori-
ri posset. Hæc omnia superbe contempsit,
victoriæ spe suscepta, quod triplo majorem
exercitum haberet. Ita ad transeuntes Polo-
nos misso præcone pronunciarî iussit, ne do-
lum, ne insidias timerent, ipsum ea die vera
virtute dimicaturum: sed contracto certami-
ne spes temerè concepta inanis & falsa ap-
paruit. Licet enim Moscovitæ pro victoria,
quam certam & exploratam putabant, sum-
ma animorum contentione depugnarent:

Po.

Polonorum tamen admirabili constantia vi-
cti, amisit è suis septem millibus citatis e-
quis fugam arripuere, & castra hosti diripi-
enda relinquere. IOV. *bij.*
13.

In Perurana regione cum Ferdinandus
Pizarus contra Atabalibam expeditionem
suscepisset, & castris in propinquo collatis
in prælii aleam deveniendum esset: Atabali-
bas, quod innumerabiles traheret copias ad-
eò inani victoriæ fiducia elatus est, ut con-
tempta hostium paucitate, quos etiam pro-
pter continentes & immodicos itineris la-
bores corpore & animo defatigatos crede-
bat, nullo ordine incedere curavit: sed qui
cum tanto hostium contemptu bellum sus-
ceperant, vix inito certamine in scdam fu-
gam conjecti sunt, & rex ipse Atabalibas in
media suorum strage captus est. LEMNI:
us Apollon.
lib. 2.

DE SECVRITATE POST VICTO- riam exitiali.

Preclare ab Egeſſippo dictum: Nusquam
magis cavendum, quam in victoria. Est
enim ut libidinis & insolentiæ plena, ita
negligens & incauta, fiduciaque sui ma-
ximè periculis exposita, quod ob nimiam securitas
tem insidiis hostium nimis pateat, & ad ulciscendū
injurias illos excitet. Ideo peritis ducibus diligenter
cavendum, ne post adeptam de hostibus victoriam

P

militēs suos ocio diffuere, & in nimia licentia & securitate vivere patiantur, & de vltos hostes contemnere: quandoquidem securitas detrimentorum mater est.



M Galli ad Alliam fluvium devictis Romanis insolenter & incaute sine ullis excubiis in castris versarentur: Camillus, qui apud Ardeates exulabat, cum per exploratores rescivisset, Ardeatium juvenuti persuasit, eos in tali securitate facile opprimi posse, si noctu audacter, & composito agmine eos adorirentur. Illis annuentibus, ipsiusque imperio sese submittentibus, in Gallorum castra irruit, quos cum incautos deprehen diffet, nullo negotio oppressit.

*PLUT. in
Camil.*

*LIVIVS
dec. l. lib. 9.*

Sub id tempus quo Hetruscorum legati pacem fœdusque à Romanis petentes, inducias in triginta annos impetrarunt, Romana classis à P. Cornelio, quem senatus maritimæ oræ præfecerat, in Campaniam acta, cum Pompejos appulisset: loci navales ad depulandum Nucerinum agrum profecti, proxima raptim vastarunt, longius progredi non ausi, quam unde tutus ad naves reditus esset: sed dulcedine prædæ allekti ulterius processere, & obvia quæque in prædam vertere. Hoc facto hostes excitati, illos incomposito agmine redeuntē adorti, multis interfectis omni prædæ exuere, quæ superfuit cædi trepida multitudo ad naves compulsæ est.

Gal.

Galli Brenno duce cum Getarum Tribalorumque copias fudissent, & Antigoni vacua castra occupassent, victoria insolenter exultantes, ita hostes contempserunt, ut sine ullo militari ordine ad diripiendas naves inconsulte processerint: remiges ab iis adjuvi, qui ex fuga eò se receperant, illos nihil metuentes audacter invaserunt, & in prædæ complexu trucidarunt. Tanta ibi Gallorum, qui ante prælio egregie vicerant, cædes fuit, ut Antigono acie devicto, hujus insperatæ victoriæ fama non à Gallis tantum, sed à finitimis etiam pacem extorserit.

*IVSTIN.
lib. 25.*

Pub. & Cn. Scipionibus fratribus cum suis exercitibus à Pœnis in Hispania deletis, L. Martius eques collectis ex fuga militibus, & nonnullis qui relictis erant ex præfidiis, hæud contemnendum exercitum conflavit, seseque castris communiit. Tunc Asdrubal Gisonis, qui ad reliquias belli delendas Iberum transferat, ad oppugnanda ipsius Martii castra accessit, ratus Romanos victoris exercitus conspectum non laturos. Sed cum illos impigre arma capere, & defensionem parare vidit, pedem referre, quam munito in loco præferoces hostes lacessere maluit, sperans etiam eos post suum discessum à castris exituros, & tunc dimicandi facultatem non iniquam dari. Cum autem neminem insequi vidit, metu substitisse Romanos propter nuper acceptas clades credidit, & nihil quicquam ab illis hostile reformidans in castra rediit, neglecta

P. 2

pro disciplina militari custodia. Exploratis
iis Martius ad ea oppugnanda noctu profe-
ctus, cū stationem nullā pro portis, nullā in
vallo custodiā invenisset, velut in sua castra
nemine obfistente penetravit. pars semisopi-
tis hostes cædūt, pars stramenta, & alia ignis
fomenta tectis injiciunt: pars ut fugā perter-
ritis intercludant, portas occupant. Ita Pœ-
ni cū commodē ad signā coire non pos-
sent, & nullum ad salutem effugium patē-
ret, ad unum omnes circumventi, cæsiq̄ue
LIV. dec.3 sunt. eodem victoriæ cursu ad alia Pœnio-
rum castra nō procul distantia Romani mi-
lites ducti sunt, ubi neglecta solutaq̄ue om-
nia invenerunt: quibus nullo negotio etiam
potiti sunt.

Cn. Cornelius Scipio à fratre cum classe
in Gallia relictus, ab ostio Rhodani ad Ibe-
rum flumen usq; maritimam oram omnem
partim renovandis societatibus, partim no-
vis instituendis ditionis populi Romani fe-
cit. Maritimis rebus ex voto compositis, ad
mediterranea duxit exercitum. Vrbes par-
tim deditione, partim vi capit. Hanno ab
Annibale ad eam regionem tuendam reli-
ctus, cū Scipionis impetum cohibere, ejus-
q̄ue victoriæ cursum reinorari conaretur, in
prælium descendit: in quo victus est, & cum
collega captus. hac re comperta Asdrubal, I-
berum statim transgressus, cum universis
quas habebat copiis adversus Romanos mo-
vit. Eunti nunciatur Romanos milites, na-

va-

valesq̄ue socios insolentia victoriæ securos
& negligentes per agros sparsum vagari.
Hanc bene gerendæ rei occasionem Asdru-
bal non prætermisit, sed cum octo millibus
delectorum peditum, & mille equitibus ci-
tato gradu eo profectus, magnam Romano-
rum partem concidit, reliquos se ad naves
recipere compulit.

M. Antonius cū prope Mutinam ur-
bem contra Pansam consulem victoriam a-
deptus esset, Hircius Pansæ collega intelle-
cta sociorū clade, cum integrā legione pro-
peranti passu ad hostes contendit. Iam sol
ad occasum vergebat, & Antonii milites de
victoria exultantes, & de nulla re solliciti, o-
vantibus similes, cum cantu in castra redi-
bant, quos inordinatē & incompositē velut
in maxima securitate incedentes Hircius ad-
ortus, facillē fudit ac fugavit.

Nasamones ob violentas Domitiani exa-
ctiones à Romanis cū descivissent, Numi-
diæ prætorem Flaccum collatis signis cum
ipsis congressum ita vicerunt, ut ejus castris
fuso & fugato exercitu potiti sint: in quibus
cū præter alia cibaria vini copiam reperis-
sent, nullo reformidato ab hostibus periculo,
epulis & vino se impleverunt, & somno
gravati quieti se dediderunt. Qua re per ex-
ploratores cognita, Flaccus properē in ca-
stra rediit, & in victores hostes gravi impetu
facto eos internectione delevit.

Imperante Byzantii Romano Lacapeno,

P 3

POLYB.
lib.3.APP. b. ci
vil. lib.3.ZONAR.
an. to. 2.

Bulgari excursionē facta, usque ad Theodoræ Augustæ palatium pervenerunt, quod incendio cremarunt. Sancticius vigiliarum præfectus imperatore hortante, eruptione facta, eorum castra ingressus est, omnesque obvios sine delectu trucidavit: sed cum castris diripiendis intentus nihil minus, quam de pugna cogitaret: Bulgari, qui prædatum in agros exierant, intellecta suorum clade, properè in castra redeunt, & Byzantinos inordinatos, & propter victoriam securos conferto prælio fundunt. Sancticio eorum duce graviter saucio, & vix suorum ope per tumultum elapso.

ZONAR.
an. tom. 3.

Constantinopolitani, imperante Michaele Paleologo, sub Ioannis Epiri Despotæ auspiciis, cum bellū adversus Thessalum Sebastocratorā movissent, & in ipsius regionem cum iusto exercitu irrupissent, ille quia viribus inferior erat, prælii aleam omni arte vitavit: & hostibus cedens ex uno loco in alium secessit, donec ad Patras munitissimum castellum cæteris amissis compulsus est. Vbi tam arctè obsessus, ut exitus omnis præclusus fuerit, & nullus ad intromittenda auxilia parèret aditus. Byzantini victoriarum successu elati, securi in castris degebant, nihil hostile à quoquam metuentes, ita ut alii prædatū ad fines usq; Achæorum, alii venatum irent. Thessalus animadversa hostium securitate, atram noctem delegit, qua demisso per mœnia fune in eorum castra descendit, lacris &

for-

fordidis vestibus indutus magna voce velut amissum equum queritans. Ita pro lixa & calone habitus, & in densis tenebris nemini notus impunè castra transiit, & ad Athenarū ducem foederatum & amicum abiit: à quo eum quingentos delectos milites accepisset, NICEPH. magna adhibita celeritate in hostilia castra Gregor. pervenit, priusquam de ejus profectioe aliquid fuisset auditum. Eo ingressus tanta trepidatione & tumultu omnia implevit, ut aliis aliò diffugientibus penè sine vulnere castris potitus fuerit, & suos obsidione liberavit.

In Trojanis campis cum Veneti adversus Turcas pluribus horis æquo Marte dimicassent, tandem Turcæ in fugam versi sunt, eorum castra capta ac direpta, castellaq; circa urbem ab illis erecta eodē impetu expugnata. Sed dum Veneti prædæ intenti temerè S. A. B. em. dispalatur, subita impressione Turcæ in Venetos feruntur, quos facile, ut nihil de pugna cogitantes cædunt & fundunt. 10. lib. 7.

Franci Carolo Blesio duce, victoria insigni de Ioanne Monfortio adepti, cum quieti & hilaritati se dedissent, ut qui nihil à superatis hostibus metuerent, mediā ferè nocte ab Anglis, qui eodē prælii die sub vespe. FROIS. ram ad Brestium portum appulerant, ex sard. lib. 2. pugnatis & direptis castris, ipso etiam duce capto, in ipsa victoria superati ac debellati sunt.

Nicolaus Picinninus cū juxta Piscariam

adversus Venetos dimicās, prælio superatus fuisset, in animum induxit, Veronam se posse capere, si adhibita celeritate nocte ad moenia improvisus advolaret: itaque re deliberata assumpsit secum militum promptissimos, & properanti passu ad Veronam pervenit. Ibi hostes, qui nihil ab illo, quem prælio victum sciebant, metuebant, facile oppressit: sed cum ejus milites prædæ intenti essent, & ob celerem victoriam nimis exultarent, nullo negotio à Francisco Sfortia superveniente devictus est. Ita eo modo, quo occupata fuerat Verona, recuperata est, securitate & negligentia utrisque exitiali.

MACHI-
au. hist. Flo.
lib. 5.

DE IIS QUI IN ACIE PRÆ CÆTERIS fortiter se gessere.

NON hominum multitudine, neque corporum proceritate, sed animorum virtute rem bellicam metiri & expendere fas est, inquit Agathias. quod commodè & præclare ab illo dictum videtur. Quandoque enim accidit, ut unius fortissimi viri opera retenta fuerit acies, quæ fugam respectabat, hostibus injectus timor, & despondentibus animum vigor redditus. Quam ob causam Romani præclaræ virtutis semper æqui æstimatores, eis qui præ cæteris fortiter in præliis se gerebant, præmia decernebant, aut civicas, militares & obsidionales coronas. Aliæ nationes torquem aureum & dignitatem equestrem fortibus viris in-

te.

testatæ virtutis indicium dederunt. Nec ulla natio reperitur, quæ laudem in summo questam periculo non magni æstimaverit. ut itaque tantorum virorum memoria grata conservetur, & inventus decoris avida ad præclare audendum accendatur: de iis qui in periculosis certaminibus fortitudinis decus egregie pugnando aliis præripuere, hic titulus exempla ostendet.



VIRTUTIS laude David rex Hebræorum plurimum excelluit: ita laudatissimos in re militari viros secum habuit, qui in præliis egregiam præ cæteris operam suo regi navarunt. Iesbaam, qui in una dimicatione supra trecentos hasta quam gestabat, aut interfecit aut sauciavit. Eleazar qui tandiu Philistæorum aciem 2. Sam. 23. dimicando sustinuit, donec deficeret ejus 1. Paral. 11. manus, & præ lassitudine obrigesceret: ita egregie pugnans suorum aciem fugam molientem retentavit, & victoriam magnam peperit. Abisai frater, qui trecentos à nemine adjutus hasta trucidavit. Samma, qui Israelitis in fugam versis solus in medio campo constitit, eumque contra universum Philistæorum exercitum magna illis clade illata egregie defendit. Adino Esemus, qui in uno conflictu ad octingentos sua manu interfecit.

Alexander Macedonum rex etiam ob egregia in præliis facinora merito suspicien-

dus venit. Ipse in prælio ad Arbelam suis
 multitudine hostium perterritos verbis ca-
 stigare, adhortari, monere, prælium quod e-
 languerat solus reparare, exemplo suo alios
 accendere, confirmatisque tandem animis
 invadere hostem jubere, quem acri impres-
 sione facta statim fudit & fugavit. Cum au-
 tem à persequendis hostibus cum paucis in-
 compositis & defessis in castra rediret, ag-
 men Persarum equitum à pugna intactum in-
 eum incurrit. Ille re subita & inopinata nihil
 percussus hostibus obvertit ora, & eorum præ-
 sectum ante agmen equitantem adortus ha-
 sta transfixit, quo ex equo delapso proximum
 illi, ac deinde plures similiter confodit, & ita
 suis pugnando lassus, & multitudine hosti-
 um ferè consternatis animum addidit, &
 vincendi causam præbuit. In oppugnatione
 Tyri, cum in altissima turri inter suos fulgen-
 tibus armis conspicuus unus præcipuè telis
 peteretur, se è prælio non subtraxit: sed egre-
 giè dimicandò fortitudinis laudem omni-
 bus præripuit. multos enim propugnatores
 hasta transfixos è muris deturbavit: multos
 cominus pugnantes gladio clypeoque im-
 pulsos præcipitavit. Cum ad urbem Ambro-
 rum ovanti similis, quòd prælio victor erat,
 advenisset, & urbem defensoribus vacuam
 vidisset, de muro, quam scalis ad motis cepe-
 rat, in plana urbis sine ullo satellite saltu se
 demisit, hostes eum à suis disjunctum con-
 spicati, sublato clamore undique invadunt.

Ille

Ille periculi magnitudine nullo modo per-
 territus, constanter restitit, & unus adversus
 plures acerrimè præliatur: sed cum se mul-
 titudine obrui videt, trunco arboris, quæ
 prope murum ceciderat se applicat, cujus
 auxilio cum diu hostile agmen sustinuisset,
 & jam prælassitudine deficeret: amici ipso
 in tempore supervenerunt, qui tamdiu an-
 cipiti prælio pro sua dominiq; vita dimi-
 carunt, quoad universus exercitus dejectis
 mœnibus urbem intravit.

Pyrrhus Epirotarum rex adversus Ma-
 mertinos in Italia dimicans, cum vulnere ac-
 cepto è pugna excessisset, hostium unus
 præcæteris ferox, procerò corpore & splen-
 didis armis conspicuus, regem, si viveret, ad
 certamen magna voce provocabat. Ille i-
 rà ac dolore ignominia accensus, ne pu-
 gnam detrectare diceretur, in prælium re-
 diit: & barbarum illum assequutus, tanto a-
 nimi vigore & virium firmitate gladium in
 caput adegit, ut per medium disciderit, ca-
 derentque hinc inde dissectæ corporis par-
 tès. Illud admirandum facinus tantopere ho-
 stes exterruit, ut fugientes Pyrrhi copias per-
 sequi desinerent, & illi turmas recolligen-
 di facultatem præberent. Ita ipse solus
 rem perditam restituit, & hosti victoriam e-
 ripuit.

Hujus filius Ptolemæus tanta animi for-
 titudine & corporis robore fuit, ut urbem
 Corcyram præsidio munitam, sexaginta tan-

Q. CVR-
 tius lib. 4.
 9.
 ZONAR.
 tom. I.
 NAVCL.

PLV R.
 in Pyre-
 rho.

tum militibus stipatus oppugnare ausus fuerit, & ceperit. Idem in prælio navali ex scapha cum septem è suis in hostilem triremem insiliens, eam in potestatem redegit. In oppugnatione Spartæ urbis militari gloria percelebris, in mediam usque urbem hostium sibi oppositos ordines perrumpendo penetravit.

IVSTIN.
lib. 25.

In pugna adversus Perseum M. Cato, oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insignitè dimicat, equo delapsus pedestre prælium aggreditur. cadentè enim manipulus hostium circumsteterat. Cùm ad eum opprimendum undecunque hostes advolarent, intrepidus constitit, & invadentes egregiè sustinet. Dum autem procerum quendam acriter impetit, ipsius gladius è manu evolans, in mediam hostium cohortem decidit: ad eum recuperandum umbone clypei se protegens, & viam sibi aperiens, inspectante & admirante utroque exercitu, inter hostilium gladiatorum mucrones se intrusit, recollectoque gladio ad socios cum maximo omnium applausu vulneribus & gloria plenus revertitur. cujus audaciam cæteri imitati, acriter in hostes inveci, ingentem de hostibus victoriam reportarunt.

IVSTIN.
lib. 13.
PLUT. in
Æmyl.

C. quoque Cæsarem pugna animus, & periculorum contemptor admirabilem reddidit, qui sæpius inclinatam aciem solus restituit, fugientibus obstitens, singulosque retinens, & contortis faucibus convertens in

in hostem. Solus in medios hostes sæpenu-merò profiliens, illis terrorem incussit, & suis pugnandi ardorem accendit. Cùm ad Mundam in Hispania adversus Pompeii filios dimicaret, primus in hostem impetum fecit: cùm verò ejus milites ægrè pugnam cafferent, & solus ante ordines ipse pugnaret, ducenta in eum tela coniecta sunt, non tamen retrò movit pedem. Ira ac pudore incitati milites pugnam redintegrarunt, & serò tandem ad vesperam vicerunt, trucidatis hostium triginta millibus: ita maximam victoriam sua fortitudine adeptus est.

Netiras & Philippus de vico Ruma oriundi, in milites decimæ legionis profilientes, cùm Titus Hierosolymâ obsidebat, tanto impetu tantaque vi irruerunt, ut aciem Romanorum perrumperent, & qui se illis opposuerant, omnes in foedissimam fugam verterent.

VELL.
Pat. lib. 2.
APPI. b. c.
vil. 2.
OROS.
lib. 6.

Titus Vespasiani filius, relictus à patre ut Iudaicum bellum administraret, sexcentis propè lectis equitibus comitatus, cùm Hierosolymam obsidere decrevisset, ad explorandum urbis situm processit. adversus quæ audacter præsidium erupit: quod cùm Romanum equitatû intercideret, Titum cum paucis à suis disjunctum intercludit. Ille cùm nullum patere effugium animadvertit, flectit equum, & cum clamore comites adhortatus, ut se vadentem in hostes sequerentur, acrem in eos fecit impetum: vi ad suos

IOSEPH.
de bello
Iud. lib. 3.

IOSEPH.
de bell. lud.
lib. 3.
ZONAR.
tom. 1.

per medios hostes viam patefacere conatus, gladio verò circumfidentes utrinque dirimens; multosque ante ora subvertens super cadentes agebat equum. Omnibus autem certatim eum petentibus, qui ipsius latera stipabant, pugnantès cadunt: orbarus suorum promptissimis nihil animo se demisit, sed per mediam hostium turmam adacto equo petrupit, & in castra incolumis rediit. Bis postea totam legionem, quæ operi faciundo præerat, periculo egregiè dimicans liberavit. In una pugna duodecim hostes peremit. In acie semper inter primos versatus, quo suos ad pugnam accenderet.

HEROD.

Maximinus imperator in expeditione, quæ contra Germanos suscepit, cum ad ingentem vastamque paludem venisset, intra quam Germani se receperant, timentibus Romanis eousque hostes insequi, primus ipse equo insidens, paludem ingressus est, ibique magna vi repugnantes barbaros multos trucidavit. Exercitus pudore confusus, quod solus imperator hostium impetum sustineret, paludem etiam ingressus est: ubi tanta vi pugnatum, ut pauci è barbaris incolumès evaserint, egregiè ante alios Romano principe dimicante.

Cum Cæsarea Cappadocia à Sapore Persarum rege obsideretur, quidam captivus medicus, hostilis truculentiae impatiens, infirmum urbis locum demonstravit, per quem ingressi Persæ in omnes promiscue favierunt.

runt. Civium verò dux Demosthenes audito tumultu properè equum conscendit, quoniam desperatis rebus urbe excedendum putavit. Sed dum exitum quærit, in confertam hostium turbam incidit, qui eum ut vivum caperent, circumsteterunt. Ille adacto in eos equo, gladio, quem tenebat, acriter dimicàs, quâ plurimos prostravit: & vi patefacta via, feliciter urbe elapsus, eorum manus effugit.

Imperante Ioanne Zimisca, Byzantii, Rusi & Scythæ collecto trecentorum millium exercitu Thraciam depopulati sunt: adversus quos Bardas Sclerus, vir strenuus, & egregiè fortis missus est: qui cum parte hostilis exercitus, quem in insidias præcipitavit, prosperè conflixit. Eo successu elatus, cum cæteris copiis iusta acie pugnare non detrectavit: quem cum in medio conflictu suis adæquitantem, & voce factisque ad rem strenuè gerendam eos cohortâtem, Scythæ quidam proceritate corporis præ cæteris conspicuus eum vidisset, citato gressu in eum irruit, acrique imperu gladium in caput vibravit, irritò tamen ictu, quia galeam penetrare non potuit. At Sclerus tanta vi in caput Scythæ gladium impegit, ut barbarum in duas partes disseccarit: quo potentis dextræ ictu attoniti Scythæ fugæ statim se mandarunt, & Græci insigni victoria potiti sunt.

Cum Haraldus, ultimus ex Anglica prosapia, Britannię rex, ad Norvegienses juxta Vylandû flumen castra habètes, profectus: pon-

ZONAR.
an. to. 2.

ZONAR.
an. to. 3.

tem, quo flumen jungebatur, transire vellet: quidam ex Norvegiensium castris miles Anglos repentino impetu ad pontem adcurrentes conspicatus, in primum pontis aditum statim progreditur, ut Anglos transitu prohiberet. Primos itaque qui ad pontem adcurrerant, cædit, aut loco deturbat: sequentes ab accessu deterret. Angli ejus audacia stupefacti, & graviter indignati, quod unus totius exercitus impetum sisteret, dolo ac infidiis aggressi sunt, quem vi superare non poterant. erat pons ligneus, in cujus medio male junctis asseribus, ruinæ satis amplæ patebant. hoc ab illis animadverso, dum alii Norvegiensem in pugna occupatum tenent: unus sub ponte lintre clam vectus, telo inguina perfodit, atque hoc demum pacto vir egregius à nemine adjutus, & hostium multitudine oppressus cadit.

Cùm Federicus Barbarossa ad bellum Hierosolymitanum exercitum duxit, inter viros egregios, quos multos habuit, fuit Alemannus corpore ingenti & invicto robore, qui non procul ab Iconio populares suos longo intervallo sequutus, equum loro trahebat ex itinere fatigatum. Hunc circiter quinquaginta Mahometani viri fortissimi suis stationibus evagati, eum adorti, sagittis undique petierunt. Ille lato scuto protectus hostium impetum securus elusit & contempsit. At unus cæteris audacior concitato equo comminus cum eo manus conferuit, & vibrato

POLYB.
hist. Angl.
lib. 8.

in ejus caput gladio interficere tentavit: sed irritus fuit conatus. At Alemannus hostilis equi anteriores pedes amputavit, & repetito ictu ensē in medium Persæ caput ita impexit, ut eo in duas partes dissecto etiam jumentum tergum, discisso ephippio vulneraret. Id egregium facinus cæteri Persæ conspicati, non amplius Alemannum lacefferent, & ejus iter remorari ausi sunt, sed retrò Nicer. unde venerant abiēre. Ille verò nihil accelerato gradu iter prosequutus, ad castra suorum incolumis pervenit.

In prælio ad Nicopolim à Sigismundo Hungariæ rege contra Bajazetem infelicitert gesto, cùm Galli, qui primi agminis decus depoposcerant refugientibus Asappis, in quos acrem impressionem fecerāt, à Sanzachis reflexis cornibus circumventi essent, & nullo patente ad Hungaros effugio fortissimè, ne inulti caderent, dimicarent: duo nobiles adolescentes, è Picardia oriundi, bis Frois. per transversam hostium aciem cum multa lib. 2. eorum cede equos adegerunt. Tandem verò certatim omnibus in eos irruentibus constantissimè præliantes occubuere.

DE IIS QUI A VICTORIBVS VICTORIAM extorsere:

QVI magno atque infracto animo sunt, finito cum hostibus certamine nulla spes victoria affulserit, sed potius ad hostes

Q

inclinare victoria videatur, non despondebunt animos, cum pertinaci impetu exultantes, & tum de victoria securos hostes proterere, atque in fugam vertere eis liceat, qui in animum inducunt fortibus viris victoriam fugientem retrahere, & a victoribus extorquere non prorsus impossibile: si ab audacia consilium capiant, animoque revolvant, quod est à Procopio dictum: Fortuna ipsa rebus desperatis ad optima queq; & maxima audendum compellit.



HEBANI ad Haliartum contra Lacedæmonios præclaram victoriam adepti, universum exercitum ad eorum urbem ducunt, eam facile se expugnare posse æstimantes: quoniam Lacedæmonii ab omnibus tunc deserti erant. quod illi metuentes, Agefilaum regem suum ex Asia revocant: sed cum huius reditus serus esset, conscribere copias, & hosti prodire obviam coguntur. Deficientibus autem & viribus & animis, Thebanos sustinere non potuere, sed ab illis primo congressu funduntur. Delectis ipsis Agefilaus cum recenti milite, & multis expeditionibus indurato supervenit, qui restaurato prælio hostibus ob rem egregie gestam exultantibus victoriam facile eripuit.

IVS TIN.
lib. 6.

Circa Naupactum cum navali prælio contra Athenienses victores evasissent Peloponneses, undecim Atheniensium naves, quæ præcedebant, declinata in altum fuga
fos

felicitè elapsæ sunt, quas viginti Peloponnesium, quæ pro cornu dextro locatæ fuerant, insequutæ sunt. Cum autem Athenienses Peloponnesios in maxima securitate navigantes cõspicerent, in eos naves reflectunt: quorum impetû Peloponnesii, quod incõpositi, & de prælio nihil cogitantes venerat, sustinere nõ potuere, quin terga dantes in statione suam unde redierat, properanter redeunt: quorû sex naves, quæ propinquiores fuerant, ab Atheniensibus captæ, una demersæ, & quas ab illis Peloponnesii in conflictu ceperant, recuperatæ hostium quamplurimis occisis, nonnullis captis, & ad trephæum & triumphum reservatis.

THEVEX.
lib. 2.

Cum Mithridates Lucullum fugiens in Pontum reverteretur, & Lucullus ob comæatus inopiam retrò redire cogeretur, Fabium, qui ad bellum continuandum ibi relictus fuerat, adgreditur, & contracto cum eo prælio in fugam vertit. Sed Fabio servos, qui in exercitu erant, in libertatem asserente, reintegratum prælium est, & per diem integrum protractum, ubi talis commutatio facta, ut Mithridates multis suorum amissis, graviter faucibus è prælio avectus sit.

APPI. III.
Mithrid.

Commisso inter Pompeium & Sertorium prælio, in quo Pompeius dextrû cornu, Afranius sinistrû, Sertorio oppositus, regebattacidit, ut Sertoriani, qui contra Pompeium stabant, cum hostile imperum sustinere nõ possent, languidius pugnantes fugâ respectaret:

quo audito Sertorius, dextro cornu, quod ipse regebat, promptissimis ducibus commissis ad suos nutantes celeriter accurrit: quibus in ordinem reductis tantum fiducia indidit, ut Pompejanos iam victoria exultantes acriter invaserint, ac effusam in fugam verterint, ipso Pompeio vix ex illorum manibus elapso. Afranius autem Sertorii discipulus, suum audacior factus, tanto impetu oppositam sibi aciem aggreditur, ut eam in fugam verterit, & ea parte praelii superior evaserit. At Sertorius à Pompejano cornu victor rediens, Afranios dispersos adortus facile superavit.

PLUT. in
Sert.

Cum apud Lingones in Gallia quietus ageret Constantius, nullum tumultum bellicum metuens, quod de hostium adventu nihil audiverat: Alemanni magno & repentino impetu irrumpunt, eumque imparatum adoriuntur, quem in fugam facile vertunt. Is suis dispersis, & in diversa abeuntibus ad proximam urbem fessus & anhelus se recipit. Sed cum urbis portæ ob metum hostium occlusæ essent, & tergo instantibus hostibus commodè aperiri non possent, demisso fune ad summa incenium attolli coactus est, ut persequentium manus effugeret. In urbe receptus robur suorum, qui eò paulò antè confugerent, arma capere ad talem ignominiam abolendam, & cives ut suppetias ferrent, hortatur. Cives omnem operam pollicentur, & milites, ut se in hostem ducat,

ex-

exclamant. Ita apertis portis ex composito erumpunt, & hostes nihil à parte ritis metuentés in effusissimam fugam convertunt, eorumque ad sexaginta millia trucidant.

ZONAR.

an. to. 2.

POMP.

Lærus.

Clodoveus Francorum rex, Alemannis indicto bello, quod Sicambri suis fœderatis infesti essent, ad Tilbracum oppidum hostes obvios habuit, cum quibus rem ad praelium deducere properavit: in quo Franci & Sicambri primo impetu fusi fugatique fuere: sed cum in fuga nihil opis, nihil salutis inesse putaret, ingenti animo relictis copiis aciem repararunt, & egregiè pugnando Alemannos victores in fugam cum maxima clade, ocisoque eorum rege, verterunt.

ÆMYL.

lib. 1.

Mortuo Philippo Vicecomite Mediolanensium duce, quum illi se in libertatem asservissent, Rainaldus Gallorum dux ab Asta suæ ditionis urbe: Alexandrinum agrum hostiliter invasit. Coleonem Bergomatem maxime idoneum, qui Gallis resistere posset, rati Mediolanenses, cum parte copiarum eum proficisci jubent. Conserta est ad primam hostis conspectum pugna maxime atrox & cruenta apud oppidum Coscum, in qua Galli primum victores cum in captos & deditos se virent, gravi ira succensus Coleo conglobatis alis in hostes inexpectato irrupit, fusoque prostravit, sic ut magna eorum pars interficeretur, & Rainaldus captus vix supplex salutem impetraret.

IOV. ELOG.

2.

Crumus Bulgarorum princeps, conserto

Q 3

cum Leone Armenio praelio, Græcos in fugam versos dissolutis ordinibus insequutus est. Imperator editiori loco hostes inordinatè suos, qui fugiebant persequentes conspiciat, rem non planè desperatam animadvertit. Fugam itaque suorum properè sistit, aciemque reparat, ac barbaros fortiter adgredditur, quos subita conversione perterrefactos, & securitate victoriæ dissipatos maxima ex parte cædit, & multos capit. Nec multum abfuit, quin ipse Cræmus sagitta ictus, equoque delapsus interiret, in fatellites conglobati scutis protecto, & recenti equo imposito fugam aperuissent.

ZONAR.
an. 70. 3.

DE IIS QUI AB HOSTIBVS IN DESPERATIONEM CONJECTI, VICTORIAM EX INSPERATO REPORTARUNT.

NON immeritò Aristidis Atheniensis consiliū laudatur, qui post Salaminā victoriam deliberantibus suis de toto belli negotio, pontē, quē Xerxes iunctis navibus in Hellesponto fecerat, dissolvi & rumpi vetuit, ne in Græcia inclusus potentissimus exercitus animadverso periculo sapiens forteq; consiliū sanis animis admitteret: & quod ad suos remeandi potestas non daretur, nisi victoriā dūce, semper ad pugnam paratus ac

exped

expeditus esset, & necessitas virtutem accenderet. Nihil enim, Iosepho teste, in bello necessitate pugnantius: & jure quidem illis obvenit calamitas, qui nullam miseris clementiam exhibent, quæ tutum iter ad laudem & decus ostendit: sed inimiti vindicta famam extendere gestiunt. Omnis quippe bono indignos se ostendunt, qui cum huberem gloriam, & turam assequi possunt, cum invidia & damno persequi malunt. Unde persæpe accidit, ut qui supplices hostes contumaci animi decreto à se rejiciant, quod ad plenam victoriam ambitiosa pugnandi libidine pervadere nituntur, pro gloria dedecus, pro triumpho cladem reportent: & exitium, quod aliis parabant, magno ultore numine recipiant.



CROTONENSES contra Crotonenses bellum gerentes, cum castra castris collata haberent, & numero inferiores (nempe quindecim millia contra centum & viginti) ad pacis condi-

tionem avidissimè descenderent: quas cum ab hoste truci, & multitudine feroci non nisi IVSTIN. si iniquas & intolerabiles impetrare possent, in destinatam mortem conspirant: & dum mori honestè quærunt, feliciter vicerrunt: nec alia victoriæ illius causa reperitur, quàm quòd vincere desperaverant.

Saxones, qui relicto patrio solo, cum Longobardis ad quærendas novas sedes in Italiam, assumptis secum liberis ac conjugibus emi-

grarant, belli prædæque studio alpes adin-
vadendâ provinciam transcenderunt. A Gal-
lis verò cum damno rejecti, non ad Longo-
bardos parum fidos socios redire, sed patri-
am repetere decreverunt: & Suevos, qui jam
decimum quartum annum in Saxoniam ab
indigenis deserta insueverant, inde extrude-
re. Suevi, qui eos, ut peritos militiæ, & bellis
induratos reformidabant, legatos ad depre-
candam pacem miserunt: qui suorum nomi-
ne primùm dimidiam agri, quem occupave-
rant, partem: deinde duas: ad postremum, ne-
rem in prælii aleam devocarent, omnem red-
dere promiserunt, modò in natale solum unde
exierant, remigrandi cum iis quæ agere
ferreque possent, facultas daretur. Sed omnes
has conditiones Saxones superbè aspernati
sunt: unde tantum ex desperatione rabiei fu-
rorisque Suevis injecere, ut cum in aciem
descensum esset, ab eis ad internecionem ca-
si sint.

Nicephorus Constantinopolitanus im-
perator, cum adversus Bulgaros bellum sus-
cepisset, Crumus eorum rex non satis viri-
um se habere existimans, quibus imperato-
ris conatus infringeret, legatos ad fœdus sub
æquis conditionibus ineundû misit. At Ni-
cephorus nullas alias fœderis leges appro-
bare voluit, quàm ut Bulgari eam pecunia
summam, quàm Græci Persis pendebant,
quotannis persolverent. Indignitate rei ex-
acerbatus barbarus, rejectis pacis conditio-
nibus,

NAVCL.
ÆMYL.
lib.1.

nibus, cum Nicephoro, etsi viribus inferior,
quamprimùm congredi statuit. Tanta au-
tem irarum mole in Græcorum castra inve-
sti sunt, ut illos primo impetu disjecerint, &
ad multum spacium insequuti, ipsi imper-
ratorem suos retentare conantem, cum ma-
xima nobilitatis parte immaniter truci-
darint.

Angli, duce Eduardo Vuallorum princi-
pe, cum devastatis in Lemovicibus, Petro-
choriis & Engolis mensibus agris onusti præ-
da Burdegalam reverterentur: in Pictoni-
bus ad Malepertusum Ioannem Franciæ re-
gem, maximis stipatum copiis, habere ob-
vivium, qui eos à suæ ditionis locis ita interclu-
serat, ut nisi victoria duce remeandi domum
nullam haberent facultatem, cum Francis
hostibus hisce conditionibus pacisci volue-
runt, ut liberum illis iter ad suos patèret, &
omnes quos eo bello ceperant, sine precio
restituerent, per septemque annos arma eo
in bello non induerent. Franci, qui ut nume-
ro & loco superiores, jam in manibus victo-
riam se habere putabant, eas conditiones a-
spernati petiere, ut princeps copiarumque
duces omnes carcere se includi paterentur,
aliter revertendi ad suos potestatem nõ dari.
Hujus immanis decreti acerbitas tantum
audaciæ & animorum Anglis in summas
belli angustias delapsis addidit, ut ommissis
pacis conditionibus, ad iniquam prælii a-
leam animos & corpora pararet: in quo tan-

ZONAR.
an. 10. 3.
ÆMYL.
lib. 2.

FROIS.
lib.1.

ta alacritate ac confidentia pauci contra multos (vix enim novem millium numerum implebant, cum Franci quadraginta millia excederent) hostes excepere, ut cum multa strage ipsorum perruptis peditum aciebus, & dispalato equitatu regem ipsum captivum fecerint.

Bello Ligustico secundo Genuenses à Venetis in Corcyrensi portu obfessi, naves omnes Venetis hostibus tradere, si incolumes inde viros abire permitterent, ultrò obtulerunt, quas conditiones Veneti contumaciter repulerunt, petentes ut Genuenses se victorum arbitrio omnino submitterent. Illi, metu in desperationem converso, rem in certamen confestim adduxerunt, & quindecim triremibus insidiis locatis, quæ in medio prælii ardore, cum quisq; suo periculo intentus, hostes summa vi adorirentur, per mediam hostilem classem iter sibi aperire, & in pacatum abire tentant. Cum ad hostes ventum est, ita acerrimè pugnatum, ut qui omnes pacis conditiones respuerat, devicti fuerint: & qui ante conflictum se victos fatebantur, præclaram victoriam adepti sint.

SABEL.
dec. 2. lib. 1.

Ludovicus Flandriæ comes, Gandavum urbem imperata facere detrectantem, cum gravi obsidione premeret: oppidani ad inopiam commeatu redacti, & ab omnibus deserti, missis oratoribus veniam erroris sui suppliciter petierunt, in posterum obediens domini mandatis fore polliciti, si præteritorum

torum memoriam abolere vellent: sed comes, qui eorū rebellionem ulcisci decreverat, respondit, se id demum facturum, cum nudis pedibus, abjectis indumentis, aperto capite funeque ad collum religato, extra urbem ad perendam commissorum delictorum veniam obviam ei procederent. Hoc responso omnes vehementer attoniti, sumptis armis potius in acie fortiter occumbere, quam tam iniquas pacis conditiones recipere decreverunt: & emptione facta adversus comitem diramini rantem, qui tunc Brugis agebat, agmen moverunt. Ille cognito eorū consilio, suos in aciem eduxit, ad eosque progreditur, ac medio fere itinere fit illis obviam: speque plenus quod instructissimas copias traheret, manus prope re conferuit. At illi tanto irarum impetu, & animorum obstinatione certamen inierunt, ut adversas acies statim fuderint, & fugientium tergis instantes cum eis Brugas ingressi sint, vixque comes ab anu paupercula, in cuius tugurium trepidus se receperat, servatus eorum manus evaserit.

FROIS.
sard. lib. 3.

DE IIS QUI RES PRÆCLARAS, SED SVIS REBUS publ. calamitosas gessere.



¶ Ad clavum rerum, sedet, intentissima cura ad populorum, qui sub ipsorum vivunt imperio, commoda respicere debent, illudque præclarum axioma jactiter meditari: Salus populi suprema

lex esto. Cùm autem hoc tanti sit momenti ac ponderis, ut ob rectorum oculos debeat semper obversari, præcipuè cùm de bello gerendo deliberatio suscipitur. Non enim gloriosum aut laudabile admodum est, victoriam vel de infensissimis hostibus reportare, si luctuosa & exitialis vincentibus extiterit. Itaque licet magnanimitatis & fortitudinis insignia exempla multi egregii bello duces posteris reliquerint, cum mulatam tamen gloriam non videntur adepti, cum ipsorum victoriæ suis rebus pub. calamitatem attulerint, & luctu publico, quærelaque civium innotuerint. nam (ut rectè Agathias) una victoria puta & sincera, nihil ab hostibus grave pati.



PYRRHVS Epirotarum rex non sine causa ab Annibale inter illustres & clarissimos belli duces secundo in loco recenseretur.

Pro Tarentinis enim adversus Romanos bellum gerens, duobus præliis victor evasit, & senatum Romanum ad pacem cum eo sub iis quas adferebat, conditionibus faciendam propè impulsit. in Sicilia Carthaginensium potentiam evertit, castrametandi & instruendæ aciei disciplina cæteros duces anteivit: sed ex iis omnibus præclare gestis nihil, nisi calamitosum ad suos rediit. militariibus enim viris patriam privavit, & vicinis exosam, prædæque expositam reliquit.

Alcibiades Atheniensis ob res præclaras terra mariq; multis in locis gestas, magnam lau-

BLVT. in
Pyrrh.

laudem est assequutus. Tanta equidem ejus fuit fortitudo, industria & felicitas in præliando, ut semper ea pars cui adhæsit, victrix evaserit: sed concitatis ab eo in mutuam perniciem Græcis, & attractis Persarum armis, tantis cladibus Græciam patriam suam afflixit, ut parum abfuerit, quin veteri gloria sua spoliaretur, & hostibus præda fieret: ut non abs re dictum fuerit, Si duos Alcibiades Græcia tulisset, funditus illa periisset.

Annibal Pœnus à patre jurejurando obstrictus, ut cùm primùm per ætatem liceret, populi Romani hostem se ostenderet. Iuramenti memor, simul ac reipub. administrationem suscepit, bellum Romanis inferre statuit: ne rupti tamen fœderis culpa suæ genti adscriberetur, Saguntinos Romanorum socios prius adoriri voluit, ut ipsi sociorum causam defendentes, inferre Carthaginensibus bellum viderentur. Hæc solerter & prudenter consulta magno animo suscepit, & feliciter confecit. nam Vacceis, Olcadumque populis in potestatem redactis, & Carpentinis cum sociis ad flumen Tagum magno prælio superatis, Saguntum arctissime obsidet, ac post octavum mensem expugnat. Deinde in Romanos, qui per legatos Carthaginensibus bellum indixerant, arma movet, ac Pyreneorum & alpium jugis totam Italiam feliciter emensus est, partis ad Tresbiam, Trasymenum & Cannas victoriis, summum paventi urbi terrorem admo-

BLVT. in
Alcib.
PH. MEL.
Chron. 2.

IVSTIN.
lib. 29.PLVT. in
Annib.IOV. elog.
I.

vit. Sed in illo victoriarū cursu Italiam relin-
quere coactus est, ut Scipioni in Africa bel-
lū gerenti obstiteter. ubi conferto cum illo
prælio, ita victus est, ut iniquam pacem à Ro-
manis accipere sit compulsus. Sic immensi
ranti ducis labores, & ingens parta gloria pa-
triæ excidium attulere.

Sylla Romanus inter insignes bello duces
non postremum habet locum. res enim ma-
gnas & difficiles gessit. Victoria de Mithri-
date parta, Asiam Romanis tributariam red-
didit: rediens ex Asia Marianos senatus hos-
tes variis præliis debellavit. patria tamen
plus damni, quam lucri ex ipsius triumphis
consequuta est: siquidem Romanus ex-
ercitus militaris disciplinæ oblitus, lu-
xuriæ, inertiae & foecordiae se dedit, & Syl-
lanæ proseriptiones sanguinariae vastita-
tem Italiæ, orbitem & luctum Romæ at-
tulere.

PLVT.
in Sylla.APP. b. ci.
vil. lib. 3.

Richardus ejus nominis primus Angliæ
rex, à magnitudine animi cor leonis deno-
minatus, ob res bellicas maximè celebratur.
Ille cum ad Hierosolymitanum bellum pro-
ficisceretur, vi tempestatis in Cyprum, ejecta
classe tyrannum, à quo lictoribus arcebatur,
& insulam cepit. In expugnatione Ptole-
maidis, quia Angli præ cæteris egregiam na-
varant operam, sua signa Aultrius inde de-
jectis incenibus imposuit. Francorum rege
Philippo ejus expeditionis socio in patriam
reverso, cum totius Christianorum exerci-

tus

tus curâ suscepisset, muros Ptolemaidis cas-
satos, & Alcalonis, Porphyriæque dirutos re-
stituit, Ioppen restauravit, & egregiè muni-
vit, ut Latinorum classes tutam & commo-
dam stationem haberent. In prælio ad Anti-
patrida adversus Saladinum ejus virtus ma-
ximè enituit. siquidem cum in medio pugne
ardore, manu & voce suos accenderet, &
hostili sagitta graviter esset vulneratus, non
dolore vulneris recessit à pugna: sed effera-
tior factus ubicunque frequentissima hosti-
um signa videbat, audacissimè prorump-
bat. Angli illius exemplo accensi, & de ipsius
salute solliciti acerrimè præliabantur: ita, ut
egregiè dimicando suis victoriam aperuerint,
quæ admodum gloriosa & celeberrima fuit.
Cum ad suos redire decrevit, ferocem ho-
stem ad inducias, in quinquennium paciscen-
das coegit. Hæc licet magna & perenni laude
digna censeantur, tamen nullam Anglis com-
moditatem, sed calamitatem ingentem attu-
lere. Dum enim ad suos revertens per Au-
striam iter faceret, à Lupoldo duce captus,
& ad Henricum Augustum ductus duo
deviginti menses in custodia habitus est,
nec antea dimissus, quam centum millia,
& quinquaginta argenti pondo persolverit.
Accessere his domesticorum suorum con-
spiraciones ex ejus absentia abortæ, & Gal-
lorum in Normandiam frequentes irruptio-
nes, quæ multum damni dedere.

Ludovicus duodecimus Gallorum rex

NICER.
POLYB.
ÆMIL.
lib 5.
LILIV.
in Cbron.

multis in bellis exercitatus res maximas, & laude ac præconio dignas gessit. Insubrum imperium eiectione Sfortia suo regno adjecit: Neapolitanum regnum cum Arragonis partitum est: Genuenses antiquam repetentes libertatem, terra marique domuit: Venetos una acie cruentissima debellavit: unde illi Cremona, Crema, Bergomum, Brixiaque ex usu victoriae obvenere. Veronenses, Vicentini, Patavini, Feltrenses, & qui ad Carnicas alpes vergunt populi foederato Caesari Maximiliano deditioem fecerunt: Apuliae urbes, quas Venetus oppugnatas tenebat, Alphonsus Arragonius recepit, & Atestinus Rodigina peninsula potitus, Bononia de Pontifice recepta, Bentiovolis veteribus dominis reddita, egregieque adversus pontificios eam recuperare conantes defensa: veteranae Hispanorum cohortes semper vincere assuetae cruentissimo in praelio ad Ravennam magna ex parte concisae. Haec praeclearae victoriae magnam ei laudem & gloriam peperere, & quia multis utiles & fructuosae longe lateque divulgatae. Sed occiso in Ravennensi pugna Fosseio, qui Gallicum decus cumulatius victoriis maxime evexerat, exercitus duce orbat, & ob varia certamina maxime attenuatus, ingruentium hostium, qui undiqueque ab irato pontifice in Gallos excitabantur, acerrimos & repentinos impetus sustinere non potuit, sed ex Italia eiectus est. Ita quae longo tempore & maximo cum labore

labore a rege quaesita erant, brevi momento perire. nec hoc successu contenti hostes in regni penetralia infestis armis pervasere cedere & metu omnia complentes: unde ad pudentiam pacem rex, quo suis populis consuleret, adductus est: Nec tantum ad Gallos Ludovici subditos infelix casus pervenit; GVICCI! sed ad ipsorum etiam socios: quandoquidem Navarrus regno eiectus, & Scotus praelio Io. v. biff. cum maxima Scoticae nobilitatis parte occisus, suis luctuosam Gallici foederis in memoriam reliquere.

10. & 11.
in vitis al.
Jons. Arest.
Consal. P. 7.

DE LONGIS OBSIDIO- NIBVS CIVITATVM.

In longis civitatum obsidionibus utrinque magna constantia spectanda proponitur; ac animi magnitudo apprimè laudanda. In obsidentibus quidem, quod omnes militiae labores patienter per longum temporis spatium sufferre, omniaque pericula intrepido animo subire decreverint; ut victoria potirentur: in obsessis vero; quod omnia belli incommoda pati potius, quam libertate infensis hostibus prodere; donec aliqua spes evadendi affulgeret, voluerunt: sed obsessorum iniquior conditio rite censetur; quod omnia tentantibus, ut libertatem tuerentur, fortuna non respondet, sed in exorabili decreto victorum insolentiae tradiderit, cum exitiabili patientiae laude. Itaque qui in grave obsidionis periculum incidunt, diligenter vires suas & alienas expendere debent, ne vanam

R

constantia laudem querentes, extremum exitium sibi accersant, & hostibus decoris parandi materiam praebeant. Quibus autem firmum aliquod praesidium obsidione premere, & ad deditiorem compellere decretum, propter damna tediumque moram, nequam quam ceptum abrumpant. nam qui vi & impetu frangi non potuerit, constantia assiduisque laboribus eos debellari per sepe contingit, sicuti est a Livio praecelae monitum: Perseverantia in omni quidem genere militiae, sed maxime in obsidendis urbibus necessaria est, quarum plerasque munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles fame siti que tempus ipsum vincit, neque expugnat.



ARBACES Medus cum duobus praeliis Sardanapali copias fuisset, ipsum in Ninive urbe obsedit. Oppidani autem cum omnia ad obsidionem tolerandam necessaria haberent, in maxima securitate conatus hostium omnes facile contemnebant, vel ob id quod responsum ab Oraculo progenitoribus datum fuerat: Nunquam urbem capi posse, nisi cum fluvius hostis urbi fieret: quod cum nunquam futurum existimarent, Oraculum voluisse urbem inexpugnabilem per hoc significare interpretati sunt. Duravit itaque obsidio nihil quicquam ab hostibus invitis metuentibus per integros duos annos. Tertio autem anno continuus imbris supra modum excrescens fluvius, cum urbis partem inundasset, moenia que ad stadia

dia viginti deiecisset: rex existimans tempus Oraculi advenisse, ne in hostium potestatem urbe capta deveniret, pyram ingentem in regia extruxit: in quam cum universam gazam imposuisset, & in medio, uxores atque eunuchos inclusisset, se cremandum cum illis in flammam injecit. Hostes audita regis morte, per muri ruinas ingressi, urbe possunt.

Psammetichus, qui in Aegypto quatuor & quinquaginta regnavit annos, per undetriginta magnam & opulentam Syriae urbem tam pertinaciter oppugnavit, donec expugnaret. Haec est Azotus, quae diutissime inter omnes urbes obsidionem sustinuit.

Vejorum urbs amplissima & opulentissima, Hetrusci nominis, decem estates hyemesque continuas circumfessa, cum obsidentibus Romanis varias clades intulisset: tandem urgente fato, operibus, non vi expugnata & capta est.

Troia etiam per decennium a Graecis obsessa, & variis oppugnationibus tentata, cum vi expugnari non posset, dolo capta, & crudeliter excisa est.

Attila Hunnorum rex, cum Aetii virtute non sine multa suorum strage a Galliis repulsus fuisset, reparatis post aliquot annos copiis, per Carnicas Alpes in Italiam praedabundus sese effudit. In limine autem, cum Aquileia celeberrima tunc civitas portas non aperiret, eam per triennium obsedit, quam fame perdomitam tandem cepit atque delevit.

DIODORUS
Sic. lib. 2.

HERODOTUS
lib. 2.

LIV. DEC.
lib. 5.

DARES
Phryg.
OROS.
lib. 1.

IOANNES
Marius.

P. DIAC.
de reb. Roman.
lib. 4.

IO. V. ELOG.
lib. 4.

Sarraceni Leone Isauro Byzantii imperante, sub Masgaldæ & Solymani fortissimorum ducum auspiciis, ipsam urbem triennali obsidione terra marique indefinenter fatigarunt: sed cum eorum castra graviter peste fameque infestarentur, obsidionem solvere, & re infecta discedere coacti sunt. Cum autem civitas eorum discessu gravi metu ac periculo liberata sit, tamen à tunc & peste maximam accepit in ea obsidione cladem. perire enim è civibus supra trecenta millia.

PAVLVS Antea Severus per integrum triennium obsederat, in qua obsidione cives cum præsidariis, qui Pescennii Nigri partes sequebantur, tantum inedia pertulerunt, ut omnibus cibariis consumptis carnes humanas devorarent. Domita fame civitas tota planè diruta, & in vici formam redacta.

ZONAR. *tom. 2. et 3.*
HEROD. *lib. 4.*

Alboinus Longobardorum rex, cum Insubres ferè omnes ejus imperio parerent, & Ticinenses collecto abundè comæatu, libertatem tueri decrevissent: eorum urbem cum validissimis copiis obsedit. Oppidani magno regis apparatu & numeroso exercitu nullo modo perterriti, alacriter ad defensionem se pararunt, omniaque obsidionis incommoda per quadriennium constanter pertulerunt: quorum pertinacia ita Alboinum exacerbavit, ut universum Ticinensem populum cum voti compos fieret, se gladio delendum juraverit. Vrbs tandem necessitate ad deditionem adacta, victorem exercitum

in.

intromisit. Cum autè rex ob gravia damnaquæ in tam longa obsidione à civibus accepta, nulli ætati nec sexui parcere vellet, à **PAVLVS** tam atroci decreto miraculo cohibitus est. *diac. de reb. gest. Long.* quous enim quo vehebatur, in medio portæ concidens, nec calcaribus extimulatus, nec **NAVCL.** virgis cæsus, erigi potuit, donec mutata sententia præteritorum veniam deditis largiretur.

Cum Bajazetes Byzantium cum exercitu pergeret, circumjectum agrum dira vastitate afflixit, suburbanaque omnia diripuit. **BAPT.** Postea gravem obsidionem instituit, quæ cum bis fuerit intermissa, per decennium duravit.

Cum Amurathes Turcarum imperator Mysiam invasisset, urbes & oppida non diu tanti hostis impetum sustinere potuerunt, sed partim vi capta, partim metu dedita sunt, quod aliorum exemplis, ut sibi in tempore consulere, appositè monerentur. at Novomontani fidei erga principem, & avirtutis memores, omnia belli incommoda potius pati, quàm dominum mutare delegerunt. Quadriennio itaque summa constantia obsidentem hostem, & variis modis ipsorum excidium molientem pertulere: sed inedia tandem victi, cum Gregorio principis filio deditionem fecerunt.

Omnium autem obsidionum nostræ partiumque memoria longissima castelli Assasfinorum obsidio est. præsidarii enim per vi-

HAITHO
nius de Tar
taris.

ginti septem annos à Tartaris obsessi obti-
natis animis deditioem facere recusarunt.
Hanc autem ab illis vestium defectus expres-
sit, cum eos nudos incedere, & ante hostium
oculos miserimè observari dispuderet, ma-
luere pertinacem finem imponere, quàm ex-
cidium sibi accersere.

DE VICTORIIS CE- LERITATE PARTIS.



*I*n bello certa quadam & perpetua lege
prescribere velle, quid factu sit opus, in-
sani hominis esse videtur, sicut experis-
entissimi ducis Annibalis responsum ad
Antigonum demonstrat. Is cum interrogaretur quid
de Phormione philosopho sentiret, qui de aciebus in-
struendis coram illis prolixè disputarat: respondit,
Se nunquam vidisse magis delirum senem, qui de re sibi
inexperta tam confidenter differere & pronunciare
auderet. Veruntamen usu comprobatum est, celeritatè
in bellis maximum habere momentum, & quod alios
qui summis viribus vix peragitur, ea commodissis-
imè vel parva manu confici solere, sicut rectè Chal-
condyles: Celeritas plurimum momenti ad res præ-
clare agendas habet, ut nihil magis ducem quàm ce-
leritatem & indefessam curam in agendo
& consultando sectari oportet.

CYM



*V*M in apparatu Persici belli
occupatus apud Corinthum es-
set Alexander, nunciatum ei
est, Athenienses, Thebanos &
Lacedæmonios ad Persas defe-
cisse. Horum quia magnæ vires erant, veri-
tus si spacium illis daretur, ut suas copias cum
Persicis jungerent, totus belli apparatus
inutilis redderetur: à tali consilio deterren-
dos censuit, antequàm aliquid tentaret. Tanta
autem celeritate usus est in parando & edu-
cendo exercitu, ut prius ejus vires experti
sint, quàm in eos movisse audirent, & quem
venire non senserant, videre se vix crede-
rent. hunc autem habuit eventum expedi-
ta illius celeritas, ut Athenienses, qui defe-
ctionis authores fuerant, contemptum ho-
stis in admirationem vertentes, missis sta-
tim legatis deprecari sint, nequid in eos du-
rius decerneret, aliisque fœderatis suafores
fuerunt, ut fidem & operam Alexandro eo
in bello præstarent.

Timoleon Corinthiorum, & Ictes Leon-
tinorum tyranni, cum uno eodemque tem-
pore ab Adranitis Siculis, qui diversas fa-
ctiones alebant, in auxilium evocati fuif-
sent: Timoleon numero inferior, cum Ice-
tem castra ponentem conspicatus, non refe-
ctis ab itinere militibus, hostes dispersos sta-
tim aggressus est, quos nullo negotio fudit.
Adranitè cum alterum ducum debellatum esse vi-
deret, & frustra ab illo auxilium expectari, pate-

R 4

factis portis in victoris partes transiêre. Inde arcem Syracusanam aggressus, tam acriter oppugnavit, ut intra quinquaginta dies, ex quo in Siciliam descendit, eam in potestatem redegerit, & Dionysium tyrannum captum in Poleponnesum transmiserit.

C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magistro equitum contra Equos Roma profectus, primo statim congressu eos sub egit, ac die octavo triumphans in urbem rediit.

P. Æmylius Macedonicum bellum, frustra ab aliis antea tentatum, aggressus, tanta celeritate usus est, ut illud in quindecim diebus absolverit & confecerit.

Hannibal Italicum bellum animo complexus, cum multa sibi impedimento fore cerneret, Romanos variis bellis exercitatos, ingêtes copias ei opposituros ex alpebus descendenti, alpes inaccessas, & à feris gentibus infestas, quæ occupatis montium claustris eum transitu prohiberêt: prævenire hostium consilia, eorumque ornatus evertere celeritate decrevit. Nulla itaque requie militibus data, à Pyrenæis montibus ad alpes novem dierum spacio continuato itinere pervenit: & quinto post die ad plana Italiæ triduo tantum in ascensu alpium, biduo in descensu consumpto. Ita in Italia conspectus est, priusquam à Pyrenæis movisse planè comperitum esset, & omnes adeundæ Italiæ diffinitas cultares sua celeritate superavit.

C. Cæsar, qui rebus bello gestis, omnes

Ro.

Romanos duces facillè anteivit, una maxime celeritate in adipiscendis tot amplissimis victoriis usus est, sicuti ille ipse testatus est. Interrogatus enim, quomodo res tantas adeo foeliciter peregisset: respondit: *τῶν δὲ ἀποβαλλόμενον*, quæ sigillatim consideranti facillè patebunt: Viennæ Allobrogum nactus equitatum, neque diurno neque nocturno itinere intermisso, per fines Hæduorum in Lingones contendit, ubi duæ legiones hibernabant, ut siquid contra suam legionumque salutem ab Hæduis, dubiis tunc amicis, iniretur, consilii celeritate præverteret. Quamocysimè itaque facto itinere Ambiorigem, quem suspectum habebat, incautum & imparatum oppressit, priusquam ejus adventus fama & nunciis adferretur, ita ut ipse omnibus amissis impedimentis, per tumultum in equum sublatus, vix persequentium manus evaserit, nec in apparatu belli, quam in educendo exercitu minus diligens fuit. Cum ad civile bellum naves longas numero duodecim Arelate facere instituisset, eas absolvi & instrui in diebus triginta, ex quo materia cæsa est, curavit. Cum senatus Pompeium centum & triginta militum millia ex Thessalis bellicosissimis populis cogere, & ex finitimis nationibus fortissimos quosque deligere jussisset, pecuniasque ad id bellum quascunque haberet, in publico contulisset, & privatas, si publicè deessent, promississet: Cæsar in celeritate & audacia potius quam

R 5

PLUT. in
Timol.

LIV. dec. I.
lib. 9.

LIV. dec.
5. lib. 4.

APP. I.
in Illyr.

OROS.

CAES.
Com. 6. &
7.
APP. b. ci.
vil. 1. & 2.

in apparatu & potentia spem ponens, quinque duntaxat militū millibus stipatus, tam ingens bellum aggreditur, primoque impetu hostes fugam urbe deserta capessere, & mare trajicere coegit: tota hoc pacto Italia in potestatem redacta, ad reliquias Pompejani exercitus, quæ in Hispania erant, è Roma in viginti septem diebus pervenit: & post aliquot dies prospero ad Cordubam facto prælio, nulla militibus requie concessa, urbem in quam Pompejani fugerant, obsidet, quam sequenti die capit.

Rhogandus Forojulienfium dux, cum à Francis defecisset, exercituque coacto se duces iis, qui rem Longobardicam salvam vellent, quorum undique ad eum magnus confuebat numerus, præbuisset: nihil æquè rem Francicam adjuvit, ac expedita celeritas. Equites enim cum levi armatura à Carolo Magno præmissi, Rhogandum ad dimicandum compulerunt: qui cum in pugna trucidatus esset, hostes cum non haberent, pro quo pugnarent, in effusam fugam se dedere, & nihil postea moliti sunt.

Cum Claudiopoli Turcæ obsiderent, oppidani nisi maturè auxilio mitterentur, deditiōnem se facturos, nuncio ad Manuelem Comnenum imperatorem Græcorum misso, significarunt: ille non cunctandum ratus, postridie eius diei summa celeritate ad eos contendit. ut prope urbem veterum est, adventu eius ex vexillis cognito, ne cum duplici

ÆMYL.
lib. 2.

plici hoste sibi imparatis, & de præda nihil cogitantibus res foret, relictis castris celeriter fugæ se mandarunt. NICET.

Nevilleius Vuaricenfis comes, è Gallia cum exiguis copiis in Angliam reversus, tanta celeritate affluentibus ad eum undique amicis in gerendo bello usus est, ut totam Angliam diebus undecim fugato rege Eduardo quarto sibi subjecerit. Eduardus postea ex Burgundia, quò se ex fuga receperat, cum exercitu rediens, in viginti dierum spacio amissum regnum recuperavit. ARGENTON. de reb. gest. Lud. undecimi.

Sophus Hirmael cum sumptis à Pyrchale regulo auxiliis, Armeniam ingressus, fama magis atque hominum benevolentia, quam viribus brevi paternam ditionem recepisset, & Sumachiam vi captam hostiliter diripisset: repentino ad Taurisum adventu Alvanthem Persarum regem urbe excedere, fugaque Scyras petere coegit: ubi cum magnas equitum & peditum copias coegisset, ut Sophum Tarvisio, totaque sua ditione expelleret, sui famam celeritate prætergressus, Sophus ad hostes contendit, quos imparios adortus, occiso eorum rege profligavit, & ex usu victoriæ totum Persidis regnum sibi vendicavit. IOVIVS hist. 13.

DE VICTORIIS MO-
RA ET CUNCTATIO-
NE PARTIS.

QUI in bello inferendo acerrimos impetus habent, obvia quaeque proterentes, & quamprimum rem ad certamen deduces re conantes, etsi in vitæ virtutis æstimetur, & in conflictibus sint admodum formidabiles: tamen sensim labante ferocia, cum resistentes non inveniunt, facile ob luxum & inertiam, quibus intemperanter indulgent, a priore virtute degenerant, & hostibus qui eorum congressum tantopere refugiebant, commutata belli fortuna, præda fiunt. Unde manifestè convincitur, violentiæ hostium nonnunquam cedendum esse: nec temerè cum iis genibus confligendum, quæ impetu maximè valent, ne ferocia addant vires, quæ patientia & mora utiliter vincitur, sicut præclare Iovius inquit: Indomitæ vires, quæ vel gravi impetu sine multo sanguine detrimentoque perumpi nequeunt, plerumque mora utili & tuta cunctatione diffringuntur.

ACEDAEMONII Archidamo duce in Atticam cum infesto exercitu irrupentes, totum agrum infesta depopulatione vastarunt, sperantes fore, ut Athenienses ea calamitate permoti, in pugnam descenderent, & uno prælio controversia finiretur. Pericles verò, qui tunc rem-
publ.

publ. Atheniensem regebat, rem periculosam æstimans, cum sexaginta Peloponnesiorum millibus dimicare, & in unius prælii aleam civitatis libertatem devocare: clausa urbe, præfidiisque firmata, clamores & offensiones hominum parum curans, qui cum hostibus manus conferere cupiebant: & quamvis obscœnis cantibus virulentisque cavillis ejus fama malignè ab æmulis suggillaretur, in opposito nihilominus persistit. Cum autem nullam hostibus dimicandi potestatem faceret, mora & cunctatione eorum impetus elusit & fregit. Illi enim cum nec PLUT. in urbem oppugnare, nec Athenienses ad pugnam Peric. elicere possent, re infecta ex Attica mo-
vere coacti sunt.

Fabius Maximus ad bellum contra Annibalem cum imperio delectus, quod Pœnus militem in armis induratum, & frequentibus victoriis ferocem haberet, minimè cum eo collatis signis confligendum censuit. & licet ejus amici, ut ignominiam vitaret, & adversam de se famam extingueret, à proposito sedulo dehortari conarentur, universi certaminis aleam nunquam subire voluit: sed in munitis semper locis se continens, ejus motus observabat, nec latè vagari ejus exercitum patiebarur. Eo pacto bellum administrans, Annibalis invicti antea ducis acerrimos impetus ita fregit, ut nihil postea PLUT. in priori gloria dignum gesserit, militesque suos Fab. sua cunctatione & patientia sic emollivit,

ut facile postea à Marcello & Scipione viderentur.

Imperante Andronico Comneno Byzantini, Rogerius Siciliae rex magno conflato exercitu terras imperii infestis armis aggressus est: eo quidem successu, ut Dyrrachium littoreum oppidum satis munitum primo impetu cepit, Thessalonicam illustrem urbem terram marique obsessam expugnaverit. Tam ferocibus hostibus celeriter occurrendum Andronicus non censuit, sed mora & cunctatione opus esse, quae violentia frangi solet: & expectandam esse occasionem, quae à securis, & nihil ab hoste metuentibus, saepius traditur. Id consilium ut prudenter excogitatum, ita feliciter illi celsit. quum enim Siculi in aditu neminem sibi resistere viderent, caetera non minus facilia fore arbitrati, copias trifariam, ut late belli metum spargerent, & citius Graeciam sibi succurreret, dividerunt. Aliae quae majores erant, recta ad Byzantium contenderunt: aliae Serranum & Amphypolitanum agrum populatę sunt: aliae cum classe ad tuenda Thessaliae littora & maris imperium retinendum mansere. Cum vero nemo eorum conatibus obviam iret, in animum induxerunt, Byzantium expugnari facile posse, si totis viribus peteretur. Sed cum dispersae copiae in unum se colligere parabant: Graeci in eas, quae circa Amphipolim, neglecta omni disciplina, temere versabantur, ex composito irruere, quas nul-

lo negotio fuderunt. Hoc victoriae proveniit adauctis animis cum aliis copiis, quae animi ferociam, quam in belli initio habuerant, ob nimium luxum & inertiam remiserant, collatis signis configere non dubitarunt: de quibus insignem victoriam reportarunt. Debellatis iis copiis, ad occupata oppida exercitus ductus, quae quod nullum expectarent auxilium, facile recuperata fuere.

NICETI

Angli ad aetnam universi certaminis prompti, temporibus Caroli quarti Gallorum regis, non semel Galliam infestis populationibus vastantes, & incendiis, direptionibus ac omniclade belli Francos ad pugnam provocantes, utili mora elusi & fracti fuere. Sed tunc maxime acerrimus eorum imperus cunctatione repressus, cum decem millia delectę juventutis à Caeto per Picardiam, Campaniam, Burgundiam, Velsiam, Carnates & Turones in Britanniam Armoricam concesserunt. Cum enim in pacato se esse putarent, & fines Armoricae propè attingerent, Bertrandus Gueselinus Comes stabilis, qui collecto ex praesidiis, quae post se reliquerant, satis valido equitatu, eos diu insequutus fuerat: & eousque praelio de industria abstinerat, nihil hostile metuentes, adortus est, quos facile fudit & fugavit. ea mora & cunctatione Carolus Anglorum regi Eduardo acerrimo bellatori utilius resistit, quam qui ante illum collatis signis ipsius vires experiri fuerant ausi.

FROIS-
SAR. lib. 2.

Carolus Quintus Cæsar, cum collectis validissimis copiis bipartito Galliam esset ingressus per Picardiam & Provinciam: rem fortunæ committere periculosum ratus Franciscus Gallorum rex, quod pares vires non haberet, & bellum in sua terra gereretur, Florantium ex Bollionia familia clarissimum duce[m] cum mille delectis legionariis peditibus & tribus quinquagenariis cataphractorum alis Peronam mittit: qui eam à Nansaoi acerrimi ducis & validissimis copiis stipati violentia tueretur, & Memorantium ad Avenionem in vallatis & munitissimis castris exercitum colligere, ac Cæsarem, qui cum iusto exercitu in Provinciam penetrarat, à comætu quantum posset prohibere iussit: addito etiã hoc mandato, ne suos ullo modo Cæsarianos læsere pateretur, nec ab illis provocatos in certamen descendere, quod pugnacissimi duces & milites accerrimi mora & cunctatione, non prælii alea essent cohibendi. Qua ratione Franciscus rebus suis salutem attulit. Nam Nansaois dejectis Peronæ mœnibus, & patrefacto lato aditu, cum bis acrem oppugnationem instituisset, & ab utraque cum insigni suorum clade repulsus fuisset, re infecta in Flandriam unde venerat, redire coactus est. & Carolus à sua classe, quod inde tantum comætus peteretur, discedere non ausus, ulterius in Galliam procedere non potuit: nec hostes ad pugnam provocare, quod eorum vires quo-

quotidie augeri videret, & suum exercitum gravioribus morbis tentari. Ita indomitæ Iovivs Cæsaris vires non pugna, sed utili mora sunt fractæ, & Franciæ regnum ab ingenti periculo cunctatione liberatum. *bellay. v s in Coma*

DE PRAELIIS, IN QUI-
BUS PAUCI AVT NVL-
LI B VICTORIBVS
cecidere.



ULLA sapientia vel virtute, quæ per mortales geruntur, administrari putandum est: sed esse genium, nescio quem, aut fortunam humanam foventem animos ita, ut eod tandem & temerè nescio quo pacto traducant, ubi nulla sit gerendis rebus interpellatio, inquit Procopius. Hinc est, quod nullo propè negotio, & præter omnium opinionem gravissima bella confici per sepe videmus, & memorabilia prælia sine ulla, aut cum exigua admodum jactura victoriam committi, quæ ducum industrie, militumve fortitudine iusto merito imputari non debent, sed faventis fortunæ & effuso indulgentis singulare beneficium æstimari: quæ causæ a quitatem patrocinio complexa, vel miseræ, & diu afflictæ gentis vicem misera, stupendam victoriam laragita est.



AGATOCLES cū apud Syracusas à Carthaginensibus obsideretur, & nec longā obsidionem tolerare, neq̄ acres multas oppugnationes sustinere posse videret: deserta urbe naves conscendit, & in Africam cū iis quas habebat copiis, transit. Descensione facta, ut omnem suis fugiendi spem adimeret, incendere naves iussit: & ut hostes ad pugnam alliceret, incendiis & ruinis omnia vastare cepit. Hanno Carthaginensium dux, cum triginta Pœnorum milibus ei factus obviam, prælium statim commisit: in quo cū ad duo millia ex suis desiderasset, duo tantum milites Agatocles amisit.

In prælio ad Issum Cilicię, in quo Macedones Alexandro Magno duce contra Persas dimicarunt, cū Persarum peditum centum millia, & equitum decem desiderata fuerint, ex Macedonibus pedites triginta duo, equites centum quinquaginta tantum trucidati sunt. ad eò parvo dispendio tam inges victoria stetit.

Archidamus Lacedæmoniorum rex Spartanis copiis & auxiliis Celticis à Dionysio Siculo missis stipatus, adversus Arcades, qui in Laonicam vastabundi irruperant, progressus, in prælium descendit; in quo ita victoria potitus est, ut magna hostium multitudine trucidata, suos omnes incolumes domum reduxerit: & cū in tanto gaudio neno Sparta amicum vel gentilem luxerit, illa

OROS.
lib. 4.

CVRT.
lib. 4.

XENO.
hist. Græc.
lib. 6.

PLVT. in
lib. 3.

PH. MEL.
Chron. 2.

illa pugna *ad anevs mari* nominata est.

Iudas Machabæus in bello, quod pro patriæ & avitæ religionis defensione suscepit, Galaatidem & Idumeam infensis armis pervagatus, cū oppida munitissima multa cepisset, mares omnes interfecisset, reliquam imbellem multitudinē cum ingenti prædā domum abduxisset: votivas hostias cum omnium exultatione pro exercitus incolumitate macavit, quandoquidē in tot conflictibus ne unum quidem ex suis desideravit.

Simile accidit Timoleoni Corinthio, in bello contra Dionysium tyrannū pro libertate Siciliae suscepto. siquidē neminem in eo cecidisse, nec vulnus accepisse, memoriæ mandatum est.

Fabius Maximus Amylianus modicis copiis fretus, centum & viginti millia Celtarum unica prostravit acie, cum quindecim tantum ē suis amisisset.

In prælio apud Plateas, quod Persæ sub Mardonii auspiciis summo conatu edito contra universę Græciæ vires depugnarūt, ē Græcorum exercitu nonaginta novem tantum desiderati sunt, cū ex Persis ad ducenta quinquaginta septem millia prostrata fuerint.

Sylla cum Archelao Mithridatis duce conferta pugna, adeo prosperē conflixit, ut ex suis tredecim tantum desideratis, ex centum viginti hostium millibus vix decem millia in unum se colligerent, tanta fuit & cædes & fuga. Cum triginta millibus ad-

I. Mach. 12.
IOSEPH.
antiq. 12.

PLVT. in
Timol.

ARRIAN.
in Celt.

HEROD.
lib. 9.

versus consulares exercitus ducentorū milium profectus, pugnam conferuit, in qua cum viginti tantum ē suis amiserit, hostium viginti millia cæsa reperta sunt, octo millia capta. In bello sociali Cluentium, ducem hostium, maximis copiis instructum ita fudit, ut ē suis ne unum quidem amiserit.

APP. in
Mithrid.
OROS.
lib. 5.
ABB. Vrs.
NAVCL.

Scipio junior leviorū præliorum successibus elatus, cū in Africa adversus Cæsarem bellū gereret: relicto seorsim Afranio, seorsim etiam fœderatis & sociis, qui castra exiguo inde intervallo habebant, instituit super lacū prope urbem Tapſagum præsidium munire, quo omnibus suis, si hostes urgerēt, refugium foret. Dum in eo est occupatus, Iulius Cæsar, à quo se satis turum propter locorum intercapedinem putabat, loca saltuosa & impedita incredibili celeritate transmisit copias: atque ex Scipionis exercitu alios à latere, alios in frontem adortus, tanto ardore dimicavit, ut fusi fugatiq̄ue facilè fuerint. Eodem cursu victoriæ Afranii castra capta, dein Iuba fugiente, Numidarum castra direpta. Ita unius diei exiguo spacio trinis potitus castris, hostium quinquaginta millibus cæsis, paulò supra quadraginta ē suis desideravit.

PLUT. in
Cæs.

APP. l. b. ci
vil. lib. 5.

Octavius Cæsar juxta littus Sicilię navali prælio victor, tres tantum naves amisit, cum numero pari Sextus Pompeius ad certamen processisset (erant autem utrinque sexcentæ) ex illius autem classe viginti octo naves in conflictu demersæ, reliquæ aut combu-

stæ, aut captæ, aut ad terram præcipiti fuga appellentes, scopulis illisæ, aut sabuloso in vado relictae, septendecim tantum fuga evasere.

Ælius Gallus in expeditione, quam in Arabiam suscepit, juxta Aſtam civitatem cum hostibus acre prælium cōmisit: in quo cum illorum ad decem millia trucidata fuerint, Romanorū quamlevissima jactura fuit. Duo enim tantum milites ea in pugna desiderarunt. In tota autem expeditione non ultra septem hostili manu cecidere.

STRABO
geogr. 16.

Salomon à Belisario in Africa cum imperio relictus, uno in prælio ad quinque millia Maurusiorum trucidavit, nemine ē suis inter cadavera reperto: & Belisarius ipse cum Hunnis, qui ad Byzantium usq; prædabundi excurrerant, congressus, quadringentos interfecit, cæteris in fugam versis, suos autem omnes incolumes reduxit.

PROCO-
de reb. gest.
Græc.

Castriotus Scänderbechus contra Turcas vincere solitus, in Æmathiis campis inito cum illis prælio, triginta millia trucidavit, sexaginta tantum ē suis desideratis.

MARIN.
Scodrenf.

His fœlicibus & portentosis præliis annumerari ritè potest illud, in quo Carolus Martellus apud Turones formidabiles antea copias Saracenorum occidione delevit. Adeo enim egregiè & fœliciter dimicavit, ut eum ex hostibus trecenta septuaginta quinque millia cæsa fuerint, mille tantum & quingentos ē suis desiderarit.

ÆMYL.
lib. 2.
SAB. lib. 5

Menestus ab Emanuele Lusitanorum rege Arzillæ in Africa præfectus, hac gloria belli non fraudandus. Is enim cum Mauros magnas copias coegisse, & magnum provincie damnum populationibus inferre audisset, educto præsidio, adjunctisque ex aliis urbibus, quæ Emanuele parebant, aliquot equitum turmis properè ad hostes contendit: quos cum assequutus esset, tanta vi triplici acie est adortus, ut vix tentato certamine in præcipitem fugam se conjecerint: eos ad octavum usque milliare insequutus, quamplurimos trucidavit cepitque, è Lusitanis nullus desideratus.

OSOR.
lib. I.

DE PRÆLIIIS, IN QUIBUS PLURES E VICTORIBUS CECIDERE.

Pyrhus Epirotarum rex, apud Heralceam Campanie, cum prælio contra Romanos victor magna suorum strage edita evasisset, exultantibus de victoria ducibus, ipsique congratulantibus dixit: Perimus si semel aut bis iterum vicerimus: de victoria non magnopere lætandum judicans, quæ multo sanguine paratur. Hæc sanis animis admittentes rei militaris periti duces, universi certaminis aleam, quantum possunt fugiunt, neque temerè tentare fortunam è reipublicæ commodo esse ducunt, quod incruentam victoriam, ut tutiorem, ita gloriosorem esse censent. quocumque tamen

tamen modo paretur victoria, gloriam & decus adfert. victoribus jactura quantumvis gravi non multum estimata. Nam ut Severus apud Lampridium testatur: In victoria laborem nemo sentit. Itaque qui victores è præliis discesserunt, licet plures in acie amiserint: insignes tamen utilitates capiunt. Metu enim & periculo vacui in loco, quem antea tenuerant in vitis hostibus manere, dubios in officio retinere, & venientes compellere, necessariisque rebus facilius providere possunt. Laudem insuper fortitudinis, & constantie inde reportant, quod ipsos nulla perterrita terruerint pericula.

MARC. Atilius Regulus consul conferto cum Samnitibus prælio, suos ab hostibus loco pulsos, & in fugam coniectos, cum videret fugientes, retentans castra intrare prohibuit, & in pugnam redire, hostibusque ora obvertere iussit. Tum ducis adhortatione confirmati, & gloriæ ardore accensi, alii alios ad strenuè dimicandum hortari, centuriones ab signiferis raptissima signa in hostes inferre, duces, milites, peditem, equitumque vis turmatim ad redintegrandum certamen confluxere. Prima illa impressione à castris hostes repulsi, mox etiam adauctis animis ad commissæ pugnae locum compulsi. Ibi præpediente sarcinarum cumulo ulterius prorumpere non potuerunt: tum verò à fronte urgente

pedite, & insultantibus à tergo equitibus, Samnites latè cæsi sunt, captique ex illis septingenti triginta: occisorum numerus quatuor millia implevit supra octingentos. Sed ea victoria carè à Romanis empta, septem etenim millia & trecenti è suis eo in prælio de siderarunt.

Phocenses commissa adversus Carthaginenses & Tyrrenos navali pugna, ita egregiè dimicarunt, ut penes eos steterit victoria: sed magis sibi quam hostibus luctuosa, nam ex sexaginta navibus, quas ad pugnam adduxerant, quadraginta perière; relique viginti contusis rostris, & fractis armamentis inutiles redditæ, cum fugati hostes multas integras servaverint,

Apud Hesperios de imperio dimicaturi Magnentius & Constantius convenère. alter virtuti suorum confusus, alter numerofo exercitu subnixus: qui cum in prælium descendissent, tam obstinatis animis uterque exercitus depugnavit, ut neuter pedem referre voluerit, donec Magnentiàni ex triginta millibus qui in acie steterant, ad sex millia redacti essent. Victor autem Constantius ad triginta millia è suis desideravit.

Calderanis in campis ad Choim Hismael Sophus Persarù rex cum triginta millibus equitum sine ullo pedestri subsidio adversus Selymum Turcarum imperatorem, qui supra centum & quinquaginta armatorù millia habebat, collatis signis configere ausus est:

est: eo quidem eventu, ut dextrum cornu equitum Turcarum primis cæsis, ac mox aliis atque aliis fufis, profligatisque usque ad subsidia propulerit: sinistram verò cornu ita attenuarit, ut supra tertiam partem Turcæ desiderarint. Asappos præterea, qui in media acie constiterant, magna strage edita protrivit, tormenta occisis eorum magistris & liberatoribus cepit, & continenti cursu ad subsidia usque, ubi Selymus cum Ianizeris erat, pervenit. Sed cum Turcæ tormenta omnia in victrices copias dispoderent, & magnam earum stragem ederent, quadrato agmine ac lento gradu se recipere cœpit Hismael, Turcis relicta victoria, sed ita, ut supra triginta militum millia amiserint, desideratis è Sophiano exercitu tantum tribus millibus.

Idem ferè accidit biennio post ipsi Selymo, cum Campsonem Gaurum Memphiticum Sultanum acie devicit. nam cum Mameluchi vix duodecim millium numerum implerent, innumerabiles Turcarum copias adoriri ausi sunt: sed multitudine superante, ita devicti sunt, ut cum mille è suis tantum desiderarint, in Turcarum partibus tria millia amissa sint.

LIV. dec.
1. lib. 10.

HEROD.
lib. 1.

ZONAR.
an. 10. 2. 3.

POMPO.
Lætus.

CYSPIN.

Io v. hist.

14.

Io v. hist.

17.

DE PRAELIIS VBI
ÆQVATA FVIT
CLADES.



A quisque in bello capessendo justam sibi videtur habere causam, ita presenti animo pugnam inire & continuare solet. æquitatis enim persuasio animi fiduciam parit, & vires conduplicat. Ideo cum adversi exercitus pro jure tuendo vindicandisque injuriis ad manus veniunt: ex æquo æquitati causæ fidetes, sibi ambobus victoriam obventuram pollicentur. sic per amplam spe subnixi in mutuam cædem ruentes, funestum prælii eventum sortiantur necesse est: quia damna & pericula spes eo leviora facit, ut est ab Appiano dictum, & homines in spe ac prosperitate minus labores sentiunt. Ita nonnunquam usu venire videmus, ut prælia magno utrinque ardore cæpta, pari spe virtuteque in multas horas protracta, neutri parti victoriam adjudicent, aut utrique parem cladem importent.



V M Cyrus Persarum rex, & Cræsus Lydiæ juxta urbem Sinopem instructis exercitibus advenissent, crebris velitationibus & tumultuariis præliis alter alterius vires experiri voluit, tandem acris pugna commissa est: in qua cum utrinque multi cecidissent, noctis interventu incerta adhuc victoria dirempti sunt.

Tarquinius Superbum ob compressam

à fi.

HEROD.
lib. 1.

à filio Lucretiam è regio folio dejectum, cum Hetrusci, ad quos confugerat, reducere contendissent, Brutus & Valerius consules Romanas copias contra eum eduxerunt. Cum utrique autem magno pugnandi ardore deflagrarent, statim ad manus ventum est. prælium atrox & acre, diuque anceps & dubium fuit: sed penes Romanos tandem victoria stetit, quod panico terrore acti Hetrusci, relictiis properè castris fugam arripissent. Numeratis interfectorum cadaveribus Tyrrenorum undecim millia supra trecentos reperta sunt, Romanorum uno minus totidem.

Iuxta Naupactum cum viginti quinque naves Corinthiorum adversus triginta tres pugnam conseruissent, diu inter eas summa contentione dimicatum: sed tandem ancipiti Marte discessum, nec alteri alteros insequuti, nec ulli ex alterutris capti. utrique trophæum, quia quod non victi essent, victoriam reputabant, erexere. Iactura propè par

Sabini quod Romanos Marcio Anco regnante ad Feroniæ deæ celebritatem profectos in vincula conjecerant, & legatis eò missis, qui de injuria conquererentur, nihil æqui responderant, bellum in se attraxere. e ductis itaque ab utraque parte copiis, in prælium statim descensum, quod atrox

PLVT. in
Public.
ZONAR.
an. 10. 2.

THVCY.
lib. 7.

& anceps fuit, donec noctis interventu directum fuit. neutro victoria inclinante, sequentibus diebus considerata utrinque caesorum & sauciorum multitudine, non libuit denuo rem armis experiri: sed relictis utrique castris ad sua remearunt. Eodem iterum eventu Lucio Tarquinio regnante, collatis signis dimicantur.

HALIC.
lib. 2.

Romanorum exercitus Sutricum contra Antiates ductus, mox hostes obvios habuit. Cum praelium initum est, utrinque magna caedes fuit: sed cum neutri timoris signum darent, exorta repente tempestas incerta adhuc: victoria dimicantes diremit.

LIV. dec. 1.
lib. 8.

Annibal ex agro Beneventano castra ad Capuam cum movisset, tertio post die quam venit, copias in aciem eduxit. Inito praelio Romanæ acies Numidarum equitum jaculis obrutæ fluctuare cœperunt, donec signum equitibus datum, ut in hostem incurrerent. Cum verò equites acriter inter se decertarent, & ob id praelium periculosum & anceps redderetur: procul visus adventas Sempronianus exercitus, qui utrisque parem metum præbuit. Itaque ex composito utrinque signum receptui datum, neutri parti adjudicata victoria.

Sertorius cum adversus Pompeium collatis signis dimicavit, decem millia ex eo cornu contra quod steterat, trucidavit: scilicet in alio cornu vincente Pompeio, tantumdem penè ipse amisit.

OROS.
lib. 5.

Sa-

Saxones internecino in Francos odio cum ad belli societatem Vuestphalos perduxissent, ac utraque gens à Francorum imperio aperte defecisset, bellum illis indictum, ac exercitus contra eos eductus, brevi que praelio decertatum: in quo cum Saxones praelio superiores essent, majoreque ira pro vindicta, quam Franci pro imperio pugnaret, Francicus equitatus se Saxonum aciei circumfudit: qui ne à tergo circumventi opprimerentur, conversis signis converti viam sibi per medios hostes, multis illatis acceptisque vulneribus fecerunt, ac in castra se receperunt. *ÆMYL. lib. 3.*

Inter Danos & Anglos septies uno in annum Aluredus Anglis & Agnerius Dacis imperabat, pari conditione certatum: pari etiam periculi gloriæque eventu. Idem eis accidit, dum Canutus Danorum rex erat, & Anglorum Edmundus. In septem primis praeliis caesorum numerus non refertur, in 5. & 7. duobus ultimis ad viginti millia utrinque desiderata.

Philippus Vicecomes Mediolanensis cum ad Summam hostes Venetos adeptus esset, instructa diligenter acie, pugnae potestatem fecit: nec detrectantibus certamen Venetis statim utrinque concursum. pugnatum à meridie ad vesperam maximo impetu & ardore. post longam atque acerrimam dimicationem ab utrisque signum receptui datum, & æquo Marte à praelio discessum. Post alia

SAB. en.
10. li. 2. dec.
3. lib. 1.


quot autem annos ibidem, ac inter eisdem prælio iterum decertatum: & cum utraque pars acerrimè depugnasset, neutro adhuc inclinante fortuna signum utrinque receptum datum.

Galli Gastone Foiffero duce, die dominico Christi resurrectioni dicato; prope Ravennam, cum Hispanorum & Pontificiorum copiis confligentes; etsi egregiam de veterano exercitu & Africæ domitore reportarint, pari propè clade affecti fuere.

Ataidius Lusitanus cum in excursione quadam quadringentis equitibus, & turma equitum stipatus, portis Almedinæ civitatis appropinquaret: hostes incautos quos & imparatos aggredi cogitarat, patefactis portis pugnae faciunt potestatem. prælium itaque (quia omnes concupiebant) statim singulari audacia utrinque commissum. Lusitani primùm ab hostibus loco pulsi; dein resumptis animis acriter in eos gradum intulere, sic redintegrata pugna, & in multum temporis spacium protracta, tandem utrinque libenter neutris victoria parta, à prælio discessum.

DE PRAELIIS, QUAE


DIV DVRARVNT.

 Xacerbatis in mutuum perniciem animis, cum adversæ acies sibi invicem occurrunt, prælium atrox & varium, & modò bis, modò illis prosperum & exitiabile comittitur.

IOVIVS
hist. 10. &
in vit. Alf.
Ateft.

OSOR.
lib. 3.

bur, victoriaque magno labore damnoque quaeritur: quod utrinque pars in animum inducat, aut fortiter occumbendum, aut gloriose vincendum, nec hostibus unquam cedendum esse. Hoc autem animi decretum à magnanimitate profectum, ut gloriam & decus respicit, ita securitatem rebus dubiis adferre putatur. Nam (ut Polybius inquit) resistendo & pugnando pauci viri cadunt: inclinata verò acie, versaque in fugam, paucissimi evadunt. Quamvis autem victos damnum & luctus semper sequantur in præliis, quæ diu durant: hoc solatii consequuntur, quod hostibus victoria magno emptâ obtigit, & ipsis nulla infamiae nota inuri potest.

 LEONIDAS rex Spartanorum cum quatuor millibus in angustiis Thermopylarum omnibus Persarum copiis oppositus, ut eos transitu prohiberet, certamen cum iis contraxit longè acerrimum. Persæ cum numero abundarent, indecorum putabant tam paucos sibi iter præcludere, qui per invia atque infesta viam aperire decreverant. Græci causæ & loci æquitate confisi, tantæ multitudinis impetum magno animo sustinebant. Obstinatis itaque animis cum utrinque pugnaretur, certamen per tres dies continuos duravit. quarto cum Leonidas hostes undique circumfusos videret, auxiliares copias, ut subtrahentes se pugnae in cacumen montis evaderent, ac se ad meliores casus serva-

rent, hortatur. Ipse cum sexcentis noctu in castra Persarum irrupit, & à primis tenebris in multam usque lucem cédendo & stertendo incumbit. Sed cùm undiquaque ad eos opprimendos innumeræ copiæ affluerent, circumventi & pugnando defessi, ad unum omnes in mediis hostium castris interiére.

Valde memorabile prælium illud omnium iudicio fuit, quod ad Canusium Annibal cum Marcello depugnavit: per tres enim dies acriter varioque eventu dimicatum est, diuque nutavit fortuna utri victoriæ addicere vellet. Primo die cum pari propè spe usque ad noctem produceretur pugna, & ad neutram partem inclinaret victoria, utrique in castra velut ex composito se recipiunt. Secundo die superior Pœnus duobus propè millibus & septingentis ex hostibus cæsis reliquas copias in fugam vertit. Tertii diei prælium atrocius superioribus fuit, an nitentibus Romanis incommodum acceptum resarcire, Pœnis indignantibus quòd victi Romani partum decus conarentur eripere: sed Romanorum constantia tandem vicit, qui obstinatis animis dimicantes triplicata propè relata clade hostem in effusam fugam coniecere, ex Romanorum exercitu tria millia cecidere, ex Punico octo millia.

In excidio Carthaginiis prout in extremis casibus omnes conatus & vires utrinque adhiberi solent, quia hos desperatio acuit, illos spes accendit, sex continuis diebus ac noctibus

HEROD.
lib. 7.
OROS.
lib. 2.

LIV. dec.
3. lib. 7.
PLUT. in
Annib.

bus pugnatum est. tandem Carthaginenses in tam longa conflictatione suorum promississimis orbat, cæteris vulneratis aut defessis, necessariam deditiorem fecerunt.

Macrinus Caracallâ interempto, ad imperii fastigium euectus contra Parthos, qui ultimum injurias à Caracalla acceptas venerant, cùm expeditionem suscepisset, & obviam illis ne provincias Romani imperii devastarent, processisset, brevi in mutuum conspectum venerunt. Vtrisque autem pugnando desiderio ardentibus statim in prælium descensum. Parthi dolore ignominie & vindictæ cupidine accensi; ferociter depugnabant: Romani ne ab offensis, si vincerentur, graves contumelias paterentur, animosè & fortiter se gerebant, tanta animorum pervicacia uterque exercitus in prælio se continuit, ut uno atque altero die ad vesperam usque continenter sit pugnatum. nox prælium diremit incerta victoria, & quisque suos in castra reduxit. Tertio die iterum Romani & Parthi pari spe atque animo copias è castris in planiciem eduxerunt. Tanta eo die virorum jumentorumque strages facta, ut universus campus cadaveribus stratus videretur, neutri tamen victoria potiti sunt: sed pugna inito novo fœdere finita, redditis captivis, qui fraude ac dolo capti fuerant.

In Catalaunicis campis cùm Attila Hunnus adversus Romanos & Gotthos confligit, tanta utrinque animorum obstinatione,

OROS.
lib. 4.

HEROD.
lib. 4.

DOMPO. & vincendi cupiditate dimicatum, ut à dilu-
culo ad vesperam usq; pugna protracta sit,
nemine gradum referente: post maximã au-
tem stragem (quæ ducentorum millium fer-
tur) nox prælium diremit.

Saraceni Juliano Visigotho hortatore &
duce, cum in Rodericũ in Hispania tunc re-
gnantem arma movissent; & duæ hostiles ac-
cies in mutuum conspectum venissent, sta-
tim prælium atrox & cruentum commissum
est, quod per octo dies continuatum est. In
septẽ primis diebus Gotthi Saracenoꝝ im-
petum egregiè sustinuerunt: octavo verò cũ
duo Vitizæ filii cũ suis agminibus pugna se
subtraherët, Saracenis victoriam pepererũt.

COEL.
Curio Sa.
rac. histor.
lib. 1.

Theodericus Francorũ Austrasianorum
rex cum Irminfrido Thuringorũ bellum ge-
rens, apud Cuniberg in pugnam descendit:
ubi tanta animorum ferocia utrinq; decerta-
tum, ut prælium per biduum dubium & an-
ceps fuerit, tertia die Franci fugatis hostibus
victoria potiti sunt.

ABB. P. 7. p.

Lupus Forojulensium dux contra Ava-
ros, qui Grimoaldi Beneventani partes tue-
bantur, bello suscepto rem ad prælium dedu-
cere festinavit, in quo quatrinduo est cruento
marte, & summa animorum pervicacia dimi-
catum. primi diei pugna Lupianis prospera
fuit: postero die æquo Marte à pugna disces-
sam: tertia luce majore utrinq; vi concur-
sum, Avarisq; ad montes compulsis, eorum
castra ab hostibus capta sunt & direpta: quar-
ta lu-

ta luce Avari novis copiis confirmati, Lupia-
nos adorti sunt, quos interfecto eorum duce 8. lib. 7.
egregiè vicerunt.

Ioannes Hunniades contra Amurathẽ, se-
cundum Turcarum imperatorem in Bulga-
ria inito prælio per triduum integrũ dimica-
vit: primo die ac secundo victoria cessit Hun-
garis, qui Turcas hostes cedẽdo sternendoq;
ad castra usq; compulerũt. At dum Hunnia-
des prospero successu elatus, tertio die Amu-
rathis castra expugnare conatur, Mahometes
filius qui ad proximũ quendam tumulũ
extra aciem se receperat, quadraginta lectissi-
morũ equitum millibus stipatus, Hunniadẽ
paternis castris herentem tanta vi atq; impe-
tu est adortus, ut post ingentem stragem æ-
gre sit cum paucis è periculo ereptus.

SAB. en. 7.
10. lib. 5.

CVSPIN.

Cum Tamerlanes Scythia suas copias, quæ
centum myriades equitum & peditum im-
plese dicuntur, in Armeniam effudisset, Ba-
jazetes Turcarum imperator soluta obsidio-
ne Byzantii cum magnis copiis, ut fines tue-
retur, in Cappadociam profectus est. Per-
venere ambo exercitus ad Stellam montem;
ubi cruentissimo prælio decertarunt, in quo
reciprocante magno æstu urgentium pro-
pellentiumque agminum, victoria incerta
per multas horas instar pelagi adversis agi-
tati ventis, modò hac modò illac iactata,
cum per totum diem vario eventu pugna-
tum esset, inclinante demum solè penes Ta-
merlanem stetit victoria.

IOV. elog.
2.

Pugna ad Mathaream sexto ab urbe Memphi lapide cœpta, & in ipsa urbe redintegrata inter Selymum Turcarum imperatorem, & Tomumbeium Ægypti Syriæque Sultanium, hac parte etiam memorabilis censenda. Ab hora enim quarta ad occasum solis in patentibus campis duravit, nec ulla copiarum pars extitit, quæ diversas pugnae vices alterna sorte non tulerit, adeo victi victoresque mutua atque implacabili rabie efferati pervicacibus animis decertabant: è qua etsi Mamaluchi victi discesserint, tamen nequaquam ob adversum casum animum demittentes, in Memphi egregiè Turcarum imperum diu sustinuerunt: siquidem pugnatum ibi est continenter duobus diebus ac noctibus ancipiti Marte: tertia die Mamaluchi, quamvis numero pauci, & labore atque vigiliis confecti, tanta virtute pugnam redintegrarunt, ut Turcas ad multum spacium propulerint. Turcis autem transfugarum indicio in amplissimam plateam, in qua Mamaluchorum equi strati & frenati cum infirmissimo presidio asservabantur pervadentibus, Mamaluchi circumventi pauci à multis, & fessi à recentibus terga verterunt.

IOVIVS
biff. 17. &
18.

Atabalibas Gynacanæ in Perurana regione potentissimi regis filius, cum post patris fata à fratre Gnascare, qui ætatis prærogativa paternam hæreditatem adierat, Quitonium regnū obtinere non posset, inuito cum intimis & familiaribus consilio armis extorque-

re

re decrevit, quod precibus impetrare nequiverat. Cum itaque bello indicto populabundus ad Tumibanibam usque processisset, Gnascarem cum iusto exercitu advenientem obvium habuit, brevi que in prælium descensum, ubi tribus diebus neutri adjudicata victoria continenter est dimicatum: quarto die Gnascarianis numero superantibus, & in defessorum locum recentes submittentibus Atabalibas magna suorum parte amissa, vivus in potestatem fratris devenit.

LEVIN.
Appollon.
lib. x.

DE PRAELIIS CITO CONFECTIS.



V ad victoriam adipiscendam magni per sepe labores ac periculosi subeundi sunt, ita nonnunquam facili negotio & expedite paratur. Nam plerumque in conferendis præliis accidit, ut vano concepto timore multis concidat animus, nullusque in eis vigor, nullus dimicandi ardor nec alacritas appareat: quò fit, ut facilimam vincendi rationem suis hostibus præbeant, quam ante certamen ininitum difficilem & laboriosam fore crediderant. Itaque qui fortunam experiri statuerunt, non prius in prælium descendant, quam animo sint plane confirmato: quia timidi & ignavi dum nimis anxie mortem & pericula reformidant, ita illis implicantur, ut se extricare non possint, & verissimum esse multis experientis deprehenditur, quod est à Curtio dictum: Efs

T 3

fugit mortem, quisquis contempserit, timidissimum quemque consequitur.

PLVT.
in Amyl.

PVGNA in qua Perseus à Paulo Æmylio devictus libertatem & regnum amisit, tam celeri cursu peracta est, ut cum hora nona pugnæ signum militibus propositum fuerit, decima victoria parta sit.

Tigranes rex Armeniæ cum numerofo exercitu contra Lucullum dimicans, tam celeriter ac facili negotio profligatus fuit, ut caphraeti, quibus primus pugnæ locus datus erat, priusquam iniretur certamen, clamore sublato in effusam fugam se præcipites dederint: quos aliæ statim copiæ dissolutis ordinibus, ac ne tentato quidem certamine, sequutæ sunt. Ita non magno labore tantæ copiæ, quæ insuperabiles putabantur, debellatæ fuere.

PLVT. in
Lucull.

Non majori periculo de Mithridatis filio, Pharnabazo Caius Cæsar victoriam reportavit. nam ne tantillum quidem hostes Romanorum impressionem tulerunt: sed vix hoste conspecto turpissimè terga verterunt. Ideo quo celeritatem victoriæ Cæsar ostenderet, tribus verbis senatui perscripsit: Veni, vidi, vici.

PLVT.
in Cæs.
APP. b. ci.
vil. lib. 2.

Pugna ad Tarrum, in qua Carolus Octavus Francorum rex adversus Venetorum & Insularum copias ipsius in Galliam reditum prohibere conantes conflixit, in quadrante horæ

horæ confecta. Itali enim magna vi & alacritate Gallos adorti adeò fortiter repulsi sunt, ARGENTONUS. ut nec consistendi, nec aciem reparandi potestatem habuerint, sed semel pulsi (tam acriter instantibus Gallis) tantum in fugam salutaris spem posuerint.

Obegninus & Persivus Gallorum duces, cum Ferdinandi Arragonii copias intra Terram novam, & Semenariam prælio decertare paratas offendissent, equitibus levi certamine dispartatis, ita acriter in pedestrem aciem investiti sunt, ut eam totam penè, priusquam Helvetii pedites in unam densam phalangem à fronte hastas inclinarent, perturbarent, & penitus dissiparent. IOV. hist. 3.

Idem Persivus cum Bernardo Sanseverino, qui Arragoniorum partes sequebatur, prope Eubulum confligens, penè sine suorum vulnere semihoræ spacio ita oppositas acies prostigavit, ut sese recolligendi, & certamen redintegrandi nullum spacium habuerint. IOV. hist. 3.

Helvetii contra Tramilium & Trivultium regis Gallorū duces pro Maximiliano Sfortia bellum gerentes, ad Riottam pugna conferta sesquihoræ spacio & memorabile prælium & gravissimum bellum confecerunt. IOV. hist. II.

DE GRATITVDINE,
FIDE ET CLEMENTIA. LIBER
QVARTVS.



Iustitia & fides, quæ
societatis humanæ ar-
ctissimum vinculum
sunt, viam ad veram
& solidam gloriam
pervadendi tutam &
certissimam commonstrant: Nam
cùm virtus omnis nos ad se alliciat, &
simul efficiat, ut eos diligamus, in qui-
bus ipsa inesse conspicitur, gloriamq;
pariat perpetuam: hæ duæ præ cæte-
ris id maximè efficiunt. Quos enim
videmus multitudinis amore teneri,
& omnia sua studia conatusque con-
vertere, ut quâ plurimis prodesse pos-
sint, in quorumque dictis & factis ap-
paret firma & stabilis constantia: eos
omni honore, benevolentia & amore
prosequimur, atque insigni laude ac
præconio dignos censemus. Vbi eos
au-

autem valde diligimus, qui nemini
sunt molesti, & gratiam referre, fidem-
que servare enixè contendunt: ita qui
benignitatis & clementiæ fama gau-
dent, omnemque truculentiam & sæ-
vitiam detestantur, eos tanquam præ-
cellentes viros suspicimus. Summa
itaque ope, ac intentissima cura eos
semper niti decet, qui ad perfectam
gloriam adspirant, ut gratitudinem,
constantiam, fidem & clementiam,
clarissimas virtutes, consecutur: in-
gratitudinem, perfidiam, & vindictæ
cupidinem, tanquam immania flagi-
tia, avertentur.

DE FIDE SERVORVM
ERGA DOMINOS.



M omnes homines natura sint liberta-
tis amantes, & servitatem quantum pos-
sunt avertentur: non facile servos inveni-
as, qui suos heros sincero amore prosequan-
tur. Nemo enim (Curtio teste) ei satis fidus, quem
metuit. non possunt autem heros non timere servi,
cùm in se videant vitæ necisq; habere potestatem,
quo itaq; ravior servorum erga dominos firma fides
reperitur, eo laudabilior: & quo minus expectata, eo
gratior meritò censenda est.



PATRON Græcorum dux, qui apud Dariū stipendia merebant, cū Bessi Bactrianorum præfecti proditionem persensisset, ipsum regem adiens hortatus est, ut ad Græcorum castra se conferret, & ad corporis custodiam Græcos milites asumeret. Nam licet quatuor millium numerum non excederent, ad quævis pericula pro sua salute subeunda contra omnes proditores promptos & paratos inveniret, plus apud mercenarium ducem valuit præstitum juramentum, quàm apud subditos naturalis debita principi obedientia & fides.

Q. CVR.
lib. 5.

Boges Persa in urbe Etone ab Atheniensibus duce Timone Miltiadis filio obsessus, cū accepta fide tuto egredi, & in Asiam reverti posset, constanter abnuit, ne regi parum fidus putaretur. confirmato apud se hoc animi decreto, omnia obsidionis incommoda pertulit, donec vel tantillus commeatu superfluit: sed cū nihil amplius esset, quo in ediam toleraret, nullumque patèret effugium, accensa pyra se cū familia in flammam conjecit, non satis fidelem nec sedulam operam domino navasse arbitratus, nisi & vitam ipsam pro ipso profunderet.

HEROD.
lib. 7.

MACRO.
Satyr. 1.

Æsopus Demosthenis libertus, adulterii conscius, quod Patronus cum Iulia admiserat, in quæstionem vocatus diutissimè tormenta pertulit, nec vi nec minis, ut Patronum proderet, impelli potuit, potiusque ele-

legit dirissimos cruciatus tolerare, quàm dominum in capitis vel famæ discrimen adducere.

M. Antonius, clarissimus orator, cū incesti argueretur, ejus servus in quæstione diu tortus, quòd per indices laternam prætulisse insimularetur, cū ad stuprum dominus pergebat, omnia tormentorum genera perpeti maluit, quàm sua confessione dominum in periculum devocare: plurimis laceratus verberibus, equuleoque impositus, candentibus etiam laminis ictus, ne vocem quidem emisit, qua domini fama lædi posset: & ita VALER. magna sua cum laude domini vel iontis innocentiam tutatus est, & omnem vim accusationis subvertit.

lib. 6.

Alius civis Romanus proscriptione triumvirali damnatus, cū in antro satis profundo & amœno se refrigeraret, unus ex servis percussores procul venientes cōspicatus, in profundū antri jussit eum descendere, ipse sumpta herili toga dominum se esse simulavit, ut sua morte heri vitā redimeret: sed cōservo dolum officiosum patefaciente, alius interfectus est. Cū id facinus populus rescivit, nō con-

APP. b. c.
lib. 4.

quievit, donec servum qui herū indicaverat, cruci affixum: & eum qui servare tentabat, libertate donatum conspexisset.

Appion dum in stabulo quiesceret, & conquisitores adventantes non procul conspicerentur, unus ex servis ipsius vestem induit, & pro hero in lecto accubans, lubens pro il-

APPI. b. ci
vil. lib. 4.

lo mortem subiit, cum herus ipse servi in mo-
rem illi alsidèret.

Panopionis servus non minus admirabi-
lis fidei erga dominum inventus est. Is enim
cum milites ad dominum, qui è numero
proscriptorum erat occidendum in Reati-
nam villam venisse cognovisset, commutata
cum eo veste, permutato etiam annulo illù
postico clam emisit, se autem in cubiculum
ac lectulum recepit, & pro Panopione hero
suo occidi passus est.

VALEB.
lib. 6.

Cornutum in Calybis latentem servi à
furore hostium non minus ingeniosè quàm
fideliter tutati sunt. cadavere quippe homi-
nis invento pyram sollicitè extruxerunt, &
conquisitoribus se herum defunctum exu-
rere mentiti sunt.

APP. b. ci
vil. lib. 1.

Cepionem morti adjudicatum, quòd in-
fidias Augusto parasset, servus in cista ex ur-
be extulit, pervectamque ostiam in agrum
Laurentem ad villam patris nocturno itine-
re perduxit. postea cum maris tempestate,
cui ut longius secederent, se commiserant,
Neapolim contra voluntatem dejecti essent,
ibi dissimulanter occuluit: cum autem ad
centurionem adductus esset, nec precio nec
minis ut dominum proderet, unquam addu-
ci potuit.

MACRO.
Saturn.
lib. 1.

Grimoaldus Beneventanus dux, à Gun-
diberto Longobardorum rege contra Par-
tharim fratrem in auxilium evocatus, eo què
defendendum susceperat trucidato, & Par-
thari

thari ejecto, regnum Longobardicum occu-
pavit: & cum Partharim ad Cacanum Bava-
riæ ducem confugisse cognovisset, è tota is-
psus ditione illum ejici curavit. Partharis
cum nesciret ubi tutus consistere posset, ad
Grimoaldum supplex venit, & in ipsius tu-
telam se commisit. Sed cum maximus Tici-
nensium concursus ad eum visendum quo-
tidie fieret, veritus Grimoaldus, ne favore
populi amissum principatum aliquando re-
cuperaret, eum è medio tollere neglecto ju-
ramento statuit. quod ut facilius, & sine tu-
multu fieret, eum inebriare decrevit: dein so-
mno vinoque sepultum immisisis satelliti-
bus obruncare. Partharis consiliò Grimo-
aldi cognito, pincernæ mandavit, ut pro vi-
no aquam funderet. videbat enim non esse
tunc indulgendum genio, ne mente turbata
imminentis periculi oblivisceretur, nec à po-
tu abstinendum, ne qui aderant speculato-
res detectas ipsi Grimoaldi infidias suspica-
rentur: quos ut melius falleret, in cubicu-
lum ad dormiendum à suis deduci voluit.
Tunc Hunnulfum servum, què sibi fidelissi-
mum esse sciebat, & vestiarium suum in cõsili-
um adhibet, & quid opus sit facto sollicitè inqui-
rit: quia Grimoaldi milites ad januam obser-
vantes stabant, valde periculosum illis do-
minum educere videbatur, sed quòd non a-
liundè patèret effugium, necessitati cogen-
ti solertiam adhibent. Pelle ursi, quam fors
obtulit, illius caput & humeros rusticorum

more obtegunt, lectique culcitram velut baculo deferendam tradunt, maximis baculorum ictibus eum è cubiculo expellentes. Ita per mediam satellitum stationem incognitus evasit, unoque famulo comitatus in Franciam incolumis pervenit. Cum intempesta nocte milites ad trucidandum Partharum cubiculum ingredi vellent, ab Hunnullo impediti fuere, qui eos rogavit, ut dominum benepotum veternum edormire sinerent, quod largius hesternæ cœna biberat: sed cum bis ita repulsi fuissent, tertio per vim in cubiculum irrupere. non inventientes Partharum, quem mactare decreverant, à Vestiarario ubi nam esset quaesire: illum aufugisse ingenuè respondit, & se fugæ conscius fassus est. Grimoaldus fidelitatem ipsius admiratus, qui ut dominum servaret, se in manifestum vitæ discrimen iniecerat, à supplicio quo omnes eum dignum esse clamabant, liberavit: multis sollicitationibus hortatus, ut posthac commutato domino ipsum tantâ fidè coleat, & advocato Hunnullo, eoque laudato ad simile officium invitavit.

Lazarus Serviaè Despota, cum in adverso adversus Turcas prælio, amisso exercitu factus esset captivus, & contra fidem datam interfectus, servus quidam natione Servianus Despotaè domini mortem vindicare decrevit. Nactus itaque occasionem, Amurathem Turcarum imperatorem nihil tale à servo timentem, pugione in pectus adacto in

P. DIAC.
de reb. gest.
Longobard.
LIV. CL.

Lev. de
vit. imp.
Turc.
GODO-
Jeneus de
Turc. aulæ.

ter-

terfecit, certissimæ neci, ut indignam heri mortem ulcisceretur se devovens.

DE FIDE ET AMORE

BESTIARVM ERGA
dominos.

Bestias non proorsus rationis expertes esse, Galenus, Plutarchus & Lactantius firmissimis argumentis ostendunt. Quæ opinio, licet omnium suffragiis non adprobretur: verissimam tamen eam esse, et certissimam inde colligi potest, quod ipsæ bestiae magistris & rectoribus, cæteris rejectis, adhæreant: & qui illas ex periculis liberarunt, summa observantia venerentur, beneficia accepta in memoria habeant, & oblata occasione cumulata rependant. hæc beluarum facta, ut à ratione profecta dignoscuntur: ita gratitudinem à natura commendari perspicue demonstrant. Qui igitur pro acceptis beneficiis gratiâ referre non curant, non naturam sequuntur ducem, sed beluis deteriores se ostendunt.

RYRRHVS Epirotarum rex cum in militari expeditione esset, invenit canem, domini occisi corpus curiose asservantem. hoc non parum admiratus, & quidnam rei esset sciscitatus, à quibusdam agricolis admonetur jam triduum illic canem mansisse, ab omniq; cibo abstinuisse. Quo cognito rex præcepit demortui corpus sepeliri, & canem propter fidem & amorem in dominum diligenter enutriri, ac juxta se asservari, jussitque inquisitionem

de cæde diligentissimè fieri: sed nihil quicquam nec per testes, nec per indicia dignosci potuit. Accidit autem post aliquot dies cum universæ copię inspectante rege, militari ordine incederent, ut canis ille, qui regem comitatus fuerat, transeuntes copias attentè specularum sit, qui in ordine progredientes heri percussores cum prope regem fuerunt, statim agnovit, in eosque magno impetu & furore infiliit, huc atque illuc vertens oculos, velut à circumspectante turba auxilium

AVL. Gell. & opem implorans: Pyrrhum etiam subinde
PLVT. inspiciens, quasi fontes ipsius iudicio siste-
ZONAR. ret. Hoc stupendo canis facto Pyrrhus com-
an. to. 2. motus, illos milites capi & torqueri iubet, qui criminis convicti meritas luerunt pœnas.

Thoas Agaicus draconem domi diu fovit, apud se demum reputans quam periculosum esset serpentem alere, ipsum in solitudines procul tulit, ibique ut suo arbitrio viveret, reliquit: rediens autem cum in latrones incidisset, & instantis periculi metu exclamasset, draco cognita ipsius voce properè advolavit, & adversus latronum vim egregiè defendit.

ÆLIAN. Athenienses metu Xerxis cum numero-
lib. 13. sissimo exercitu in Græciam irruentis, uxoribus & liberis assumptis, Salaminem cum navigarent, Xantippi Periclis patris canis, quod abeuntis domini desiderium ferre non possent, cum navem, in qua dominus vehebatur, avulsam à litore videt, in mare se con-
cit.

cit, & natando herum in insulam usque sequutus est: sed ob assiduum & immodicum laborem deficientibus viribus, & vitali spiritu extincto continuo periit.

Porus in prælio, quod improsperè contra Alexandrum depugnavit, graviter faucibus, & ex elephanto quo vehebatur delapsus, mortuus esse credebatur. ideo Alexander eum armis & vestibus exui iussit, quod ea in triumphum asservari cupiebat: sed cum milites ei lorica & vestes detraherent, elephas dominum tueri volens, spoliantes acriter impetere coepit, licet ob multa vulnera accepta deficeret. Levatum itaque Pori corpus nequicquam reluctantibus illis suo dorso imposuit, & in pacatum asportare enititur, nec unquam deseruit, donec undique tellis penitus obrueretur.

Equus Nicomedis Bithyniæ regis tanto fuit in dominum affectu, ut eo mortuo oblatum cibum pertinaciter recusaverit, & inedia se confecerit.

Iasone Lyciò interfecto, canis ipsius adeo cibum aspernatus est, ut inedia tandem perierit: tanto domini desiderio tenebatur, ut post ejus mortem vivere noluerit.

Cum Lyfimachus interfectus esset, corpus humi stratum, & ab omnibus derelictum, canis domesticus plurimum contendens & decertans, ab avibus ferisque illatum tandem præstitit, quoad Phorax quidam Pharsalicus advenit, qui illud cremandum de mo-

PLVT. in Themist.

Q. CVR. 8

PLIN. nat. hist. 8.

SOLIN:

SOLIN:

APP. in
Syriac.

re curavit. Cùm autem in rogam accensum injectum est corpus, canis in flammam se conjecit, & unà cum illo igni absumptus est.

Cum prælio Antiochus Galatas devicisset, Centaretrii ducis, qui in acie ceciderat, equum ovarurus conscendit: equus verò herum interfectum dolens, & ejus mortem ulcisci cupiens, de industria se incurvando præceps ruit, & se fessoremq; pariter interemit.

SOLIN.

Appio Junio & P. Sylio consilibus damnatum dominum canis in carcerem comitatus est, & nullo pacto ab illo avelli passus, percussus ululatu mœrens & lugens prosequutus est. cumq; à populo Romano cibis ei daretur, ad os mortui domini deferebat. Ultimò abjectū in Tyberim cadaver, ne in profundum mergeretur, adnatans sustentare conatus est, quamdiuq; & quocumque modo potuit, memoriam domini studiosissimè coluit.

SOLIN.

Sabinus quidam, quòd Tiberio maledixisset, in carcerem conjectus est & occisus, ejusq; cadaver in Tyberim projectum: canis verò illius in carcerem comitatus est, interfecto semper assedit: & cùm in profluentem abjectus est, ipse quoque in eum se præcipitem dedit.

ZONAR.
an. 80. 2.

Imperante Byzantii Constantino Pogonato, quidam cùm solus cane comitante iter faceret, est à latrone interfectus. Canis dominum licet morbum deferere noluit, & eo in loco permansit, donèc caupo, qui fortè il-

lac

faciter habebat, supervenit. Ille cadaver projectum cernēs, ne feris & alitibus esca fieret, serobem effodit, in qua illud sepelivit. Canis illud cauponis officium pergratum habere visus, se illi ultrò comitem & servum adjunxit. Post aliquantum temporis latro cauponam bibendi causa ingressus est, quem canis statim agnovit, & eum cum aliis adulari folitus esset, acriter allatravit, ac in faciem furiosè insiliit. Id cùm sæpius faceret, latro cædis autor suspectus est habitus, & apud judicem accusatus, qui in quaestione tortus, facinus admisiū passus, meritis pœnas luit.

ZONAR.
an. 10. 3.

In obitu Scanderbechi Epiri, principis equus, quo in præliis uti solitus erat, adeò ferus & indomitus factus est, ut nullū amplius fessorem admittere voluerit, quin etiam post paucos dies nimio luctu & dolore exanimatus est.

MAR.
Scodr.DE GRATITVDINE HO-
MINVM ERGA BESTIAS.

Grati animi indicium certissimum præclare ostendunt, qui in bestias propter earum operas, aliasve commoditates ab illis acceptas, munificas & liberales se præbent. Non facile enim credere est, illos erga homines ingratos esse velle, qui beneficiorum à beluis acceptorum memoriam non deponunt: nec liberalis animi tantum signum est, verum etiam invicti, & maxime generosi, qui nihil cuiquam debere

vult, cum ne beluis quidem debitorem se esse patitur.



ANTIPPVS Atheniensis canem, qui natando Salaminem usque, quò relicta propter Persarum metum patria sui cives confugerant, eum erat sequutus: & ob immodicum laborem deficientibus viribus, in aditu insulæ mortuus ceciderat, magnifico extructo sepulchro sumptuosè tumulavit.

PLVT. in
Themist.

PLVT. Cimon etiam Atheniensis equabus, quibus in Olympico certamine tertium victratus: quo illud beneficium sibi gratum fuisse testaretur, sepulchra erigi prope suum monumentum præcepit.

Lycades peripateticus anserem aluit, à quo tantopere amatus est, ut sive ambularet, sive quiesceret, sequendo vel assidendo illi perpetuò adesse vellet: ne se indignum hoc inusitato amore philosophus ostenderet, cum mortuus est anser, non minus sumptuosè, quàm fratrem aut filium sepulturæ honore eum affecit.

ÆLIAN.
lib. 10.

Alexander Macedo bucephalum equum, quòd neminem alium suo dorso insidere pateretur, & ex multis periculis illum eripuisset, maximi semper fecit. Cùm apud Vxios in expeditione contra Persas eum amisisset, summa cura conquiri iussit, & per interpretem pronunciari, ni continuo reduceretur, nulli

nulli nec ætati nec sexui parsurum. Cùm ad trigessimum usque annum ætatis pervenisset, in castris citra Hydaspem vitam finiit: cui defuncto Alexander exequias magnificè celebravit, sepulchrum erexit, & urbem de eius nomine, quo perpetua illius memoria maneret, Bucephalam condidit.

AVL. Gell.
lib. 5.

SOLIN.
ARRIA.

CVRT.

Apud Puteolos Delphinus fuit, qui pueri amore maximè tenebatur: siquidem ab ipso puero accitus statim veniebat, & dorso illum admittens per magnum æquor ludi- bundus ad ducenta stadia deferebat. E Roma totaque Italia homines eò confluebant, ut piscem pueri amatorem & vectorem spectarent. Accidit autem, ut puer ille moreretur, Delphinus autem cùm sæpius ad littus adnatans puerum adamatum non amplius inveniret, nimio illius desiderio intabuit, tandem exanimis, & in littore jacens inventus est ab iis, qui rem cognoverant. Illi ut tam stupendi amoris memoria retineretur, in demortui pueri sepulchro honorificè sepelierunt.

GELL.
lib. 7.

Romæ fuit corvus, qui humano sermoni assuefactus singulis diebus manè in rostra evolare solitus erat, Tyberiumque, Germanicum & Drusum Cæsares de nomine mox transeuntem populum salutare. Accidit autem ut ab aliquo occideretur, qui ut statim est cognitus, impetu populi in eum facto saxi obrutus est: funus autem corvi innumeris celebratum exequiis.

PLIN.
lib. 10.

SVET. in
Cæs.

Iulius Cæsar equos, quos transeunti Rubiconem, exercitui, cum civile bellum auspicatus est, ad excipiendum profluentis impetum opposuerat, ut pedites facilius transire possent, tanquam victoriae felicitatisque auctores sacros & inviolabiles libera illis vita in sylvis ac campis concessa esse voluit.

Adrianus imperator equum insignem habuit, quem Borysthenem nominavit. Illo quia velocitate insignis erat, & firmissima corporis compage, ad proferendos labores in venationibus plurimum utebatur. extinto propter egregie navatam operam sepulchrum fieri curavit, & erecta columna epigramma etiam inscripsit.

DION.
Cæs.

Chingius Cham primus Tartarorum imperator, ex adverso prælio fugiens, cum inter vepreta & arbusculas se occultasset, ut persequentium hostium manus effugeret, bubo in arbusculis, sub quibus ipse latebat, infedit. hostes illac transeuntes, quod avem arbusculis insidentem viderent: neminem ibi esse opinati sunt, ideo curiosè indagare non curarunt, & ita Chingius hostium manus evasit. post id tempus bubo ob regem servatum in tanto honore fuit, ut sacram & fausti ominis avem hucusque reputarint, ejus plumas in pileis religiosè gestantes.

HART. de
Tart.

Selymus Turcarum imperator, ejus nominis primus, equo, cui Carabulo nomen fuit, quod è prælio Chiurleo contra patrem infeliciter gesto salvum & hospitem eripuisset,

set, vacationem dedit: sic ut in honore habitus sine tessore sola ex textili auro stragula protectus ad Persas usque, & mox in Ægyptum devehetur, & ei mortuo ad Memphim, Alexandri Magni exemplum sequutus, sepulchrum condidit.

IOV. bist.
13.

DE GRATITVDINE BE- STIARVM ERGA homines.



M bestias suos benefactores agnovisse, & beneficia accepta cumulatè rependisse audimus: permoveri certè debemus, ut gratos erga eos, quibus obstricti sumus, nos præbecamus. Nam qui beluas sibi præferri officio rum laude patitur, is omnem humanitatem exuisse videtur, & à ratione prorsus abhorrentem se ostendit, qui rationis expertia (quæ putantur) animantia antecellere summo studio non nititur.



*H*ELPIUS Samius conspecto leone, cum in Africa iter faceret, pavidus arborem conscendit. Leo autem ad arborem procumbens hiatu & flebili gestu auxiliū implorabat. Ille deposito metu quod beluam supplicū more querentē opē videret, ex arbore descendit, & eos, quod maxillæ leonis periculose inheferat, evulsit. At leo tatas pro illo officio Helpio retulit gratias, ut quandiu

PLIN.
lib. 8.

in littore ipsius navis in anchoris stetit, de præda quam venando capiebat, semper aliquid impartitus sit.

Cæranus ex insula Paro oriundus, semel cum Byzantii esset ad spectandam piscationem intentus: jactus retis attractus est, in quo multi Delphini erant: qui cum à piscatoribus essent occidendi, omnes sua pecunia emit, & vita libertateque donata in mare project, paulò post ut domum reverteretur, biremem conscendit, quæ intra Naxum & Parum insulas naufragio periit, & omnes qui cum eo in illa vehebantur submersi: ille verò à Delphino periculo liberatus, qui eum suo dorso impositum in speluncam insulæ Zacynthi exportavit.

Decem & sex viri in Achaia frumentum in area excurientes, ferventissimis solis ardoribus cum admodum sitirent, unum ad aquam è proximo fonte hauriendam miserunt. Is messoriam falcem in manibus habebat, & in humeris ad exportandam aquam situlam gestabat: qui ut ad fontem venit, aquilam serpenti arctissimè circumplicatam offendit, eam servare cupiens, falce serpentem absceidit, & ita è vitæ periculo liberavit. Cum his obiter gestis ad suos cum aqua redisset, & dilutum vinum sociis omnibus ministrasset: admotoque labiis poculo esset bibiturus, aquila ejus beneficio servata, in poculum quamcitissimè involavit, & totum quod intus erat, effudit. id factum ægerrimè

tu-

yulit, & eam ut ingratham, quòd benefactorem tam iniquè compensasset, acerbissimis verbis infectatus est. Sed cum alios qui vinum frigida, quam attulerat, dilurum biberant, palpitantes, & extremum halitum trahentes vidit: mutata sententia beneficium abunde pensatum agnovit, & redemptionis precium pari cum salute persolutum. *ÆLIAN. lib. 14.*

Leo quidam ferox & ingentis magnitudinis in Libya viri consularis Romani fugitivum servum, Androdum nomine, & natione Dacum, placidè in solitudine ad quam secesserat, sævitiam heri veritus, adortus est, pedem vulneratum, in quem stirpem ingentem fixerat ostendens, & humili gestu velut opem implorans. Androdus primo beluæ aspectu perterritus est: sed quòd leonem blandientem videret, sumpta fiducia stirpem revulsit, conceptamque sanie è vulnere expressit, & accuratissimè siccavit, & brevi leonem sanatus est. Ille beneficii accepti memor, ferarum, quas venando adsequebatur, membra opimiora ad specum, in quo servus fugitivus delitescebat adferebat, quibus solis æstu assatis vescebatur, & ita per triennium à leone nutritus in solitudine, à nemine agnitus vitam degit. sed casu leo à venatoribus captus est, & Roman missus: Androdus verò ad immitem dominum retractus, qui iracundiæ nimis indulgens, illum in spectaculo quodam feris devorandum objecit. Cum

V 5

Pluv. tit. avrū sagu- ciora terre- stria an a- quatilia.

autem metu exanimis miser servus in angulo immobilis sederet, ut qui jam in beluarum faucibus esse credebat, ab amico leone, qui alios antecederet, cum maximo plausu est agnitus, & à cæterorum violentia defensus. Populus Romanus causa tantæ familiaritatis cognita, utrumque libertate donavit.

PLIN.
lib. 8.

GALL. 5.
PET. Mes.
in var. lect.

Gottifredus Bollionius cum semel in Palæstina venationi intentus, leonem cum dracone pugnantem, & ferè exanimatum offendisset, quòd draco intorta circa collum cauda pro arbitrio divexaret, suppetias leoni tanquam nobiliori ferre decrevit. Itaque gladio armatus accedens, draconem jam victorem occidit: & leonem à morte liberavit. Leo posthac liberatorem suum, benevolenti animo semper complexus est, & fideli obsequio serviendo comitatu. Cum illo enim ad venationem exhibat, strenuam & sedulam operam navans. nam feras, quas dominus confectabatur, vi & astu capiebat afferabatque, nihil absque illius nutu sibi decerpens.

PET. Mes.

DE

DE IIS QUI IN EXTREMIS CASIBUS FIDES

LES ET GRATOS SVIS PRINCIPIBUS & DOMINIS PRÆSTITÈRE.



VM Alexandro Magno inter omnes aulicos Craterus & Ephestion maxime familiares essent: ipse teneriore ætatis affectu Ephestionem prosequeretur. Interrogatus autem cur Craterum minus faceret, cum in rebus bellicis altero non esset inferior, & de ipsius Alexandri gloria non minus lætaretur: respondit, Craterum impensè colere regem, sed Ephestionem Alexandrum amare. Inmensus, fortunæ amicos licet maxime officiosos in omnibus se præbeant: iis nequaquam aquandos esse, qui verè amici sunt. Sicut autem illi certatim affluunt: ita horum maxima semper penuria est. Vsu enim comprobatum, in prospero rerum cursu omnem operam homines singulos polliceri: sed admodum paucos esse, qui ærumnarum & calamitatum velint esse socii, prout Achilles & Potinus de tollendo Pompeio consultantes dicebant:

Nulla fides unquam miseros elegit amicos. Qui itaque dominis & principibus suis in extremis casibus fideles se gratosque præstitère, præclaro merito debent apud omnes celebrari, ut testatæ virtutis ejus homines ad familia facta propellat & cohortetur.



ZOPYRVS in Babylone obsidenda apud Darium militans, cum obsidionis difficultatem perspiceret, & vix sine dedecore dominum illinc abscedere posse, quod obsessos summa cum fiducia repugnantes, & omnibus quæ ad urbis defensionem necessaria erant, abundè instructos cerneret: domi se verberibus toto corpore lacerari iussit, nasumque & labra, auresque præcidi. post apud Darium patefacto animo transfugæ titulo Babylonem proficiscitur, de Darii sævitia multum conquestus. Propter vulnerum sceditatem & reventes vibices fides illi habita est: & quod v. ndictæ avidum se ostendebat, dux universarum copiarum civitatis constitutus. Semel itaque atque iterum e ducto exercitu, acriter in Persas investus, eos cum maxima strage fugavit: sed terriò cum videt neminè de sua in Babylonios fide dubitare, omnem sibi concreditum exercitum in potestatem Darii tradidit: & ita urbem diu frustra obsessam imperio domini adjecit.

Rex Macedonum Philipus, Persei pater, cum semel in Romanos frumentatores impetum fecisset, & Romani in auxilium opportuno in tempore suis occurrissent, versa est temporis momento pugnae fortuna terga dantibus, qui prius acerrimè alios persequabantur: rex in medios hostes insiliens, ruente equo præceps ad terram datus est, haud que

HEROD.
lib. 7.
PH. MEL.
Chron. 2.

que multum abfuit quin jacens opprimeretur: saluti autem fuit eques, qui statim ex equo desiliens in eum regem subiecit. Ipse vero qui dominum servavit, cum pedes æquare cursum fugientium equitum non posset, ab hostibus confossus est.

Lucilius miles, Bruti domesticus & fidus, apud Philippos inclinatam aciem suorum cum videret, & jam hostes perruptis ordinibus victoriæ imminere, se pro Bruto capiendum obtulit, ut ei daretur fugiendi, & è victorum manibus elabendi spacium. captus itaque pro Bruto ad M. Antonium ductus est: ut fraus autem apparuit, collaudatum eum Antonius apud se retinuit, quem non minus postea sibi fidelem expertus est.

Childericus Francorum rex quartus, cum pudicitiam illustrium sceminarum sæpius attentasset, conjuratione procerum in eum facta nihil consultius putavit, quàm in Turingiam ad paternos amicos se conferre, expectaturus fortunam aliquam redeundi: datisque occultis mandatis amico Vidomaro, nummum aureum cum in duas partes divisisset: alteram sibi retinuit, alteram illi dedit, ut nulli nuncio fides haberetur, nisi ei qui partem nummi deferret. Eo digresso Franci Ægidium Romanum civem, Suefsionum præfectum suum regem salutant: Vidomarus autem dissimulat in Childericum amorem, solertiaque & assiduitate officii collegit gratiam, & per octo annos, quibus Ægi-

LIV. dec.
4. lib. 1.
PLVY.
in Brut.

dius regnavit fictis criminibus falsisque sus-
picionibus eos, qui in dominum conjura-
rant, infectatus est, ac tollendos curavit. Cum
paucos superesse vidit, & Romani externi-
que imperii pertectos Francos animadvertit:
cum parte numini nuncium in Turingiam
ad Childericum mittit, à maxima suorum
parte receptus; congressum acie cum eo Æ-
gidium fundit fugatq;. Post eam victoriam a-
missū regnum totū facile recuperavit. Ita Vi-
domarū nec flagitii domini atrocitas, nec cō-
spirantiū cōsensus, nec novi regis exitius fa-
vor, ut dominiū desereret, impellere potuere:

ÆMYL.
lib. I.

Haraldus rex Norvegiæ, cum ante adeptū
regnum profugus Byzantii degeret, homici-
dii crimine damnatus, domestico draconi
devorandus objicitur. Illi in carcerem eunti
ingenue fidei servus ultrò se damnationis
comitem præbuit: utrumque qui custodiæ
beluæ præerat, curiosissimè observatum in-
erinem, & excussum per os antri ad certissi-
mū exitium demisit. Illi deterrimè neci desti-
nati nō despondent animū, sed sese mutuo
consolati disquirunt, quonam pacto beluæ
resistere, & pro vita pugnare possent: & ut
necessitas ingeniosa est & solers, ex cadave-
rum ossibus fasciis vestium damnatorum,
qui à dracone devorati fuerant, revinctis,
clavam efficiunt, qua caput draconis per-
tunderent. Ille prædam adesse sentiens, è cu-
bili in quo delitescibat, protinus exilivit, in
eosque ferociter irruit. Haraldus veloci sal-

tu

tu in dorsum beluæ insiliit, cultelloque ton-
sorio, quem secum fortè tectum, & à custo-
de non animadversum attulerat, ventris i-
ma, quæ tantum ferro penetrabilia erant,
findit & perforat. Servus crebris ictibus
beluæ caput ossea clava pertundit, nec ces-
sarunt hic verberando, ille scindendo, donec
immanis belua deficientibus viribus expi-
rarit: sic fidelitate sua servus, & sibi gloriam,
& domino salutem peperit.

SAXO
Grammat.
lib. II.

Ferdinandus Arragonius, Alfonsi filius,
cum adversus Obegninum & Persinum
Gallorum duces adverso facto prælio fuga
saluti prospiceret, fugientem cristis auro
tisque armis conspicuum multi sunt perse-
quuti: sed nemine ejus cursum adæquante
lapsu equi in arctas concisæ viæ angustias
præcipitatur: nec multum inde Galli abes-
rant, quum desuper equo resupinato stape-
dis ac lunatis ephippii cornibus implicito,
summoque in vitæ periculo laboranti Ioan-
nes Altavilla auxilio supervenit, & memo-
rabili charitate equum obtulit, quo ipse per-
nicissimo ad salutem utebatur. In eum Fer-
dinandus statim insiliens è manibus Gallo-
rum sceleriter evolavit: ipse autem Altavilla
in pedes destitutus, paulò post ab hostibus
est interfectus.

IOV. hist.

Philippus Maximiliani Cæsaris filius, Bel-
garū princeps, cum in Hispaniam, ut Isabellæ
focrus dotale regnum adiret, navigasset,
ab Hispaniæ proceribus adeò studiosè rece-

prus est, ut Ferdinandum regem desereret, cui tanquam seni & parum liberali facile omnes florentem ætate & splendore vitæ novum regem anteponebant. Quisque enim in spes suas pronus & expeditus commodo ferendum, & oriente solem potius quam occidentem adorandum esse dicitabat. unus omnium Federicus Tolertanus, Albæ regulus, in vetere suo studio constantissime permansit, nec ullis omnino pollicitationibus permoveri adducique potuit, quin summa fide præcellentique obsequio excolendum sibi regem susciperet. sic omnibus levitate ingenii alienatum & ingratum animum ostendentibus solus ipse constantiæ & fidelitatis famam retinuit.

IOVIVS
in vit. Conz
sal. lib. 3.

Mauritius Saxoniae dux adhuc juvenis, cum adversus Turcas in Hungaria pro Ferdinandi Austriaci causa militaret, è castris quodam die progressus, uno tantum satellite comitatus, qui Germanus nobilis erat, in Turcas aliquot palantes incidit, cum quibus manus conferuit: sed cum unus adversus plures non sufficeret, suffosso equo armorum pondere gravis delapsus est. Ibi satelles verè nobilis corpore toto super eum incumbens jacentem protexit, ac pugnando tantisper hostes sustinuit, donec equites supervenere, qui collapsum principem erexerunt, & è manibus hostium eripuerunt: ipse verò famulus multis vulneribus faucibus in castra relatus non multo post interiit.

SLEID.
lib. 15.

DE

LIBER IIII. 321
DE CLEMENTIA
ERGA HOSTES.

Victoriam libidinis ac insolentiae plenam & ad severam vindictam propensissimam esse, plurimis experimentis probatur. Ideo qui devictis & captis hostibus clementer parcunt, inter insignes viros, & eximia rareque virtutis merito sunt recensendi. Nihil enim (ut Cicero inquit) audabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia. Beneficium autem illud tanto iis qui acceperant, gratius esse debet, quod supra spem & meritum accidit, & conferentibus gloriosius: quia quos jure belli tollere poterant, incolumes & sospites conservarunt.



VM Heraclienfes tributum Atheniensibus pendere recusantes, bellum in se concitassent, Atheniensium classis præfectus Malachus descensione facta, relictis in littore navibus, eorum agros depopulatur. Sed dum prædæ & direptionibus intentus erat, suborta maxima & repentina in mari tempestate, classem quæ in anchoris stabat, cum majore exercitus parte naufragio amisit. Dum autem anxius animi, quid agendum sibi esset, trepidanter consultat: quia mari amissis navibus, nec terra per tot ferocissimas gentes maxima exercitus parte

X

IVSTIN.
lib. 16.

amissa reverti commodè poterat: Heraclien-
ses honestiorem beneficii, quàm ultionis oc-
casionem arripiendam esse existimantes, A-
thenienses com meatibus auxiliisque instru-
ctos dimittunt, bene agrorum suorum po-
pulationem compensatam putantes, si quos
prius hostes habuerant, amicos reddidissent.

In primo bello, quod Athenienses cù Phi-
lippo Macedonum rege gessere, ipsi insidiis
circumventi, & velut indagine clausi, victi
sunt: sed Philippus victoria contentus, nihil
asperum in eos decrevit, verùm incolumes
omnes domum sine precio dimisit. Idem
cùm Methonem urbem in Peloponneso op-
pugnaret, & sagitta de muris jacta, dextrum
ei oculum effodisset, eo vulnere nec iracun-
dior nec sævior erga hostes factus est: sed
ipsi post aliquot dies pacem petentibus lu-
bens concessit, & benignum ac mitem ad-
versus devictos se præbuit. Fuit etiam insi-
gis ejus clementia & moderatio in victoria,
quam de Græcis à Demosthene in eum exci-
tatis reportavit. Non enim apud suos exul-
tasse, neque victis insultasse visus est, imò A-
theniensibus, quos infensissimos semper ex-
pertus fuerat, captivos gratis remisit, & occi-
porum corpora sepulture reddidit, reliquias
que funerum, ut ad sepulchra majorum de-
ferrent, ultrò hortatus est.

Cbron. 2.

Cùm Alexander magnus Indiam sibi sub-
jugaret, Porus prælio decertare ausus, fuga-
to exercitu ferè exanimis atrocitate vulnerū
captus,

captus, & ad victorè devectus, tanta cum hu-
manitate atq; animi moderatione exceptus
est, ut non solū regnum avitū jure belli partū
ei restitutum sit, sed etiā aliq̄ provinciæ additæ:
in Alex.

Q. CURT.

lib. 6.

PLUT.

in Alex.

Post prælium ad Coroneam à Lacedæmo-
niis prosperè confectum, cùm nunciatum A-
gesilao esset, ad octoginta hostes in templo
Apollinis proximo armis instructos, & de-
fensionē parantes se continere: ipse vim illis
inferri nō passus est, sed abeundi quò vellent,
potestātē fecit: licet multis vulneribus, quæ
in prælio receperat, maximè debilitatus esset,
quæ ipsum ad vindictā accendere posse vide-
bantur: quin etiam equitibus, quos penes se
hæbebāt imperavit, ut eos cū maximā cura &
diligentia deducerent, donec ad loca tuta &
pacata incolumes pervenissent.

XENOP.

hist. Græc.

lib. 3. & or-

rat. p. Ages.

Antigonius cùm bello Cleomenē Lacedæ-
moniorum regē fugasset, Spartæ dominium
cōsequutus nullam severitatē in populū ex-
ercuit: sed clementē admodum & benignū se
præbuit. Restituta enim Lacedæmoniis liber-
tate, ac multis beneficiis publicè & privatim
illis impensis, in suum regnum reversus est,
unde illi nomen servatoris inditum est.

POL. lib. 3.

Scipio cū Syphacem acerrimū populū Ro-
mani hostē captivū apud se haberet, nō hosti-
li animo tractavit: sed inter domesticos & fa-
miliarēs recepit: nec secus eo ac Cyrus Cræ-
so Lydio usus est: quando quidem consilii &
secretorū participem esse voluit. Idem cùm
Carthaginensium legati Roma redeuntes ad
ipsum castra, quæ mari contigua erant, vi-

APP. in
Lvb.

ventorum delati essent, & à militibus captivi derinerentur, quòd legati, quos ad Carthaginenses miserat, barbara feritate partim trucidati, partim fauciati fuissent, nullam illis injuriam fieri permisit: sed liberos & incolumes ad suos cum omni securitate remisit.

APPIAN.
in Mithrid.

Mithridates in belli initio, quod adversus Romanos suscepit, cum semel atque iterum collatis signis prosperè dimicasset, omnes captivos, qui in maximo numero erant, sine ullo redemptionis precio ad suos remisit, quin etiam viaticum gratis illis exhibuit.

C. Cæsar in civili belli victor, tam modestè & clementer erga devictos hostes usus est, ut neminem ex illis extra aciem occidi passus sit: & captis lubentius vitam & libertatem concesserit, quàm ipsi expeterent, licet pro explorato haberet, eos omnes in necem ipsius conspirasse. Ipse post fugatum Pompeium, cum in Ægyptum pervenit, percussores Pompeii tolli curavit, ipsiusque caput ad se delatum intueri noluit: sed sepeliri statim jussit. Finito bello cum Romam venit, iis qui contra eum arma tulerant, non solum ignovit, sed etiam præfecturas & provincias delegavit.

Totilas Gotthorum rex, cum post devictos Bessam & Vitalium Belisarii duces, Neapolim longa obsidione perdomuisset: in ea victoria tanta lenitate & clementia usus est, ut Cononem præsidii præfectum liberali in-

vita.

vitatum stipendio, & id munus renuentem, quòd sacramenti religione obstructus sine scelere fidem mutare non posse diceret, incolumem datis comitibus Romam dimiserit. Romanos item milites & cives Neapolitanos inedia propè enectos, distributis ad vitæ & valetudinis rationes alimentis refoverit & servaverit. SAB. en. 8. lib. 2. IOV. elog.

Romanus Diogenes Constantinopolitanus imperator, cum ab Axane Turcarum Sulthano prælio victus & captus esset, perhumanè adeò tractatus ab illo est, ut peculiare tabernaculum & ministeria imperatoria ei fuerint designata, & Sulthani mensæ adhibitus, captivi quotquot peteret redditi, & perpetua pace sancita, cum majore comitatu & honore remissus, quàm sperare aut optare unquam potuisset. ZONAR. ar. tom. 3.

Alexander Bulgarorum princeps, bello laevisus ab Andronico juniore imperatore, cum eum prælio fudisset, non ad insolentiam & vindictam victoria usus est: sed victo ultrò pacem obtulit, & cum lacero exercitu domum redire passus est, hortatus ut in posterum moderatior esset, & meminerit unius anni quatuor diversa esse tempora, pauloque momentum maximas in rebus humanis incidere rerum mutationes. GREGO. lib. 10.

Saladinus Ægypti Syriæque Sulthanus, captis Herosolymis, cum Christianorum militum, qui præliis occiderant, uxores ejus pedibus advolutæ, & lachrymis oppletæ pete-

rent, ut pacto fœderis promissa pecunia nihil prorsus habentibus remitteretur, benigne condonavit præterea è sua pecunia tantum elargitus est, ut in Christianæ ditionis loca se commodè recipere possent.

BAPT. E.
gnat. lib. 3.

Rogerus Siciliae comes contra Innocentium Romanum pontificem, qui bellum illi indixerat arma movens, ad fanum Germani castra posuit, quem pontifex primo impetu loco depulit: sed Guilielmus Calabriae dux, Rogerii filius, in tempore auxilio venit: qui statim conferto cum pontificiis copiis prælio, non solum patrem periculo exemit: sed pontificem & cum eo aliquot cardinales cepit: quos pro more victorum non insolenter tractavit, sed velut in amica pace summo in honore habuit, & absque ulla redemptionis pactione liberaliter domum remisit.

Philippus vicecomes Mediolanensis hac in laude non postremus censetur, qui Alphonsum Neapolitanum regem navali prælio superatum & captum, incredibili benignitate & magnitudine animi non custodia modò liberavit, sed excultum eximiis muneribus, & prægrandi pecunia instructum, ad repetendam Neapolim dimisit.

Nov. elog. 3

DE LEVISSIMA

VINDICTA.



VI ad gloriam & decus firmiter aspirant, in hoc præcipuè elaborare debent, ut populorum gratiam levitate & clementia pro-

Promereantur, & ab omni sævitia procul absint. Nam qui ad vindicandas injurias cædibus & rapinis omnia replent, ferocibus tyrannis, non inclytis principibus similes judicandi sunt: siquidem sanguinis plurimum fundere, & omne crudelitatis genus exercere haud principis munus, sed liberalitatis & clementiæ vestigia passim relinquere, id verè regium & principale, sicut Diocletianus princeps dicebat. Quæ quidem virtutes infractum invictumque animum certius ostendunt, quàm nimia asperitas & truculenta pertinacia. Ideo frustra sibi laudem fortitudinis arrogant, qui implacabili animo hostes persequuntur. In deditos enim & devictos supra modum sævire, mollis & demissi animi est, qui ferocientes impetus refrenare non potest: qui verò injurias acceptas aut omnino remittit, aut leviter vindicat, magnanimus & fortis censendus est, quòd ratione duce perversos animi motus cohibere & retundere novit.



ARTAXERXES Persarum rex, cum ab Alcide Sampson ubique carperetur, ei jussit renunciari, ipsi quidem licere arbitrato suo impudenter criminari: sed regem præter dicens libertatem, quæ ipsi collibuisse, statueret in eum posse. Hac miti gravique admodum HEROD. nitione & Alcidis temeritatem, & suam tum FVLGO. potentiam, clementiam, & regio verè a lib. 8. nimo ostendit.

Pittacus Mytileneus Alceum poetam & a maritudine odii & viribus ingenii adversus

DIOG. se pertinacissimè usum, tyrannidem à civi-
Zaert. bus delatam adeptus, tantummodo quidin

VALER. opprimendo posset, admonuit.

Max. lib. 4. M. Bibulus, vir amplissimæ dignitatis, cū
in provincia Syria moraretur, duos egregiæ
indolis filios suos à Gabinianis militibus oc-
cisos esse cū cognovisset, graviter indoluit,
regina Cleopatra, ut ejus dolorem leniret, fi-
liorum interfectores ad ipsum victos misit,
ut gravissimæ cladis ultionem arbitrio suo

CAES. de exigeret. At ille oblato beneficio lætatus,
bell. civil. 3. intactos ad Cleopatram reduci jussit, satis

VALER. esse ad vindictam arbitratus, sanguinis sui
Max. li. 4. hostes in potestate habuisse.

Philemon quidam Comedus in teatro
Magam Paretonii præfectum scurriliter ir-
risit, in scitiam illi objiciens, non multò post
maris tempestate ad Paretonium delatus
est: cujus appulsus Magæ statim innotuit. Ille
Philemonem apprehendi jussit, & collum a-
cie gladii leniter feriri: deinde ille sum dimit-
ti, à se dimisso, talos & globos, quibus infan-
tes se oblectare solent, misit: satis magnum
supplicium de illius scurrili loquacitate sum-
plisse arbitratus, quòd graviter eum punire
potuisse ostenderit.

PLUT. de
virt. mor.

Diogenes Grammaticus disputare sabba-
this Rhodi solitus, venientem Tyberium cū
adhuc privatus esset, extra ordinem & tem-
pus lectionibus assignatum, ut eum audiret,
non admisit: & per servum suum renuncia-
vit illi, ut in septimum diem expectaret, quo
ipfi

ipfi cum aliis tum videndi, tum audiendi e-
um potestas foret, Hunc Romæ Tyberius ad
imperiale fastigium evectus, salutandi sui
causa pro foribus adstantem cū vidisset, in
præsentia non licere eum alloqui dixit, & ut
post septimum annum rediret, admonuit.

SVET. 12
Tyb.
SAB. en.
7. lib. 1.

Demetrium Cynicum in itinere obvium
cū semel haberet Vespasianus imperator,
ac neque ei assurgere, nec eum salutare di-
gnantem, & (quòd etiam incivilius fuit)
oblarrantem: nihil in eum gravius statuit,
prout ipsius arrogans & procax rusticitas de-
poscebat, sed satis habuit illum canem ap-
pellare.

SVET.

Theodosius Tertius cū adversus Anasta-
sium imperator esset electus, jus suum armis
persequi voluit, & ad Niceam cū illo acie
decertavit: in qua victor nulla majore inju-
ria hostem affecit, quàm quòd in ordinem
reductum sacris initiavit, ne de imperio recu-
perando cogitare posset amplius.

SAB. en.
8. lib. 7.

Quidam gemmarius uxori Galieni impe-
ratoris factitias vitreas gemmas pro veris
venderat: re comperta mulier impostoræ
ad pœnam deposcit. Cæsar uxoris expoſtu-
latione audita, jussit hominem statim ab-
ripi, quasi leoni dilaniandum objecturus:
sed dum impostor timidè, populus avidè ex-
pectaret, ut ferox & terribilis leo è cavea in
aream proſiliret, emittitur caput, & præco-

TREB.
Pollio.

PROCO. Demetrius Cephelenius lingua immodicus, cum petulanter multa convitia sæpius in Totilam effudisset, captus suæ maledicentię ita pœnas dedit, ut lingua & manibus præcis, abire quò vellet, permetteretur.

Cum Sophia Augusta, quæ Iustini junioris fuerat uxor, contra Tyberium Cæsarem structis antea insidiis Iustinianum, Iustini nepotem, ad Imperatoriam celsitudinem evahere vellet, jam eum (Tyberio absente) ad id peragendum advocasset: admonitus Tyberius properanter Constantinopolim advolat, & gliscentem prodicionem suo adventu sopivit. In ea autem vindicanda quammitissimè se gessit. nam apprehensam Augustam, thesauris tantum spoliavit, alimentis abundè relictis: & ministris, quorum consilio uti dicebatur, ablegatis, aliis in ipsorum locum suffectis: Iustinianum verò ad se advocatum graviter objurgavit, postea impunitè quò vellet, abire permisit.

P. DIAC.
rer. Rom.
lib. 18.

NAVCL.

ZONAR.
an. 10.3.

CVSPIN.

Constantinus Ducas imperator, cum multorum insidiarum ei detectarum essent, non aliter insidiatores punivit, quam quòd ipsis pro venalibus mancipiis usus sit, cum legitimo jure non solum libertate, sed & vita illos privare posset.

A Gotthis Romam obsidentibus, Belisario propugnante, duo Romani corrupti sunt, qui prodere urbem polliciti sunt: sed cum alter pœnitentia ductus, Belisario rempa tefecisset: alter captus est, & rem confessus:

sus: cui acerbam necem meritò Belisarius adferre posset, tantum nasum & auriculas præcidi iussit, viliq; asino imponi, & ad Gothorum castra mitti.

NAVCL.

DE SÆVITIA ET INGRATITVDINE. LIBER QVINTVS.



T magna apud omnes gentes Clementię & Gratiitudinis fama semper fuit, sic ubiq; sævitiã & ingratiitudo summū dedecus & gravissimam infamiam adferre solitæ sunt. Nam cum hominum societatem crudeles perversè violent, adversus naturam, quæ hominem homini conciliare, & mutuo benevolentia nexu arctissimè constringere studet: maximè impios se ostendunt, & idcirco omniū odium incurrunt. Nec in minori odio cõtemptuq; versantur ingrati, qui naturæ injurii & virtutis

internecini hostes præclaro omnium assensu judicantur: etenim qui bene facta quævis oblivione delent, justitiam negligere, quæ æqualitatem, & compensationem in officiis requirit, videntur, & amicitiam aspernari, quæ beneficiis ultrò, citroque datis alitur, & communem societatem parvi pendere, quæ beneficentia & gratitudine conservatur.

DE IIS QUI SVOS
SUCCESSORES E MEDIO
TOLLERE CO-
nati sunt.

AELIVS Verus admonitus ut à quibusdam caveret, qui ei successuri in imperio putabantur, & ne spe successionis ejus vitæ insidiari possent, illos e medio tolleret: respondit: Si mei futuri sunt successores, in eos aliquid moliri inutile. nemo enim successorem occidit. Hoc prudenter & acutè ab Imperatore dictum multis exemplis verissimum esse comperitur. Nam principes quamplurimi frustra omnes adhibuere artes, ut quos obscura fama ex præsagiis aliquot vaticiniis que collecta post se regnatos intellexerant, spe imperii, & vita privarent. Quorum inanes, & vani conatus aperte declarant, fati vires ineluctabiles esse.

se, quas prævertere aut immutare nulli unquam mortalium concessum est: sicut rectè Herodotus non in hominis natura avertere quod eventurum est: sed pervertere illorum voluntates summè scelestos & crudeles homines judicavit, qui necem eis moliti sunt, à quibus nihil damni, nihil injuriarum acceperant.



REX vetustissimus in Hispania Gargaris nepotem Habidem, quòd ex stupro filia eum suscepisset, sæpius variisque modis extinguere tentavit: sed per omnes casus fortuna quadum servatus, ad postremum sicvolentibus fati avito in folio sedit. Primum omnium cum illum feris dilaniandum exponi jusisset, & post dies aliquot ad corpus requirendum misisset, inventus est incolumis vario ferarum lacte nutritus: quem perquisitores ad anum retulerunt, relatum domum tramite angusto, per quem armenta commeari consueverant, ut ab illis conculcicaretur, projici jubet: sed ibi cum illesus & inviolatus maneret, quod feræ sollicitè & cautè projectum infantem transilientes eum intactum relinquerent, tertio aliud mortis genus experiri statuit: voracibus & feris canibus, multorumque dierum inedia exasperatis devorandum tradidit: qui cum ab eo abstinerent, suis obijci jubet, quas illum pedibus proterere, vel dentibus discerpere velle putabat: sed cum

sues admotis uberibus suo lacte alerent, ad ultimum in Oceani undas abjici imperat, existimans à procelloso mari citò extinctum iri. Sed inter furentes ætus & reciprocantes fluctus illius quasi lembo delatus, leni salo tandem sospes & salvus in littore exponitur. Nec multò pòst advenit cerva, quæ misero infanti ubera admovit, & frequenter ad eum rediens, solerter nutrit. Is cùm nutricem per saltus & montes sequeretur, tantæ pernicitatis evasit, ut cervorum greges cursu adæquaret. Talem sylvestris hominis vitâ cùm animadvertent venatores, qui in illis montibus assueti erant: insidias illi struxêre, & laqueo captum regi dono dedêre. Rex eum diligenter intuitus, ex notis corporis, quæ parvulo inultè fuerant: nepotem agnovit, & admiratione tot casuum periculorumque captus, successorem regni, quò fata vocabant, destinavit: quem tollendum prius curaverat, in precio habuit.

IVSTIN.
lib. 42.
VOLAT.
Grego. 2.

Astyages Medorù rex per somnium vidit ex naturalibus filia, quam unicam habebat, vitam enatam, cujus palmitè omnis Asia obumbrabatur. Consulti arioli, ex eadem filia nepotem ei futurù, cujus magnitudo per vitis amplitudinem prænucciabatur, qui & ipsius regnum occupaturus esset, responderunt. Horum responso perterritus, neq; clarò viro, neq; civi dedit filiam, ne paterna mater naq; nobilitas nepotis animù extolleret, & ad præclare audendù accenderet: sed de gen-
te

te tunc obscura Persarù delegit. Cum autem filia puerù enixa esset, ut ab omni metu & suspicione liber esset, eum jussit exponi: sed cùm puer præter spem avi educatus esset, casu quodâ ei innòtuit, quem statim neci destinavit. Is verò quum occidendus erat, per magos servatur, & fato viam aperiente ad avitum imperium nequicquam avi sævitia remorante evectus est.

HEROD.
lib. 1.

Cambyfes præfagiò admonitus, brevi ejus loco Smerdè regnaturum, fratré Smerdem clanculù occidi jussit: sed cùm duo in ejus aula esset, qui Smerdis nomine vocarètur, quòvis alter ipsius frater erat, alter Patizatis magi: interfecto Cambyfis fratre, Smerdes nihilominus mansit superstes, qui Cambyse fato functo illius fratrem se esse mentitus, regnum obtinuit.

HEROD.
lib. 3.
PLUT.
de amor. frã
ter.

Amulius cùm Latii regnum Numitori fratri abstulisset, veritus ne ex ejus filia liberi nascerentur, qui jus patèrnum persequerentur: Vestæ eam sacerdotem legit, ut perpetuam virginitatè servaret. Ea gravida deprehensa in carcerem conjecta est, & ne de partu Amulium celare posset, ab omnium commercio sejuncta. Cùm geminos autem peperisset, acrior metus eum invasit, & ut eo se evolveret, servo negocium dedit, pueros quàm primùm in profluentem abjiciat. Ille ut fluvium rapido cursu & summo impetu decurrentè, & alvei margines latè exundantè aspexit, metuens ne si propius ad alveù accederet,

à violentia aquarū abriperetur, in proxima al-
luvie pueros exposuit: quos fluminis paula-
tim decrescētis aqua in sicco destituit. Ibi ja-
centibus lupa fortē adveniēns mammā præ-
buit. Non multò post Faustulus magister re-
gii pecoris clam omnibus ex eo loco aspor-
tavit, & diligenter pro suis educavit. qui cūm
adolevissent, conjuratione cum aliquot ci-
vibus contra Amulium facta, eum incautum
& imparatum oppresserunt, & regnum si-
bi, prout ex successione debebatur, vindi-
carunt.

PLVT. in
Rom.

Cūm de imperio Valens consulere oraculum, quatuor literas *S. E. S. D.* demonstravit. hoc nomen asseverans post Valentem, imperii culmen accepturum. Vnde ille ira ac furore percitus, quod imperatoriam dignitatem omnibus invideret, & ab ea per vim dejecti vehementer metueret: quamplurimos interemit, quos imperandi libidine teneri, & cōtra eum aliquid moliri posse existimabat. occidebātur itaq; Theodori, Theodoti, Theoduli, & quicunque has literas in capite sui nominis habebant. Inter cæteros occisus est Theodosiolus, vir fortis & egregius, pater Theodosii postea imperatoris: ipsum verò Theodosium, qui ei cum Gratiano filio successit, nec tollere nec impedire potuit, quominus eo quò fata trahebant perveniret.

SEXT.
Aurel. Vist.
A. B. B. V. sp.

Manuel Comnenus Constantinopolitanus imperator, patruelē habuit nomine Andronicum, qui propter bellicam virtutem

vi-

virium robur, formæ dignitatem & animi magnitudinē cœpit illi esse suspectus, quod populari favore in eum inclinante aliquando imperium abrepturus esset. Accessit ad hoc, quod arioli dicerent eum successorem habiturum, cujus nomen ab A litera initium habebat. Cūm hæc omnia diligentissimè considerasset, Manuel Andronicum in carcerem detrudi, atque ibi arctè custodiri curavit. unde cūm elapsus esset, denuò capitur, & arctius ac diligentius custoditur: sed fortuna illi favente, inde denuò elabatur: & cūm domi suæ tutus esse non posset, varios dynastas & regulos adit, quos omnes Manuel variis muneribus & pollicitationibus sollicitare non cessat, donec eum è suis ditionibus expulerint: & cūm relicta Græcia ad Babylonicum Sulthanum venisset, ibi etiam à Manuelis infidiis tutus non fuit. Cūm autem diu in exilio vixisset, & multa fuisset perpeffus, ad imperium demum post Alexium Manuelis filium evectus est. Ipse adeptus imperium, cūm sibi successurum unum audisset: cujus nominis initiales literæ ab *α. σ.* lit. inciperent, & ob id Isaacus Angelus illi suspectus esset: per Hagiochristophoritem ex familiaribus maximè intimum eum comprehendere statuit. Cūm primū itaque Hagiochristophorites Isaacum obvium habuit, multis satellitibus comitatus, eum acriter est adortus, ut qui vivum vel mortuum in potestatem redigere decreverat: sed cūm for-

Y

NICET.

titer Isaacus se defenderet, qui invadebant rejectis aut occisis, incolumis evasit: sed cum Andronici jussu id factum esse putaret, illius iram metuens, ad asylum statim confugit: ubi concursu populi facto Imperator est declaratus. Ita Andronicus fata sedulitate & diligentia impedire non potuit, & insontem persequendo sævisimus tyrannus est habitus.

Vguccio Fagiolanus, Lucensium & Pisanorum dominus, Castruccium Castracanam confirmata autoritate & populari gratia præpotentem, ideoque formidatum, ne scilicet excluso Nerio filio, ipse in Imperio succederet, tollere constringit. Ita compositis insidiis, eum Nerius ad cœnam vocat, & nihil tale veritum comprehendit, eumque homicidii factum capitis pœna condemnat. Verum fortuna alternis suo more lusibus jocabunda, ita Castruccium è summo turpissimæ necis periculo eripuit, ut miserum ex damnato & secula securi propè percusso, ad urbis dominatum proveheret, & Vguccionem ex domino exulem & extorrem faceret.

IOV. ELOG.

DE IIS QUI PATRES
IN IVS VOCARVNT,
AUT IN VINCVLA
conjecerunt.



*Naturalis sœvis in iis profus extim-
etam esse apparet, qui parentes, quos om-
ni obsequio & reverentia colere debebat,*
hor

*hostiliter tractarunt. Nec in alios mites & benignos
eos fore putandum est, qui vitæ auctores tanquã hos-
tes persequuntur. Nam ut Procopius inquit: Mens,
quæ in amicos pravitate et incōstantiæ semel argui-
tur, divertere ab æquitatis via assidue solet. Tam te-
trum autem facinus, ut omnibus hominibus summo
pere detestandum videtur. ita superis maxime invi-
sum esse infelices exitus hujusmodi sceleratorum des-
clarant.*



Vibius Serenus ab exilio retra-
ctus, illuvie & squalore oblitus,
cathenaque vincens, publico in ju-
dicio accusatus est à filio, quod
Tyberio Cæsari insidias molir-
tus esset, & in Galliam, qui contra eum bel-
lum accenderent, clam misisset: adjungebat
etiam quod accusationi major fides habere-
tur, Cecilium Cornutum, virum prætorium
ejus facti conscium, ad belli sumptus grandè
pecuniâ ministrasse. Serenus hanc gravem
filii accusationem audiens, non metu percul-
sus est, quamvis in maximo discrimine ver-
saretur: sed imperterrito animo & minaci
vultu ipsum intuitus, quaterè vincula, voca-
re ultores deos cœpit, ut sibi quidem redde-
rèt exilium, filium autè ut ingratus & impius
dignis suppliciis afficerèt. Hinc autè falsâ ac-
culationè esse cõjici ab omnibus, & æstimari
facile posse, quod principis cedere uno socio cõ-
gitasse, & res moliri novas nemini verisimile

videri. Filius tunc alios duos Gn. Lentulum & Seium Tuberonem nominavit. quòd autem ambo Cæsaris intimi essent amici, & alter senectutis extremæ, alter defecto corpore, in fontes judicati. In patrem ex servis questum, & quæstio adversa accusatori fuit, qui scelere vecors, simul vulgi rumore territus, robur & saxum, aut parricidarum pœnas mitantium celsit urbe, ac retractus Ravenna exequi accusationem adigitur. Serenus in insulam Amorgū reportatus est, filius, licet Tyberio acceptus, qui delatores fovebat, tamen apud omnes ordines odiosus & infamis semper fuit.

TACIT.
lib. 4.

Antiochus quidam natione Iudæus, patrem suum, cæterosque Iudæos, qui Antiochiæ degebant, detulit, quòd una nocte totam civitatem Antiochiam incendere decrevissent. Antiocheni jam aliis de causis Iudæis infensi, ipsius delationi fidem adhibuerunt, magisque in eos exasperati sunt: itaque arreptis armis, quò delatam perfidiam ulciscerentur, tumultum excitarunt, in quo multa hominum millia trucidata sunt. ipse etiam delator miserrimè periit.

IOSEPH.
lib. 7. de
bell. Iud.

Ioannes Maria Mediolanensium Vicecomes cum inauditam crudelitatem in quovis exerceret, in matrem etiam sæverissimū se præbuit. Nam cum filii flagitiosissimam vitam acerbius reprehenderet, in turrim arctissimè eam conclusit, nec ullis unquam precibus, ut inde illam eximeret, exorari passus

us est. Sed qui inexorabilem in matris causa se præbuit, efferati populi sævitiam experitus est. conjuratione enim in ipsum facta, meritas crudelitatis pœnas exoluit.

IOV. elog.

Adolphus dux Gheldrensis, longioris vitæ patris pertæsus, quòd per viginti quatuor annos summæ rerum præfuisset, in omnem occasionem diu excubans, ut eum imparum & incautum prehenderet, quò vi vel sponte rerum administrationem extorqueret: semel multa jam nocte, cum pater lectū petebat, eum captivum fecit, & per intentissimum frigus quinque milliaria Germanica exutis caligis conficere compulit, in tetrinque carcerem, qui in imo turris erat, conjecit: in quo per sex menses inexorabili pervicacia detinuit. Ingratus autem & ferox filius eum habuit exitum, ut primū à patre exhæredatus juxta Tornacum à Gallis tunc Flandrorum, quibus militabat, hostibus interfectus fuerit, dum perculsam suorum aciem reparare, & fugientes retentare conaturus.

ARGENTONUS de rebus gest. Lud. do. II.

DE FORTISSIMIS DV-
CIBVS, QVI CONTRA
PATRIAM ARMA
tulere.



M omnia ratione animoque lastraveris, omnium societatum nulla est gravior, nulla sanctior, quàm ea quæ cum resp.

est. unicuique nostrum, inquit Cicero, quod multi magni viri gravi & exacto iudicio apud se meditantur, cum vertere solū coacti sunt: injuriam acceptam patriæ condonantes re & consilio ipsam iurare non destiterunt. Ut Aristides Atheniensis, qui cum ostracismi iniuste fuisset damnatus, cum urbe excederet, sublatis in cælum manibus precatus est deos, ut Atheniensibus quæcumque vellent sic bene, fauste feliciterque evenirent, ut Aristides eis nunquam veniret in mentem. nec facta eius precibus dissimilia fuisse. siquidem in bello contra Xerxem cum adhuc exularet, maximum momentum ad victoriam attulit. Camillus item Romanus, qui apud Ardeates exulans, cum Galli Roma incensa Capitolium obsidebāt, tumultuario collecto exercitu in eos movit, & suos cives obsidione liberavit. Qui itaq; injurias, quas à contraria factione iniuste receperunt, memores contra patriam ferunt arma, quamcumque causam prætexant, vacare culpa non possunt: & licet multa egregia facinora antea perpetraverint, immani illo & inexpiabili facto ipsorum gloria, si non prorsus oboletur, plurimum obscuratur.



P I E T A T I S infimulatus Alcibiades, quod Mercurius violasse, & Cereris mysteria domitimerasse diceretur, è castris in urbem accitus, ut iudicio seisteret, sibi malè conscius iudicium subire nõ ausus est: & quod intempestivè à rebus gerendis inimicorum suafu fuisset revocatus, vindictæ avidus ad Lacedæmonios patriæ ho-

hostes se contulit, quibus ut ad defendendas Syracusas, quas Athenienses oppugnabant, classem mitterent, persuasit, ut munita Decælea in finibus Atticæ oppido bellum contra Athenienses instaurarent, & Chijs Lesbiiq; , qui ab illis defecerant, opem ferrent. Nec iis contentus ipse in Ioniam navigans, civitates Atheniensium socias, ut Lacedæmonii se adjungerent, coegit: tantum valuit apud eum inimicorum odium, ut omnem affectum & reverentiam in patriam extinxerit.

C. Martius Coriolanus, quod indignè à populo Romano exilio mulctatus esset, ad Volscos Romanorum internecinos hostes indignabundus se recepit: quos ad bellum contra patriam gerendum non solū sollicitavit, sed se illius ducem etiam præbuit: bello itaq; Romanis indicto, cum iusto exercitu in illorum agrum irrumpens, omni belli clade afflixit, multas urbes, quæ Romanorum fidem sequebantur, deditioem facere compulit: quibus in potestaté redactis ad urbem Romæ copias admovit. Tunc Romanis tantum iniecit pavorem, ut de urbe defendenda desperarint, & bis legatorum Romanorum postulatis rejectis sacerdotum & vatum contemptis precibus, vix tandem à matre delinitus, obsidionem solvit relictis passim in circumjecto agro suæ sævitæ & efferatæ iracundiæ monumentis.

Bonifacius Comes Africæ, cum multa laude digna, & imperio Romano apprimè uti-

THUCY.

lib. 5.

PLUT. in

Alcib.

LIVIVS.

PLUT. in

Cor.

lia sub Honorio & Theodosio juniore in Africa & Hispania gefisset, quòd insignem glòriam præclarè rebus gestis quæsierat: odium in eum Castinus consul & Ætius, qui rem Romanam in Galliis administrabat conceperunt: Ioannemque, qui tunc in Italia rerum potiebatur, perpulerunt, ut eum hostem publicum declararet. Decreto facto Castinus cum iusto exercitu in Africam trajiciens, acerrimum contra illum bellum gefsit: sed diversis præliis victus in Italiam revertitur. Egrè ferens Ioannes, eum quem hostem declararat, tam fortiter resistere, commissa Castino Italiæ administratione, ipse cum majoribus copiis Africam petit, collatisque sæpius signis cum Bonifacio conflixit: sed non in maiorem quàm ante eum Castinus fortunam expertus est. At Ætius de prosperis Bonifacii successibus cum animo maxime angeretur, illum apud Valentinianum Cæsarem affectati imperii accusavit. Is quòd ea quæ de Bonifacio dicebantur, vera esse crederet, novum exercitum ducibus Mavortio & Galbione contra eum misit: qui cum essent profligati, Sisulfus dux in ipsorum locum successit: qui cum brevi Carthaginem in potestatem redegisset, de salute Bonifacii desperare cœpit: & cum hostium violentiæ cedere nollet, Gensericum Vandalorum regem ex Hispania in auxilium evocavit, cui Africa quæ imperium Romanum agnoscebat, in prædam celsit.

Nar-

Narfes postquam Gotthos, qui diu in Italia & Sicilia regnarant, & Belisarii summi ducis conatus iustinerant, occidione delivisset, & Francorum formidabiles copias, qui totam Italiæ latitudinem emensi, cuncta obvia prostraverant, foeliciter repressisset, à delatoribus apud Iustinum imperatorem & Sophiam Augustam malignè accusatus est: qua de causa successor ei destinatur, & acerbis verbis in aulam revocatur. quod ita ægrè tulit, ut ad nihil aliud quàm ad vindictæ libidinem animum intenderet, & nihil curas Imperatoris mandatum, in Italiæ vastitatem & Pannonia Alboinum Longobardorum regem accerferet.

His annumeretur Robertus Atrebatium comes, qui quòd contra se pro amita Mathilde de comitatu Atrebatensi in senatu Parisiensi iudicatum esset, ad Angliæ regem Edwardum tertium se contulit, quem ad bellum in Francos gerendum commovit, quo nullum atrocius vel longitudine temporis, vel cladum frequentia, vel regionis vastitate Franci unquam senserunt.

NAVCL.
IOVIV.
elog. I.FROIS.
lib I.
ÆMYL.
lib 8.POLYD.
19.

DE IIS QUI NEFARIO AVSV GLORIAM QUÆ- siere.



VI virtutem summo studio & sincère colunt, & vel renitentes & inviti veram glori-
am & perennem laudem assequuntur.

Y 5

Vult enim planè virtus honorem, nec est virtutis ulla alia merces, inquit Lactantius. Qui itaque nefario, ausu famam extendere, & decus parare se posse arbitrantur, quæ soli virtuti debentur, infamiam & dedecus in præmium reportent necesse est. Quosdam verò reperire est, qui in flagitiis & sceleribus adeo sibi placent, ut in iis neminem sibi præferri velint, in malitiaque & nequitia summum obtinere gradum scelestæ & nefariæ ambitione peroptent ita, ut ad immania scelera patranda tantum petulantiam instigatos appareat absque ulla commoditatis spe, quæ plerunque homines à virtute avertere solet.



ROSTRATUS vir nequissimus, cum rectè factis, à quibus abhorrebat, laudem assequi non posset, & in obscuro delitescere non ferret: Dianæ Ephesinæ augustum & celebre templum

NAVCL. incendere statuit, ut opere pulcherrimo & admirabili consumpto nomen ejus per totum terrarum orbem quacunque fama divulgaretur.

PLVT.
in Cæs.
PH. MEL.
Chron. 2. Achilles & Pothinus post interfectum nefarie Pompeium, Cæsari insidias moliti sunt, quòd in animum induxerant, se ad gloriæ fastigium perventuros, si duos summos duces Romanos, & per amplis victoriis claros trucidassent. At detectis insidiis à Cæsare comprehensi, meritas perpetrati & excogitati flagitii pœnas luere,

Bello

Bello incumbente Scotico tributum imperaverat Anglis Henricus septimus rex Angliæ, id Cornubienses, qui insulæ partem sterilem incolunt, conferre renuerunt, motaq; seditione Thomam Flamnochum Leguleium, & Michaelem Fabrum ferrarium duces elegerunt: & cum magnis copiis rectà Londinum versus, quæ totius regni metropolis est, iter intenderunt: rex procul à suis disertos esse cupiens, eo impune venire passus est, nemine eorū iter denegante: sed in obsidione clarissimæ urbis herentes magna vi adortus vicit, & duces captivos fecit. Michael autem perduellionis damnatus, cum ad supplicium duceretur, interrito admodum vultu circumstanti turbæ dixit: sibi non esse molestum, sed jucundum talem mortem oppetere, quòd ob susceptum facinus sui nominis perpetuam fore memoriam speraret.

Gabrinus Fundulus Cremonensium tyrannus, quum Mediolani propter immania flagitia securi subderetur, hortareturque ut patratum scelus sperata à Deo venia ritè pœnitere vellet: indignabundus respondit, se jure belli factorum haudquam pœnitere, sed maximè dolere, quòd conceptum semel facinus non patrasset: quòd erat ejusmodi, Sigismundum imperatorem & Romanum pontificem Balthasarem Cossam in summam celeberrimæ turris coronam invitatos in subjectum forum provolvere cogitarat, sub vitæ verò exitum

POLYD.
lib. 26.

IOVIVS
in vit. Phil.
Vicecom.

cùm de factò gloriari non posset, voluntatem faciendi prædicabat, seque omisissè præclaram malè agendi occasionem dolebat.

Acroceraunii agrestes ferique homines, qui Chimeram montem incolunt, cùm apud ea loca Solymanus Turcarum imperator haberet castra, immane consilium susceperunt ipsius tabernaculi noctu invadendi, concitante eos Damiano quodam latronum duce, nec reformidabant ullum vel certæ necis periculum latrones, ut inusitati facinoris gloria potirentur, si longè maximum terrarum orbis imperatorem in tabernaculo semisopitum, & frustra tot custodiis confisum occiderent. Sed ad id audendum facinus paratis fortuna defuit. nam dux ipse Damianus è notis rupibus delapsus ad explorandum prætorii situm, & circumjectæ stationis formam, à vigilibus prætorianis conspectus, comprehensusque, & per tormenta detectis quas parabat insidiis, jussu Imperatoris belluæ captæ modo discerptus est. Mox emissis in rupes Asapis & Acanz's ipsius socii magna ex parte trucidati.

IOV. hist.
36.

DE

DE IIS QUI PROPTER
VIOLATAS VXORES

GRAVIA FACINORA

aufi sunt.

NISI patria naturali sanctione primas officii partes sibi vindicat, nec ullam flagitii in se admissi excusationem admittit: tamen justo dolori indulgisse existimantur, qui propter violatas uxores contra patriam exitalia atraxerunt arma. Tam indignam contumeliam omnes putant, ut quocunque modo vindicandam censeant. Cùm tantum autem flagitium raro maneant inultum, immodicas cupiditates refrenent & cobibeant, qui ob summam potestatem omnia sibi licere arbitrantur, ne sibi & suis certum exitium adferant, quale perpessi sunt, qui retrò actis seculis tam indigna & tam tetra facinora patrarunt, semperque illis versetur ob oculos, quod est à Plutarcho dictum, Princeps timere potius malè agere, quàm malè pati debet, cùm alterum alterius causa sit.



ARRVNS Tyrrhenus cùm in jus Lucumonem vocaret, cujus tutor fuerat, quòd suam uxorem flagitiosè abduxisset, multitudine & largitionibus amicorù Lucumonis in judicio est superatus. Quæ contumelia exacerbatus, ad Gallos se recepit, quorum ingentem exercitum in Italiam vindicabundus adduxit, qui evastata provincia

PLUT. in
Camil.

& incolis è sedibus pulsas, novas ibi colonias posuerunt.

Julianus comes Visigóthus ira stuprate ab Rhodorico rege suo uxoris, Saracenos in ultionem flagitii evocatos navibus per fretum Herculeum traduxit, Hispaniamq; hostiliter invasit: quam cum omni belli clade vexaret, rex cum justo exercitu illi occurrit, inter quos sepius collatis signis dimicatum: sed cum tanto Gothorum exitio, ut supra septingenta millia in illis præliis ex ea gente caesa fuerint: Rhodoricus ipse cum tota nobilitate perierit, & ex usu victoriæ tota Hispania præter Astures & Cantabros in ditio- nem Saracenorum deveniret.

ÆMYL.
lib. 2.

NAVCL.
GODO.
len. de Tur
car. aula.

BEROAL.
Mon. 4.

Lucius senator Romanus, quod ejus uxore Anitus Rom. imperator abusus fuisset, dolore ignominie exacerbatus Trevirorum urbem Merovingo Francorum principi prodidit.

ÆMYL.
lib. 5.

Hugo comes Marchie in Anglia, quia Ioannes rex filiam unicam comitis Engolismensis sibi desponsatam intercepisset, contumelia irritatus conjurationem Pictonum nobilitatis fecit, seq; Arcturo Britannie Armorice duci conjunxit.

Hermirpherus civis Antiochenfis, quod ipfius uxor à quodam duce Turcarum, qui in præsidio ibi erant, corrupta fuerat, prode- de cum præsidio duceq; Turcarum patrie consilium cepit. Communicato itaq; cum prin- cipe Tarétino consilio, qui unà cum aliis Chri-

stia.

stianis principibus in obsidione erat, turrem quam custodiendam susceperat, demissis scalis ad excipiendos subeuntes tradidit: qua occupata murum Christiani conscenderunt, & statim proxima porta refracta totus exercitus introductus, qui impotenti ira in quovis obvius sæviens, maximam militum & civium stragem edidit.

ÆMYL.
lib. 4.
NAVCL.
SABEL.

Actiolinus cognomento Balbus, cum Cæciliam Baoniam, quæ Gerardo Camposampetrio desponsata fuerat, Actiolino filio in matrimonium dedisset: Gerardus ab justo dolore ad vindictam præceps ita contumeliam vindicavit, ut eam intercepta media in via constuprarit. ejus abominabilis facti indignitas Actiolinos repente in Patavinos armavit, quod tanti flagitii injuriam impunito Gerardo neglexissent: deditq; initium diuturnis inusitatisq; cladibus, quibus præter nobilissimas totius Venetie urbes, supra centum oppida castellaque diu vexata, & late vastata à stirpe prope interierint.

Conradinus Apulie rex uxorem formosissimam comitis Casertani, qui ei fidissimus erat, adamavit: & cum illa præfente marito commodè potiri non posset, eum honoris specie in legationem ablegavit. Rediens verò ille cum facinus comperit, clam ad Carolum Andegavensem profectus est, & domini exercitum proditurum pollicitus, quod ad Beneventum non multo post tempore factum est. Ibi enim Conradinus in prelium

IOV. elog.
L.

VOLAT.

contra Carolum descendens, fugato exercitu superatus est: & cum è media suorum strage ereptus in Germaniam fugeret, è fuga retractus custodia traditus est, tandem immani victoris decreto securi percussus.

DE IIS QUI BARBARAM FERITATEM IN HOSTES VIVOS VEL MORTUOS EXERCUERE.

Hopes victoria nullum proprium domicilium habens, nulli periculiare, nulli hæreditarium semper vincere, inquit Scodrensis. hoc si prudenter et consideratè penderent, qui ex rebus bellicis solidam & nõ interituram gloriam quærunt, in victoria nunquam insolesceret, hostibus malè à fortuna mulctatis petulenter insultantes, aut atrocè sævitiam in eos exercètes. siquidè multæ sunt belli vices, et fortuna alternatè nuntibus nunc illis favet victoria. prudentis itaq; est hominibus nõ nimium secundis rebus fidere, sed in lætissimi serenitate tempestates adversas metuere. Qui ideo erga hostes, quos martis alea ipsis subiecit, truculentos & immites se ostendunt, dum animo odiis exulcerato satisfacere capiunt, non solum barbare feritatis notam sibi insurunt nunquam desituram: sed & maximum creant periculum, ne iis similia, quæ impotenter fecerunt, vel atrociora etiam aliis quando patiantur.

To.



OMYRIS Scytharum regina, cum Cyrum Persarum regem, qui ipsius filium cum parte exercitus castris simulato metu desertis, in insidias adductum occiderat, pari astu raptim retrocedendo delassisset, & in angustiis montium velut indagine clausisset: ipsius exercitu ad internecionem deleto, ut filii manibus digniore victima parentaret, immaniter interfecit, & caput à trunco abscissum in utrem sanguinis plenum coniecit cum hac exprobratione: Sa te sanguine, quem vivus adeo sitisti.

Cambyses Persarum rex, cum per legatos Amasis Ægyptiorum regis filiam in uxorem sibi dari postulasset, & alia quæ falso regis esse dicebatur, missa fuisset: eam contumeliam cum percoquere non posset, Amasim sibi hostem destinavit, & ingenti coacto exercitu in Ægyptum expeditionem suscepit: Cum autem in urbem Saim, in qua Amasis sepultus erat, venisset: cadaver regium è loco in quo erat conditum, efferri mandavit: deinde verberibus cædi, vellicari, & stimulis punigi, omni denique contumeliarum genere infestari, demum etiam cremari.

M. Crassus in Parthos expeditione sumpta, à transfuga in camporum vastam solitudinem adductus, dum se ab hostibus circumventum videt, per medias hostium turmas erumpere, & in pacatum abire parat. Sed dum hæc conaretur, occisus est, & ejus caput

HEROD:
lib.2.MEL.
Chron.2.HEROD:
lib.1.

RAVIS:

Z

PLVY.
*in Cras.*SEXTVS
Ruff.

à trunco abscissum cum dextra manu ad regem perlatum, tanto ludibrio est habitum ut inter militum manus instar pilæ lusoriæ jactaretur, & ad inexplebilis avaritiæ probrum ejus faucibus aurum liquefactum infunderetur.

EVTRO.

Herculius Maximianus superatis prælio Francis & Alemannis, captos eorum reges cathenis religatos Româ duxit: & cum magnificentum spectaculum populo præberet, bestiis dilaniandos crudeliter objecit.

EVSEB.
*de vit. Cōst.*4.
OROS.7.
IOVIVS*elog. 2.*

Sapor rex Persarum Valerianum imperatorem Romanum in Mesopotamia victum captumque tam immaniter tractavit, ut per aliquot annos quoties equum conscendebat, pedem cervici captivi imponens pro scabello uteretur: & hac contumelia non contentus, in extrema senecta viventi cutem detraxerit, carnesque ipsius tanquam feræ captæ sale condierit.

Gundebaldus Gundenci Burgundionû regis filius natu maximus, cû Gudemari, Chilpericique fratrum armis peteretur, qui ipsi ætate medii universum regnû ad se transferre contendebant: Transrhenanarum gentium subnixi auxiliis in Heduorum finibus victus, abjectis regiis insignibus fideli amicorum operâ celatus & tectus ita, ut cum nulla fugæ indicia extarent, cæsus in acie creditus sit. Proinde cum velut confecto bello Transrhenana auxilia se domum recepissent, tunc Gundebaldus in lucem rediit. Ad eum

eum velut miraculo restitutum, qui interemptus ferebatur, sit undique concursus. Coacto itaque ingenti exercitu, fratres Viennæ obsidet Oppidani haud ægrè cessere. Gundebaldus magis injuriæ, quàm fraternæ charitatis memor, primo tumultu comprehensum Chilpericû securi percussit, Gudemarium in extrema spe è turri se defendentem, subiecto igne exustisq; foribus cœremavit.

ÆMYL.
lib 1.

Henricus quartus imperator à Gregorio septimo anathematis fulmine inaudita causa percussus, omnibus eum deserentibus, coactus est Romam expiationis causa petere. Cum apud Canusium Rhegiensis agrî oppidum pontifici occurrisset, deposito omni regali habitu nudis pedibus incedens tri-duo in summis frigoribus persistit, redire in gratiam cum pontifice demissè postulans: cujus preces pertinaci animi decreto pontifex averfatus est, & ante portam castrî humilem & abjectum subsistere passus: ægrè tandem Henricus & maxima cum difficultate imperatrice matre & Mathilda consanguinea intercedentibus, absolutionem anathematis est assequutus.

CVSPIN.

Belphech Persarum rex Romanum Diogenem Constantinopolitanum imperatorem cum prælio cepisset, veluti canem vinctum circumducebat, ejusque tergo pro scamno utebatur equum ascensurus.

FVIGO.
lib 9.

Edgarus Britannicus rex Scotiæ atque Hiberniæ reges bello captos, remos agere

Idem ibid.

cogebat, in ea cymba, qua voluptatis gratia vehebatur.

Ambrosius Aurelius regis Britanniae filius, cum Britannis suis contra Saxones Anglos se ducem obtulisset, & ad tuendam patriam egregie excitasset, per amplis paratis copiis ad hostes contendit, cum quibus sapius justa acie est congressus, neque plane victus, neque plenam victoriam adeptus: ad extremum adverso facto praelio ita superatus est, ut in media suorum strage egregie dimicans occubuerit, & Britanni omnem prorsus spem resistendi abjecerint. Ea victoria elati Saxones sibi omnia licere putarunt, & in miseros Britannos omne saevitiae genus exercuerunt. interfectis enim primùm, qui contra ipsos arma induerant, in omnis aetatis sexusque multitudinem belli expertem saevire coeperunt tanto furore & rabie, ut non solum diebus & locis praelio proximis, calentibus adhuc victoria animis: sed multos post dies urbes singulas & pagos percurrentes, caedem similem ubique perpetrarint.

NAVCL

Sergius pontifex, quod opera Formosi è sede pontificia pulsus fuerat, ipsius mortui cadaver è sepulchro effossum, cum ad dignitatem restitutus est, degradari mandavit, & capite truncatum in Tyberim fluvium abjici.

PLATI-
NA.
PH. MEL.
Chron. 3.

Tamerlanes Scytharum imperator, cum in Stella monte Bajazetem secundum Turci-

cicum regem memorabili praelio devicisset, & captivum fecisset, in cavea ferrea inclusum per Asiam, ut cunctis ludibrio esset, circumduxit: & cum equum ascenderet, eum ut gradum faceret, dorsum praebere coegit.

CHALC.
IOV. elog. 2

Christiernus rex Daniae, cum regnum Sueciae armis tentaret, princeps Stevo Stura, idemque per interregnum praeses regni coacto exercitu ejus conatibus resistere, & patriae libertatem tueri statuit. Cum itaque Dani in Sueciam descensionem fecissent, illis occurrens praelio statim decertavit, & egregie dimicando superior evasit. Non fractus animo Danus propter rem male gestam reparat copias, & secundo Sueciam adortur, Holmiam celebrem civitatem obsidet, à qua re infecta Stevone fortiter propugnante discedere cogitur. Sed coactis amplioribus copiis tertiam expeditionem suscepit: non eadem autem fortuna à Stevone bellum tunc administratum est. Commisso etenim praelio in primis ordinibus dimicans occiditur. corpus Holmiam ad sepulturam refertur: usus victoria Danus ad Holmiam obsidendam statim progreditur, quam interposita pactione in suam potestatem redegit. Urbe potitus splendidum parat convivium, in quo divitiis & nobilitate magis conspicui fuere excepti, & per biduum magnifice & laute tractati. Tertio die eos per satellites comprehendit, & in carcerem conjici jubet: in quos omnes vario mortis genere saevitum. Nec

ab aliorum civium, qui in arcem non ascen-
derant, cæde temperatum. Omnifaria au-
tem crudelitate in miseros cives commissa.
Cadaver Stevonis, qui aliquandiu ejus co-
natus represserat, sepulchro extrahit, inusi-
tataq; rabie dentibus adpetiit, posthumum-
que ipsius Stevonis eodem mensē narum &
sepultum erui jussit. Ea corpora cum aliis
interfectorum civium cadaveribus igni com-
buri, & cineres in auras dispergi imperavit.

IAC. Zieg:
lex.

DE IIS QUI SIBI MOR-
TEM CONSCIVERE NE
IN MANVS HOSTIVM
inciderent.

N VLLA virtus ab Ethnicis scriptoribus
majori præconio celebratur, quam fortis-
tudo: cujus tamen naturam non rectè in-
tellexisse visi sunt, cum magnanimitatis
& fortitudinis titulo eos laudarent, qui ne in ma-
nus hostium aut inimicorum inciderent, & ab illis
indigna paterentur, seipos interemerunt, qui pusilla
nimes & abjecti animi crudeles & superbi jure &
merito appellandi fuerunt. Nam cum magnanimi
ac fortis viri sit quosvis dolores ac molestias, in fracto
animo perferre, ferocientes appetitus frenare, se & iram
iracundiam cohibere, cupiditate, metu & ægritudi-
næ vacare: fortitudinis laudem non videtur mereri,
qui arumnas, ignominiam & alia incommoda, quæ
dura servitus adferre solet, tolerare non potest. M.
Atilius Regulus celebratur à multis, quòd hosti da-
tam

tam fidem fallere noluerit: sed ampliori laude di-
gnus, quòd in vinculis duras hostium contumelias
atrociaque tormenta constanti animo pertulerit.
Magnanimo digna rege vox fuit, quam Darius
cum ab omnibus corporis custodibus perduellem
Bessum, qui adventare cum magnis copiis dicebatur
reformidantibus desereretur, ad Bubacem protulit:
Ite consulite vobis, ego hic legem fati mei expecto.
Forssitan mireris, quòd vitam mea manu non finiam:
alieno scelere, quam meo mori malo. An non intelli-
gunt isti immanium flagitiorum patroni, nequaquam
fortitudinem dici debere, quæ cum justitia pugnat?
At æquitas, humanitas & mansuetudo affines sunt
justitiæ, quòd sit, ut superba & crudelia ingenia, quæ
hasce virtutes pervicaciter rejiciunt, fortitudinis
laudem nunquam assequi possint. Falso itaque hu-
jus insigni nomine tetra sua facinora obtegere &
obscurare conantur, & si verum nomen tanto flagi-
tio quæritur, Furor & Mania aptissimè quadra-
bit. Ideo scitè à Martiale dictum:

Hostem cū fugeret se Fannius ipse peremit.

Hic rogo ne furor est, ne moriari mori:

Quod insignes viri hæc nefanda perpetrarunt, ex-
cusatio facti quæritur, & ab illis exemplum petitur
honestæ mortis, qui in vita claræ & spectatæ virtu-
tis famam erant assequuti. At præclara vitæ faci-
nova infamem exitum commendare non possunt,
quin potius vel latè sparsam egregiorum factorum
laudem turpissima mors abolet, sicut rectè Proco-
pius inquit, Gloriam & ignominiam rerum in-
pararum exitus nuncupare
solet.

IOSEPH.
antiq. 12.

HIRCANVS secundus Iudæorum pontifex, cum Tyro castello in Arabia cōdito Arabes multis cladibus affecisset, & ob id vicinorum odium in se concitasset: Antiochi Epiphaniis potentiam metuens, qui contra ipsum moliri bellum dicebatur, sibi ipsi crudeles manus intulit.

PLVT. *in Phelop.* Dinocrates dux Messenius, victus ab Acheis, urbemque amissa, ne in inimicorum manus veniret, sibi mortem conscivit.

Cum Parthi Antigonum in regnum Iudææ restituerent, Hircanum & Phaselum, qui regnum occupaverant, victos ei tradiderunt. Ille Hircani auriculas truncavit, ne quando mutatis rebus solutus pontificatū resumeret: Phaselus, ne ab hoste contumeliā pateretur, tamdiu ad saxum caput allisit, donec expiravit.

IOSEPH.
antiq. 12.

NAVCL.

PLVT. *in vitis.* Similem vitæ exitum tulere duo egregii bello duces, Annibal Penus & Mithridates rex Ponti, qui ut Romanorum hostium manus effugerent, sibi necem sumpto veneno intulere.

ORO 5. 5.

Cato Vticensis ex severa Stoicorum disciplina sapiens existimatus, cum reliquias Pompeiani exercitus collegisset, & in Africam cum Scipione transfretasset, in animum induxit, posse iis quas habebat copiis provinciam retineri contra Cæsaris potentiam: sed cum Cæsar transmisso exercitu prosperè conflisisset, ille Vticam secessit, ubi cū undiq̃

undique suos ad Cæsarem confluere, quòd clementer omnibus parceret, audiret: victoribus misericordiam contumaci spiritu aspernatus, seipsum interemit.

PLVT. *in Cat.*

M. Brutus ex Stoica etiam secta austerus & severus apud Philippos prælio superatus, ne in manus inimicorum veniret, juvante Strathone rhetore seipsum violenta morte peremit.

Senior Gordianus à senatu imperator declaratus, contra Maximinum cum hostium factionem superiorem in Africa esse vidit: ne in eorum potestatem deveniret, sibi laqueo vitam eripuit, & ob illud factum à populo Romano & senatu publicè laudatus, & inter deos relatus est.

IVL. *Capitolin.*

Multos ejusmodi recenset Velleius Paterculus, ut Cæsium Macedonicum, Drusum Livium, Varum Quintilium, Calpurnium Cælium & avum suum & Velleium, quos omnes præclarum facinus ausos fuisse dicit, ne hostibus præda fierent.

VELL. *Pat. lib. 2.*

Ethnicos scriptores tam immane facinus laudasse non adeò mirandum, ut Machabeorum librorum authorem, qui Zariam admodum probat, quòd seipsum interficere, quam Syris hostibus se dedere maluerit. *Zarias* (inquit) homo prope ætatis, bonæ apud omnes famæ, & amans civitatis, accusatus fuit apud Nicanorem Syriæ regis præfectum, qui ad eum comprehendendum quingentos milites misit. Ille cum prope erat ut caperetur, seipsum gladio transfixit, potius e-

*Mach. 2.
cap. 14.*

ligens fortiter mori, quàm peccatoribus subiectus esse: & contra suam nobilitatem contumeliosè tractari. Hoc cū prophetica doctrina pugnare cuiusvis perspicuum esse potest, quod satis convincit, libros illos in apocryphorum numero recensendos esse.

DE EXACTA VINDICTA.

Anta est quorundam hominum pervicacia, tamque obstinatus in sua sententia animus, ut nullis legum repugulis, nulla periculi denunciatione deterri possint, quin ad aliquid audendum pacis tranquillitati adversum fatali vecordia & immani aliquando rabie ferantur. Ejusmodi hominum protervia laceffiti, qui rerum potiuntur, sedum imperium in eos exercere, & de injuriis acceptis exactam vindictam sumere nonnunquam coguntur, ut cæteros à talibus ausis absterreant. Plerumque etiam accidit, ut qui injuriam priores intulere, atrociore luant penas, quàm flagitii admissi indignitas postulabat, quod magnates quidam adeo sævi & truculenti sint, ut ob levissimam quamque offensionem ad iracundiam & vindictam moveantur, & in irroganda sententia tam feroces, ut omnem prorsus humanitatem excuisse videantur, non satis intelligentes, quid ad conciliandum vulgus maximè conducatur. Nam ut rectè Sabellicus: Nihil tam populare apud omnes gentes, quàm clementia: nihil tam odiosum, tamque invisum, quàm crudelitas.

DA.



DARIUS Artaxerxis filius inita cum quinquaginta fratribus societate, in patris necem, cum impiè conjurasset, deprehensus cum sociis, & flagitii convictus, tales excogitati parricidii pœnas dedit, ut cum ipso conjuges & liberi nequod vestigium sceleris extaret, interfecti sint. *IVSTINUS lib. 10.*

Crematis Sardibus ab Ionibus una ex Cybeles indigenæ deæ templum deflagavit, quod facinus Persæ, ad quos civitas pertinebat, ita sunt ulsi postea, ut templa quæ in Græcia erant, ad quæ pervenire potuerunt, omnia incendio perdidit. *HERODOTUS lib. 5.*

Cum Alexander Macedo Mallorum arci in India scalas admovisset, primus, ut erat alacris, mœnia conscendit, & saltu in arcem audacter in medios hostes se demisit. A multis itaque circumventus vel egregiè se defendens, graviter est vulneratus: qua de causa milites, qui certatim post eum in arcem penetrarunt, omnes promiscuè quotquot invenère, nulla nec ætatis nec sexus ratione habita, interfecerint. *ARRIUS lib. 6.*

Athenienses Philocle duce triremibus duabus captis, quarum altera ex Andro, altera Corinthia erat, quod vectores omnes de rupe præcipites egissent: Lyfander Lacedæmonius cum victoria potitus est, omnes captivos, quos habuit, uno Adimanto excepto, qui illud consilium improbat, interfici iussit. *XENOPHONUS hist. Gr. lib. 3.*

Romani in expugnatione Avarici, Genabensi clade & labore operis, quod in oppugnatione fecerant, incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepererūt. ex omni numero, qui fuit circiter quadraginta millium vix octingenti, qui primo clamore audito se ex oppido ejecerant, incolumes ad suorum castra pervenerunt.

CAES.
Com. lib. 7.

Lotharius Theodoricæ Francorum regis filius, Brunehildem reginam, quod decem regum mortem procurasse dicebatur, uno pede & brachio mutilatam, ad caudam indomitæ equæ religatam membratim discerpi fecit.

SIGEB.
in Chron.

Iustinianus Constantini imp. Constantinopol. filius à Leoncio augustali dignitate privatus, & detruncatis ad contumeliam naribus in exilium missus, cum Trebelli Bulgarorum principis auxilio imperium recepit, ita acceptam injuriam ultus est: Leonciū à quo ejectus fuerat, & Tyberium, qui eum ejecerat, captos & humi coram se prostratos pedibus primū conculcavit, dein obruncare iussit: quos autem habuit, qui à Leoncii fuerant partibus, ita ad supplicium reservavit, ut quoties truncas nares emungebat, unus ex illis ex composito statim à lictoribus raperetur.

P. DIAC.
rer. Rom.

18.

SAB. en.
8. lib. 7.

PH. MEL.
Chron. 3.

Andronicus imperator quod omnem sævitiam & crudelitatem in populum exercuisset, cum ab Isaaco, cui populus favebat, victus prælio fuit, altero oculo privatus asinæ dor-

dorso impositus est, facie ad caudam obversa: & per totius urbis vicos & plateas circumvectus, cauda bestię pro sceptro manibus alligata, & alliorum recte præcincto diadematis loco, viris mulieribusque promiscuè in prætereuntem multa probra & lurum, aliisque fœdiora jacentibus. hæc ad populi sa- SAB. en.
rietatem perpeffus latronum more laqueo 9. lib. 5.
est strangulatus: postea à mulieribus uncis & harpagonibus miserabilem in modum lacera-
tus.

Ciasas Saracenus Damasco potitus, Iazidum Calipham jam ante multos annos sepultum extrahi, ejusque ossa cremari, & cineres in flumen projici iussit, ac in omne genus maranium ferro ac flamma sævit, illo- CEL. Aug.
rum cadavera feris dilanianda projiciens, ut Cuvio Sara.
Hocemi, & aliorum ex Abanæ familia ab il- hist. lib. 1.
lis interfectorum mortem ulcisceretur.

Childericus secundus Francorum rex Bodilum nobilem palo alligatum cum virgis contumeliosè cæcidisset, inter venandum est ab ipso occisus, ac ne vindex tam tetricioris exoriri posset, spesque animantis ÆMYL.
tolleretur, regina Blitilde uterum ferens in- lib. 1.
terempta.

Temporibus Erici Danorum regis juvenis Danica Iulium oppidum, quo piratæ se receperant, adorta obsidionem pertæfos cives ad deditonem hisce conditionibus compulsi, ut quotquot intra mœnia piratas habebant, ingenua fide traderent, & illorum

pecuniam, quæ sumptus bellicos refarciret; His in potestatem redactis ob eorum latrocinia eam pœnam victores irrogarunt, revinctis post terga manibus, palis primùm affigendos curarunt, postea defectis ventribus exenterarunt: & eo quidem pacto, ut prima viscerum parte protracta, cætera stipitibus explicarint, ita sensim cruciatos & tortos miserabiliter expirare coegerunt.

Mediolanenses, quod finitims superba sævaq; arma intulissent, ut latè imperarent, Laudepompeia crudeliter evastata, Como gravi obsidione, subacto Crema quoq; & Pavia omnib. belli detrimētis affecta, à Fridrico Barbarossa imperatore bello petiti sunt: qui cū sæpius præliis victi fuissent, libera excurrendi potestate ablata intra mœnia compulsi, & laboriosa difficiliq; obsidione perdomiti, victoris arbitrio se dedere compulsi sunt: qui in exactæ vindictæ exemplum hæc leges illis imposuit, ut ad unum omnes patrum solum verterent, ultraque centum stadiorum spacium ad vicina oppida migrantes, relegatiq; corruentis superbæ patriæ excidium ex propinquo spectarēt, urbs ipsa solo æquaretur.

Hoc dirū Cæsaris decretum inexorabili severitate exequutū fuit: siquidem mœnibus cum ipsis ædificiis, tum privatis tum publicis penitus excisis, urbis solum aratris profectissimū in agri speciem, sed ita ut ad ludibrium non frugum, sed salis semen acceperit.

Al.

Albericus Tarvisinorū tyrannus post immanis fratris Actiolini necem, Tarvisio pulsus, & in Zenonis arce obsessus captusque, quod immanitate & crudelitate fratri similis fuerat, & frater meritos cruciatus, quos fervida exulum ira struebat, effugerat: ita cumulatè pro se fratreque scelerum pœnas persolvit, ut uxorem filiasque in oculis vivas comburi, filios membratim disseccari, sese demum diu tortum attractumque pedibus equorum jugis per salebras & vepres ad necem raptari, laniataque membra feris atque volucris destinari miserrimus spectarit.

Napus Turrianus cū Paganinū fratris filium acri ingenio juvenem Vercellensem prætorem designasset, & à primoribus civitatis ut eum reciperet, in magistratuq; constituerent, postulasset, exulum principes coacta armatorum manu adventantem cum præteriis insignibus Paganinum in itinere obtruncant. quo nuncio Napus & Emberra tunc Mediolani prætor adeo in vindictæ cupiditatem exarserunt, ut immani eorum jussu omnis sexus & ætatis exulum propinqui cū Paganini cadaver ad divi Dionysii templum atrata familia convexisset, ad ejus tumulum tanquam hostiæ mactarentur, & quod miserabile spectaculum fuit, ad sepulchra majorum plaustris in urbem referrentur.

In Hungaria temporibus Vladislai regis,

SAXO
Gram. bist.
Dan.

IOV. elog. 1

IOV. elog.

SAB. en.

9. lib. 6.

NAVCL.

IOVIVS

in vit. Orb.

qui Mathiæ Corvino successit, cum se-
ditio- si agrestes Georgium quendam Sechelum
regem delegissent, & sub ejus auspiciis in no-
bilitatem crudeliter admodum deservissent,
arma capere nobiles, & vim propulsare co-
acti, exercitum Vayvoda Transylvaniæ duce
educunt: & cum ad prælium ventum est, ita
agrestes victi fuere, ut Georgius ipse vivus
una cum Lucatio fratre caperetur, & aliquot
qui in exercitu ordines duxerant, de quibus
statim supplicium eo modo sumptum. Geor-
gius tortoribus traditus nudus & cathenis
vinctus in equuulo constituitur, & corona
ex candenti vomere conflata coronatur, ve-
nisque dissectis profluens sanguis Lucatio
fratri ad potandum datur. deinde ad viginti
agrestes tridui inedia macerati ad id crude-
litate coguntur, ut dentibus spirantis ducis
artus dilacerarent, atque deglutirent. lania-
tis omnibus membris ipsum extenderant,
in frustra secant, atque ahenis & veribus co-
ctum, comedendum militibus suis apponunt.
Eos talibus epulis satiatos cum Lucatio o-
mnibus supplicii dilaceratos interficiunt.

Proceres Hungari, & propinqui Americi
Cibacchi episcopi Varadinensis, Aloysium
Gritum Venetum, cujus jussu Americus
obtruncatus fuisse dicebatur, bello persequu-
ti eadem talionis poena affecerunt, atque in
ejus cruore penulas militares solenni cere-
monia more gentis intinxerunt, ut diu se-
cum exactæ vindictæ memoriam deferrent.

Fa

IOV. *hist.*
13.

IOVIVS
hist. 32.

Fabius Vrsinus quod patrem Paulum
Cæsar Borgia interfici curasset contra fidem
datam, & præstitum juramentum post Ale-
xandri pontificis ipsius Borgiæ patris obi-
tum unum ex Cæsaris necessariis fortè ade-
ptus, crudeliter laniavit, & in ejus cruore
sibi manus & ora lavit.

SAB. *en.*
10. *lib.* 2.

Temporibus Caroli Quinti imp. cum ru-
fici in Germania seditione mota Vinsper-
gum oppidum occupassent, & nobiles aliquot,
qui in præsidio erant, in queis Ludovicus
Helfestenius fuit, trucidassent: Georgius
Truccesius prope Ellingam, trucidatis eo-
rum aliquot millibus, in captivos graviter a-
nimadvertit, in eos potissimum, qui Comi-
tem Helfestenum trucidarant, ex iisque u-
num, qui præcipuus cædis author putaba-
tur, cathena laxè religatum ad palum cir-
composito igne lentè torret, post oppidum
ipsum flammis in exactæ vindictæ signum
absunit.

SLIBID.
lib. 4.

DE INSIGNI CRV-

DELITATE.



*N*ANTO furore atque amen-
tia correptos esse quosdam, ut leni-
tatem hominis naturæ maximè con-
venientem, tanquam indecoram &
inutilem repudient, & beluinam fe-
rociam ad laudem assequendam, & securitatem pa-

Aa

randa[m] conducere arbitrentur, omnem admiratio-
nem excedit, cum vix quicquam magis exitiale glo-
riæ reperitur morum asperitate, & ad promerens
dam gratiam conducibilius placabilitate & clemen-
tia. Sed ut nihil est tam peruersum, & à ratione de-
vium, quod aliquo necessitatis aut utilitatis prætex-
tu non excusetur: qui summam crudelitatem exer-
cent, de ea tanquam de re laudabili gloriantur, &
facti sui rationem ostendunt. Principes quidem im-
mani sue sevitiæ causam prætexunt, quod hostium
pertinaciam frangere, ac subditos in fide & officio
continere facilius acerbitate & sevitia, quam indul-
gentia & lenitate putant: plebs verò, quod multas
& pergraves injurias passa est, vindictam honestam
& suavem esse iudicat, & ea malis se levare
posse credit. At utrosque maximè aberrare rerum-
ventus declarat: si quidem hæc majores sibi miseria
accumulat, & illi cum omnes infensos habeant, ac
dira quæque imprecantes vitam vivunt timoribus
ac suspicionibus plenam, & acerbissimum exitum
Deo magno ultore sæpius sortiuntur. Nam (ut lo-
vius inquit) eos in terris diu felices superi haud vo-
lunt esse, qui ab immani crudelitate omnem huma-
nitatem exuerunt.

PARYSÆTIS Artoxerxis Per-
sarum regis mater Carem, qui
Cyrum regis fratrem se in præ-
lio occidisse gloriabatur, à tor-
toribus suis comprehendi ius-
sit, & per decem continuos dies torqueri, tum
oculos effodi, & in aures liquefactum æs in-
fundi,

fundi, omni denique exquisito supplicio ex-
cruciatum necari. Mesabatem item regis eu-
nuchum, quod ipsius consilio usum fuisse
crederet, vivum excoriari iussit, ac tribus pa-
lis affixum corpus divaricari, & in alto palo
seorsim pellem suspendi, ac vix tandem cru-
delis ejus animus tam horrendo spectacu-
lo exatiari potuit.

Amestris uxor Xerxis amiculum, quod i-
psa texuerat grande variegatum, & aspectu
pulcherrimum viro donavit, quo ille admo-
dum est delectatus. Semel autem eo amis-
ctus ad Artayntam nurum, quam deama-
bat, se contulit. Postquam utem cum ea de
more se oblectavit, iussit à se petere, quæ ma-
ximè exoptaret. Illa amiculum petiit, nec quic-
quam aliud quantumvis eximium & precio-
sum pro eo recipere voluit. Amestris ubi
virum amiculum ab alienasse rescivit, non in-
norum quæ illud habebat, sed in illius ma-
trem quam hujus rei autorem esse credebat,
totum concepti odii virus effudit. Oppor-
tuno itaque tempore observato, quo regalis
apparabatur cœna, Masistæ uxorem Ar-
tayntæ matrem sibi dari à rege, quem eo die
quicquam denegare nefas erat, postulavit &
impetravit: quam cum in potestate habuit,
miserabilem in modum excruciat. Mamil-
las prius præcidit, easque canibus devoran-
das abjecit, postea nares, aures, labia, lin-
guamque abscidit, atque ita deformatam
domum remisit.

PLUT. in
Artox.

HEROD.
lib. 9.

372 DE SÆVIT. ET INGRAT.

IOSEPH.
lib. 1. de
bell. Iud.

Demetrius Syriæ rex post prælium contra Alexandrum Iudæum prosperè factum, captivos quos eo bello ceperat, Hierosolyman abduxit: ibi octingentis eorum in media civitate cruci affixis, filios in conspectu matrum, postea ipsas matres necari iussit.

IOSEPH.
antiq. 10.
PH. MEL.
Chron. 2.]

Ptolemæus Lathurus post victoriam de Iudæis partam, cum longè lateque terrorem circumferens excurrisset: in quosdam pagos devenit, in quibus maximè imbellium puerorum & mulierum turbæ visabantur, quos promiscuè jugulari, & in lebetes ferventes membratim conjici iussit: & cum triginta Iudæorum millia in acie trucidasset, captivos intersectorum cadaveribus vesci coegit.

THVCY.

Triginta tyranni Athenienses adeò feri & truculenti fuère, ut quorundam intersectorum civium filias in cruore parentum saltare compulerint.

PH. MEL.
Chron. 2.]

Carthaginenses Nuceriam urbem per foedera ingressi, cum præstito juramento singulos cives cum duabus tunicis se dimissuros polliciti essent, & his conditionibus deditioem fecissent: urbe in potestatem redacta, promissa nequaquam exolverunt, sed immani sævitiæ fenatum intra balnea conclusum injecto igne necarunt: cives verò ex pactione abeuntes telis insequuti sunt. nec mitius cum Acheranis egerunt: eorum quippe fenatum per inducias fidentem puteis immersere, ora saxi, ne inde extraherentur, ob-

APP. in
Lyd.

ruien-

ruentes. Regulam à Roma reversum angusto ligno inclusum, ubi stare cogeretur, & clavis acutissimis undique confixo, ut nullam in partem absque acerbissimo dolore sentire posset, & abscisis palpebris ne somnum carpere posset, ad mortem adegerunt.

AVGVVS.
de civ. li. 1.
VALER.
lib. 9.

Sylla Romanus post adeptam de Marianis victoriam, tam acerbum & crudelem se exhibuit, ut supra centum millia civium Romanorum trucidari curarit: in quibus duo millia & sexcenti equestri ordinis fuère, senatores nonaginta, & quindecim consules; præmia intersectoribus constituit, & supplicia occultantibus adscripsit. cædis merces duo talenta, seu dominum servus, seu patre filius interemisset. Cum in singulos delationes deficerent, ad civitates se convertit: quarum arces demolitus est, & mœnia solo æquavit, & prægrandem multam imposuit. Prænestinum oppidum cum vi cepisset, cives ad unum omnes interemit, quatuor legiones partis adversæ fidem suam sequutas in publica villa (quæ in Martio campo erat) nequicquam misericordiam implorantes obtruncari iussit: quinque millia Prænestinorum spe salutis per P. Cethegum data, extra mœnia evocata, cum abjectis armis humi corpora prostravissent, interficienda, prorsusque per agros dispergenda curavit: quatuor millia & septingentos diræ proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, quasi ex tam tetro facinore præclaram laudem meritis esset. nec contentus in eos sæ-

vire, qui arreptis armis hostium partes sequuti fuerant, etiam cives à bellis & turbis immunes, quos opulentos sciebat, proscriptionum numero adjecit. Adversus mulieres quoque gladios distinxit, quasi parum virorum cædibus satiatus: tamque atrox fuit percussorum sævitia, ut nullius miseratione (ita volente tyranno) moveretur. In uxorum sinibus mariti, & in matrum complexibus liberi mactabantur.

Tam acerba Tyberii imperatoris crudelitas fuit, ut interdiceret, ne capite damnatos propinqui lugerent. Omne crimen illi capitale erat, etiam paucorum simpliciumque verborum. Inmaturæ puellæ, quia more Romanorum nefas erat virgines strangulari, à carnifice prius stuprabantur. mori volentibus vis adhibebatur, ut diutius vitam prorogarent. Inter alia cruciatus genera excogitaverat, ut larga vini potione per fallaciam oneratos repentè veretris deligatis fudicularum simul, urinæque tormento distenderet, ut non statim supplicii acerbitate, sed longo & intolerando cruciatus dolore necarentur.

Adeò crudelis animi fuit Caligula, ut sæpe de conditione suorum temporum quereretur, quòd nullis calamitatibus insignibus notarentur: se exoptare palàm profitebatur, ut populus Romanus unam tantum cervicem haberet, ut uno ictu gloriam Romanorum & nomen aboleret. Cùm aliquando in

SÆVIT.

lusu

lusu alexæ pecunia sibi deesset, Gallorum descriptiones postulavit, ac ditissimis interfici jussis ad collusores reversus: Ut vos, inquit, de paucis drachmis laboratis: ego verò interea dum absens fui, centies quinquagies millies mille coegi. post ejus mortem inventa est arca ingens, in qua variorum venenorum pocula asservabantur, quibus mox Claudio Cæsare jubente, demersis infecta maria, in quæ projecta sunt dicuntur, quòd magnus piscium numerum iis enectus per proxima littora passim ab æstu ejectus conspiceretur.

Nero Caligulæ per omnia vitia ac scelera sectator, majorem senatus partem, matrem, fratrem, sororem, uxorem, cæterosque cognatos & propinquos ac præceptorem suum interfecit, urbis Romæ incendium voluptatis suæ spectaculum fecit, ut omnia ferè nefanda sua flagitia per petulantiam faciebat.

Fuit Galienus tantæ crudelitatis in milites, ut terna millia, & quaternæ singulis diebus, dum in eos excanduit, occidi curaverit. In omnes mœsticos tam milites, quam cives atrocissimè sæviit, nec quenquam suæ crudelitatis expertem esse voluit. Ejus animus maximè crudelis, ex epistola, quam ad Celestem Verianum scripsit, dignoscitur, quem ad eadem faciendam his verbis cohortatur: Non mihi satisfacies, si tantum armatos occideris, quos & fors belli interimere potuisset: perimendus omnis sexus virilis, occi-

OROS.

lib. 7.

ZONAR.

an. to. 2.

OROS.

lib. 7.

ABE. lib. 7.

dendus quicumque malè voluit: occidendus quicumque maledixit: lacera, occide, concide mea mente irascere, qui hæc mea manu scripsi.

TREB.
Pollio.

Caracalla Bassianus cum fratrem Getam infensum haberet, & consortem imperii pati non posset, in ejus cubiculum irrumpens nihil tale expectantem supra matris pectus obtruncat. postea omnes ipsius domesticos & amicos, ministrosque omnes nulla ætatis ratione habita occidi jussit: quorum cadavera plaustris per contumeliam imposita, atque extra urbem exportata, duces provinciarum universos ac procuratores veluti Getæ amicos & fautores neci etiam dedit, & ex militibus ad viginti millia. nec Papi- niano, viro illustri, præfecto prætorio pepercit: sed occidendum curavit, quod fratris cædem excusare noluisse. Alexandrinam juventutem in medio militum circumventam, quod ab ipsis civibus disteriis & scommatibus petitus fuisset, interfici jussit. Parthos sub falsa specie nuptiarum cum filia Artabani insidiosè & perfidè trucidavit.

HEROD.
lib. 4.

Actiolinus Patavinorum tyrannus in singulis suæ ditionis urbibus atque oppidis carceres tenebris horribiles ædificavit, in quos in visorum agmina contrusit, ut inedia miserabili que illuvie, tetro odore & lurido squalore evecti in compedibus & robore crudeliter interierent, putrescentiumque cadaverum immenso fœtore cæteris pallentibus exoptata mors

mors contagione ac metu accerferetur: qui verò cruciatibus & suppliciis interibant, variis modis ad mortem adigebantur. Vivi homines in frustra lanionum cultris secabantur, catervatim alii longa serie deligati ad palos, circumventique flamma torrebantur: capitaleque erat tortori maturasse supplicia, ut vita per articulos momentaque temporis ad longos cruciatus extenderetur. Lugentibus suorum funera, ut lugere desinerent, oculos eruebat. ex pavore circumspectantibus fugam, ut viæ labore liberaret, amputabat pedes: alienæ calamitati indolentibus, ne diu vociferarentur, linguam præcidebat. Delatores ipsos negligentiam incuriamque damnatos, ductos in præaltam turrim, ut certius speculerentur, in fossam præcipites dabat. quibus vitam condonabat, fœminis decidebat mammam, mares castrabat, aut monoculos, vel unipedes, & unimanos dimittebat. supra triginta millia omnis generis sexus ætatisque hominum ea feritate sustulit.

SAB. en.
9. lib. 6.
IOVIVS
elog. I.

Bladus ubi primū ad principatum Moldavię evectus est, hastatos quamplures delegit, quos ad corporis sui custodiam designavit: deinde vocans singulos, qui in ea regione dignitate excellere videbatur, quos inter eos putabat præditionis consilia agitare vellet, eos omnes cum universa familia palis affixit, nec puerorum in fontem ætati, nec uxorum in belli sexui, nec fevorum obscurę conditioni parcens, patibula & pali locum septendecim

CHAL. stadiorum in longitudine, septem in latitudine occupabant. horum crudeliter peremptorum numerus viginti millium fuisse perhibetur.

CHAL. Sebastiam Cappadociæ urbem cum expugnasset Tamerlanes, omnes liberos & mulieres in unum locum cogens, immisso equitatu trucidavit. Adeo miserabilis clades illius urbis fuit, ut nec vir nec mulier, neque etiam puer ullus incolumis evaserit, sed ad unum omnes crudeliter mactati sint. Numerus autem eorum centum & viginti millia complevit.

IOV. ELOG. 2. Barnabas Mediolanensium Vicecomes cum tanta sævitia apud Insubres imperavit, ut integram aliquando familiam, quæ aprum occisum sale conditum comedisset, suspendio punire non veritus sit.

IOV. ELOG. 2. Ioannes Maria etiam Vicecomes inaudite crudelitatis carnificinam exercuit. Prægrandes enim & voracissimos molossos noxiorum primò, & mox innocentum carne nutriti voluit, eisque quos oderat, discerpentes incredibili horrore gemituque paventis populi objiciendos curavit.

ARGEN. Alphonfus Arragonius rex Neapolitanus, ad viginti quatuor principes, duces & barones sub fide publica ad se evocatos, & ingratiæ receptos violato iure non modo hostiis, sed ipsius regie mensæ crudeliter enecavit, & eorum cadavera siccata & condita odoribus in eo habitu, quo vivi fuerant: iidemque insignibus exornata asservavit, & velut de

de re honesta gloriatus ostentavit.

Cæsar Borgia sanguinario ingenio & immani sævitia omnes sui temporis tyrannos vel truculentissimos superasse visus est. Is cum à patre pontifice in senatum galeri purpurei dignitate collata esset cooptatus, contempto eo honore Candiano fratri, qui pontificium ductabat exercitum, invidere coepit, eo quidem exitu, ut ipso fratre cum quo hilariter apud matrem cœnarat, jugulato projectoque in Tyberim, se totum à senatorio ordine abdicata purpura, & desumpto militari fago ad arma transferret, & pontificiis copiis præficeretur. Ad illud honoris fastigium evehctus, totus in eam incubuit curam, ut ingentes opes perampliisque imperii facultates vel summa cum injuria pararet. Itaque ejectis urbe Latioque Columniæ familiæ proceribus, Ursinisque demum dolo pernecatis, & excisa propè Caetanorum familia: quum ejus proceres occupato illorum dominio, veneno aut ferro sustulisset, quatuor simul Camertium regulos Varaniæ antiquissimæ stirpis strangulavit, Guidonem Feltrium Urbino pepulit, Malatestas Arimino, Caterinam Sfortiam Forolivio & Forocornelio dejecit: opulentissimum quenque ex aula sacerdotum, & in his aliquot cardinales veneno tollendos curavit, tot cædium cruore nondum satiatus, Astorem Manfredum Faventia expulit, post selestè & immaniter constupatum, & mox fracta cervice necatum Tyberi demersit.

IOVIVS
ELOG. 4.

Sævitiā maximā paucis adhuc annis Turcæ in M. Antonium Bracadenum Venetum exercuerunt. Is Famaugustæ, quam diu contra eos fortiter defenderat, captus farcinas terreas sursum ac deorsum humeris ferre coactus ab illis est, solumq; deosculari, quoties juxta Mustapham ipsorum Turcarum ducem transibat: deinde ad mare perductus est, in cathedra positus, superq; antenam in sublime evehctus: post in publicū productus, veste exutus, ac tandem vivus excoriatus est, pellis ejus stramine oppleta, atq; in bireme antemnæ alligata per maritimam Syriæ oram ad ludibrium devehctā.

PET. Bizarus de bel. Cyprio, lib. 2.

Non solum autem principes, belliq; duces ab immoderata potentia quidvis audentes inusitatæ crudelitatis monumenta reliquerunt: sed etiam plebs ignobilis potius pati injurias quàm inferre solita! ut hinc æstimare liceat, non tam ab immani ac implacabili hominum quorundam natura, quàm à malis geniis tam nefanda flagitia excitari.

Tempore Caroli quarti Gallorū regis in Picardia & locis finitimis rustici nobilium injurias pertæsi, & belli incommoda, quæ nobilitatis culpa evenisse dicebant, resarcire cupientes, seditionem cruentissimam excitarunt, in qua omnia acerbissimæ crudelitatis exempla exercuerunt. Siquidem per vim in domos nobilium intrantes, direptis, quæ maximè oculis arridebant, nobiles ipsos crudeliter mactabant, artusq; dissectos verubus

bus imponebāt, & affatos inspectantibus miseris conjugibus avidissimè edebant. hac nō exaturati sævitiā, interemptorum uxores & filias, quas foedissimo spectaculo interesse coegerant, à multis indignè constupratas trucidabant.

FROIS. lib. 2.

Non admodū dissimilis fuit rusticorum in Hungaria crudelitas, qui temporibus Vladislai regis sumptis armis Georgium quendam Sechelium, quòd nobilitatis acerrimus hostis esset, regem crearunt. li auspiciis novi regis coacto exercitu cuncta obvia in prædam vertebant, & captos nobiles adacta per fedē præacura fude miserabili supplicio enecabant. Ingentes virgines, & matronas vario exercitui prostituebant, quosque clarissimos genere, & opibus, aut sacerdotijs insignes consecrati, ut in manus venerant, exquisitissimis tormentis dilaniabant.

IOV. biff.

Corregius quidam, qui in Altisiodorensi agro multa damna catholicis hostibus suis in tertio bello civili sub Carolo nono intulerat captus, Regeani manu Altisiodorum ductus est, ibi non diu servatus: sed ab iis qui bus antea gravia detrimenta attulerat, omnibus vestimentis exutus, obtruncatus, & in frustra concisus est. Cor ejus extractum, in minutas partes dissectum, venale iis, qui ulcisci injurias peroptabant, expositum: qui adeo feros & crudeles se præbuerunt,

De bell. ci. vil. GAL. lib. 13.

ut super prunis affatum comederint.

DE PRAESAGIIS,
VATICINIIS, PRODIGIIS ET MIRACV.

L I S. L I B E R

sextus.



Prodigia & ostenta, quæ fatalium poenarum prænuncia creduntur, vt certum exitiū impijs portendunt ita piè viuentibus nullum grave periculum denunciant, quandoquidem Deus piõs vel in summa præcipitia delapsos erigere & seruare solet, & è medijs tempestatum procellis in tutissimum portum adducere. Ideo qui se totos Dei tutelæ commiserunt, à signis cœli propheta iubet esse securos: sed vt protervorū hominum societatem fugiant hortatur, quod illis ostenta ruinam & excidium minitentur. Cum itaque prodigia & portenta visuntur, ne rem levē & facilē contemnendam putemus: sed diram nobis impendere calamitatem credamus, nisi vitijs abdicatis for
mi-

midabilem Dei iram avertere studuerimus. ea non sine gravi causa exardescere solet, nec properantū passu ad violationem procedere. tanta enim est summi Dei benignitas, vt pervicaces leniter admoncat, & beneficijs quamplurimis ad resipiscentiam cohortetur. quin etiam quos ad scelera induratos exitio destinavit, non incautos opprimit, sed quod de illis facere decrevit, longe antè prænuñciat. Nulla etenim clades vllis nationibus aut populis accidit vnquam, quæ prius prodigijs nõ fuerit præmonstrata. Vsu etiam est comprobatū, atroces poena prodigijs designatas illos non effugere, qui contumaci spiritu ea tanquam vana & leuissima irriferunt. Vt autem fati immitte decretum conspecta portenta sapius obsignant, ita singularem ipsius favorem non rarò commonstrare solita sunt. Nam nõ pauca apparuere signa, quæ summam potentiam & amplissimos honores læto & foelici præfagio quibusdam ostenderunt.



*VM pleriq; astrologi laboriosis & ob-
scuris geniturae supputationibus revol-
vendis sæpiſſimè decepti fuerint, inde
est effectum, ut homines illis tanquam
vanis & fallacibus fidem abrogarint, & nonnulli
eruditione insignes viri totius divinationis vanitas
te confutata, eos acerbissimis scriptis fuerint insecta-
ti. quibus omnibus non incommode responderi pos-
test, sicuti est apud Ammianum Marcellinum, quòd
grammaticus interdum barbarè loquutus est, & abs-
surdè cecinit musicus, & ignoravit remedium medi-
cus: non ideo grammatica, musica & medicina non
subsistunt. Ita nec astrologia penitus contemnenda,
quod aliquot ex iis, qui ejus studium professi sunt,
in suis prædictionibus aberrarunt. non enim in unis
versum omnes falsa pro veris renunciarunt, sed pers-
multi fuère, qui futuros principatus felici compro-
bante eventu aliquibus non falsò prænucciarunt.
Prædicere etiam & præmonstravère honores &
dignitates principales non vaticinia ex hominum
ore prolata, sed præſagia quibusdam naturæ miracu-
lis demonstrata: quæ fidem faciunt, non irrita neq;
que vana esse ostenta, sed divino nutu apparere
tanquam fatalium decretorum
prænuccia.*

B.



BELSVS Babyloniorum
dux inter Chaldæos astrologiæ
divinationisquæ peritissimus;
Arbaci Medorū præfecto præ-
dixit, imperio omnium quibus
Sardanapalus regnaret procul
dubiò potiturū, tam fausto positu syderum
ipſius genefim moderante. Hac spe elatus
Arbaces, cum Babylonis & Arabibus socie-
tatem iniiit, bellumquæ apertum contra Sar-
danapalum molitur. Cognita defectione
Sardanapalus ingentem exercitum adver-
sus eos ducit, & ter acie victor evasit. Tot
adversis casibus attoniti duces fœderati do-
mum redire decrevère, sed Belesus sub diu
pernoctans, ex astrorum observatione præ-
dixit, paucos post dies auxilia illis adventu-
ra, resquæ illorum in melius cessuras. Vati-
cinio Belesi ducibus confirmatis, & promif-
sum tempus expectantibus nunciatur Ba-
ctrianorum exercitum, quem rex expecta-
bat, adventare. Visum Arbaci & reliquis cū
expedita manu obviam proficisci, ut Bactria-
nis defectionem persuaderent, aut vi armò-
rum cogerent. Collectis itaque ex toto exer-
citu promptissimis contra Bactrianos per-
git, quos cum in partes suas sine conflictu
traduxisset, noctu in castra Sardanapali ni-
hil tale à toties devicto hoste timentis acriter
invectus est, quæ nullo ferè negotio expu-
gnavit. Postea in patentibus campis duobus
præliis copias regias, quæ intactæ evaserant,

Bb

DIOD.
lib.1.

cum maxima earum strage fudit & fugavit, fugientes persequutus in urbem Ninivem compulit, arctissimeque obsedit. ea post biennium expugnata, imperium Assyriorum ei tradidit. sic Belesi vaticinium non vanum apparuit.

HALIC.
lib.4.

Servio Tullio puero in reginæ cubiculo meridiante, flamma è capite emicuit, matre regina Tanaquil, Tarquinii uxore, & aliis quæ tum fortè aderant inspectantibus: nec prius ardere caput desit, quàm à matre excitatus fuerit, tunc flamma simul cum somno evanuit. Mortuo rege ad imperium fuit evectus, & tum non irritum nec inane prodigium fuisse intellectum est.

IUSTIN.
lib.12.

Ea die qua natus est Alexander, duæ aquilæ præpetes supra culmen domus patris ejus sederunt, omen duplicis imperii Europæ Asiæque præferentes.

IUSTIN.
lib.37.

Eo anno quo Mithridates genitus est, & eo quo regnare cœpit, cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita refulsit, ut cœlum omne conflagrare videretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cœli occupabat, & fulgore solis nitorem vincebat: magnam Mithridatis potentiam, quam postea in Europa & Asia habuit, portendere visus est.

Manahemus Iudæus ex Esseorum secta, semel Herodem Afcalonitam conspicatus cum cæteris pueris ludû literarium frequentem, regem Iudæorum salutavit. Ille putans se rideri, aut non satis notum esse, ejus verba

verba correxit, unum de plebe se esse dicentem Manahemus subridens, & blando plausu ipsius Herodis nates manu feriens: Imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis. sic enim vult Deus, & memor esto Manahemi verberum, quæ te fortunæ mutabilis admonent. nihil enim te magis cogitare decet, quàm de justitia & æquitate erga cives subditos: sed video te hoc non facturum futurum præsciis. eris enim tam divini, quàm humani juris immemor, licet alioqui fortunatissimus & præclare rebus gestis illustrissimus. ea omnia sicut vates prædixit evenère.

C. Marius adhuc infans cum esset, septem aquilarum pullos in ipsius gremium dedisse memorant. Vates de ea re consulti responderunt, eum septies maximum magistratum obiturum. septem eius consulatus præfagii fidem adimpleverunt.

Octavius Cæsar cum consul urbem ingressus est & sacrificavit, duodecim vultures inter sacrificandû apparuere, quod augurium simile cum Romuli sacrificio idem imperium illi promissit. Cum ex Asia rediens post mortem Iulii patris solis orbis supra caput ejus curvatus visus est æquabiliter ambiens, tanquam diadema tanti mox viri capiti imponens, velut totius orbis imperium illi promittens, quod postea consequutus est. Quum Pompeiano bello confecto ovans in urbem ingressus est, è taberna merito.

NAVCL. ria fons olei terra exundavit, ac per totum diem largissimo rivo fluxit, quod rerum affluentiam quam longa quæ sequuta est pax, produxit, præmonstravit.

Livia Tiberii Cæsaris mater, cum prægnans an marem editura esset, variis capta ret ominibus: ovum incubanti gallinæ subductum nunc sua nunc ministrarū manu per vices tandiu fovit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. De infante Scribonius mathematicus intellecto talia præfagia spondit: regnaturū eum scilicet, sed sine regio insigni, ignota scilicet tūc Cæsaris potestate: quæ postea supra reges se extulit. Cum redintegratum est bellum inter Sextū Pompeium & Octavium albam gallinam ramum lauri cum baccis ferentem, aquila correptam in ipsius Liviae gremium dejecit. Illa gallinam nutrit, & laurum plantavit, quæ radicibus actis crevit, & usque ad mortem Neronis duravit, in quo defecit Cæsarum potentia.

Agrippa Aristobuli filius, apud Tiberium Cæsarem accusatus, ejusque jussu in vincula coniectus, ante regiam cum staret, inter alios victos præ mœnore in quandam arborem incumbens, cui cum bubo infedisset, unus è victis natione Germanus alitem conspicatus, ex milite quifnam ille purpuratus esset sciscitatus est: qui cum audiisset Agrippam esse Iudæorum nobilissimum, ipsum militem oravit, ut sibi propius ad eum accedere liceret. quō impetrato & adhibito in-

ter-

terprete: O juvenis (inquit) te torquet & cruciat tam repentina & improvise fortunæ mutatio: brevi tamen ex his vinculis evades, & ad amplissimam dignitatem simul atque potentiam pervenies, usque ad maximam eorum invidiam, quibus nunc miserabilis videris: foelicem quoque habiturus es vitæ exitum relictis in opum & facultatum suc-
IOSEPH.
cessione liberis. Brevi post mortuo Tiberio
antiq. 18.
successit Caius, qui Agrippæ è vinculis soluto diadema regium imposuit.

Cœnante quondam Vespasiano, cum adhuc privatus esset: bos arator decusso jugo triclinium irrupit, ac fugatis ministris quasi repente defessus ad ipsius accumbentis pedes procidit, cervicemque submitit. Arbor quoque cupressus in avito agro sine ulla vi tempestatis radicitus evulsa atque prostrata, in sequenti die viridior ac firmior absque ullius ope surrexit. Cum in Iudæa bellum gereret, unus ex nobilibus captivus Iosephus nomine, cum ipsius jussu in vincula conjiceretur, constanter asseveravit, fore ut ab eodem brevi solveretur: verum jam imperatore, quod brevi post accidit, quatuor Imperatoribus Nerone, Galba, Othone & Vitellio, modico temporis spacio
SVETO.
è medio sublatis.

Marcianus dum cōtra Vandalos militaret, captus cū cæteris captivis semel quiescebat: tunc rex cupidus eos recensendi, superveniens vidit aquilam supra caput illius alas ex-

Bb 3

SVET.
ZONAR.
an. to. 2.]

390 DE PRÆSAG. ET MIRAC.
 tendentem. id faustum omen arbitratus, e-
 um sine precio dimisit, & ut fœdus cum Van-
 dalis iniret, oravit, si quando imperialem di-
 gnitatem adipisceretur. Idem illi in Lycia ac-
 ciderat, cùm prima stipendia mereret: si qui-
 dem cùm sub arbuscula quadam quiesceret,
 Tatianus cujus hospitalitate utebatur, con-
 spexit aquilâ supra ipsius caput in aere pen-
 dentem, quæ panis alis solis radios arcebat.
 Ex eo portendi regnum iudicatum, & præ-
 sagio eventus nō defuit. Valentiniano enim
 in imperio successit.

ZONAR.
 an. tom. 3.
 POMPO.
 Lætus.

Cosino Medici Florentiæ duci, cùm ad-
 huc privatus esset, & nihil de imperio cogita-
 ret, prædixit Basilius mathematicus ingentis
 opulentiae hereditatē sibi portendi: quod
 in ipso genituræ horoscopo idem capricor-
 ni felix astrum mirabili conspirantium syde-
 rum aspectu irradiatum esset, sicuti olim Au-
 gusto evenit, & Carolo imperatori hujus no-
 minis quinto. Idus Ianuarias quinto cùm ad
 principatum provehebatur, in ipsius villa
 Castellia suburbani tractus mira & planè
 prodigiosa, omnis generis florum ubertas
 cunctis stirpibus erupit: quū rigore pertina-
 ci vicina prædiâ adhuc inhorrescere videren-
 tur, & uni ferè omnium Cosmiani horti ad-
 adulti veris similitudinem singulari jucu-
 ditate florescerent. Hæc præsagia dignita-
 tem, quam postea nactus est, præ-
 monstrare visa

IOY. hist.
 38.

sunt

DE

DE PRÆDICTA MOR-
 TE PRINCIPVM A MATHE-
 MATICIS ET VATIBVS VEL
 denunciata prodigiis.



*M*T felicem & prosperum vitæ cursum ex
 astrorum observatione vates & arioli
 principibus, non aberrante eventu, præ-
 dixere: ita quorundam obitum certissimè
 prænuciarunt. quibus vaticiniis syderalis scientiæ
 certitudo non minimum confirmatur. prodigiis is-
 tidem magnorum virorum obitus sæpe designati
 sunt, quæ perspicuè monstrant hæc inferiora cœle-
 stium dispensatione regi, nec vana esse, quæ videntur
 prodigia, sed de rebus quæ maximi momenti
 sunt, nos admonere.



*V*DAS quidam Esseus nun-
 quam divinando aberrasse solitus, cùm Antigonum Aristobu-
 li fratrem per templū Hieroso-
 lymis transeuntem vidisset, ad
 familiares qui aderant conversus, exclama-
 vit, mortem sibi imprecatus, quod ille vive-
 ret, quem eo die in Stratonis turri moritu-
 rum dixerat. qui locus cum sexcentis stadiis
 distaret, non posset vaticinio veritatem ad-
 struere. Vix ea proloquutus erat, quum An-
 tigonus ipse interfectus nunciatur in specu,
 qui Stratonis turris vocabatur: & ita vatici-
 nium licet à vate non probè intellectum, ve-
 rissimum sicut alia deprehensum.

IOSEPH.
 lib. 1. de
 bell. iud.
 ZONAR.
 an. fo. 1.

Bb 4

Iulium Cæsarem immolantem Spurina vates monuit, ut periculum, quod in Idibus Martiis imminebat, caveret: quæ cum advenissent, & nihil periculosum perspiceret, Spurinam Cæsar accivit, & suæ prædictionis admonuit. En (inquit) Idus Martiæ, quas tantopere mihi cavendas prædixeras, nihil in illis metuendū conspicio. Adfunt quidē, dixit Spurina, sed nondum præterierunt: potest adhuc infelix casus, quem minantur accidere, nec irritum aut inane vaticinium fuit. Brevi siquidem post, ipso die in senatu à conjuratis est interfectus.

SVET.

Cum Vitellius jussisset, ut urbe Italiaque mathematici ad conditum diem excederent: libellus in propatulo affixus est, in quo scribebatur, Chaldæos dicere bonum fatum, ne Vitellius intra eandem diem nusquam esset. nec vaticinium eventu caruit: siquidem nondum planè exacto tempore, quod edictum præscribat, ipse trucidatus est.

SVET.

Proclus Larginus, quod in Germania prædixerat, certo die Domitianum obiturum esse, comprehensus est, eaque de causa Romanam missus, ubi cum coram ipso Domitiano idem affirmaret, capitis est damnatus: ea tamen conditione asservatus, ut post eum diem, quo Domitianum periturum esse dixerat, occideretur, si vaticinium falsum esse deprehenderetur. At eo ipso die Domitianus interfectus vaticinio fidem fecit, & ideo vates cum gloria absolutus adjudicatam pœnam

nam evasit. Idem illi prædixerat Ascletarion syderalis etiam scientiæ peritissimus, qui de sua morte ab ipso imperatore interrogatus respondit, se brevi à canibus lacerandum fore. Ille eum sine mora interfici, in rogamque injici jussit, & ad coarguendam artis temeritatem busti cineres accuratissimè sepeliri: sed cum funus in accensum rogam jam injectum esset, repentina tempestas ignem extinxit, & eos qui funus curabant, in varia disjecit, tunc supervenere canes, qui semiustum cadaver discerpserunt: cujus rei certior factus Domitianus, magis sibi timere cœpit, sed nulla diligentia ineluctabile fatum avertere potuit. præcessere ejus mortem etiam prodigia, quæ cum vaticiniis congruere visa sunt. Continuis octo mensibus crebra fulgura facta sunt, tactum de cælo Capitolium, templumque Flaviæ gentis. arbor item, quæ privato adhuc Vespasiano eversa, sponte surrexit, tunc repenti corruit.

SVET.
ZONAR.
an. 10. 2.

Claudii imperatoris mortem præfagia multa præmonstrarunt, crinitus cometes per multos dies apparuit, tactum de cælo Drusi patris monumentum, & omnium magistratum plerique eo anno ante ipsum obierunt.

Alexandro Severo ad Germanicum bellum exeunti Thrasylulus mathematicus illi amicissimus prædixit, ipsum barbarico gladio interficiendum, & mulier Druyas Gallico sermone exclamavit: Vadas, nec victo-

riam speres, nec militifidas. hæ autem prædictiones verissimè apparuere. nam antequam in conspectum hostium deveniret, à Germanis militibus, qui in ipsius castris erant, interfectus est.

LAMPRI.

Paulò ante Henrici secundi Anglorum regis mortem, ex quodam lacu in Normannia pisces noctu in terram exilientes, tanto strepitu congressos ferunt, ut multi homines eò accurrerint ad contemplantum miraculū: & cum nullum amplius piscem in lacu superstitem invenissent, magis mirati sunt: cū omnes autem in expectatione essent, quid mali hoc portenderet, brevi post regis mors est nunciata.

POLYD.

Ante mortem Mauritiæ Saxonie ducis, sanguinea guttæ in foliis arborum hæserunt, canum importunissimi latratus auditi, & mutæ dilaniationes tabernaculū ipsius turbine disiectum cæteris intactis.

SLEID.
lib. 25.

Ariolus Græcus, qui Cosmi Medices principatum prædixit, Alexandri cædem magno multorum miraculo indicavit, & tanta animi confidentia, ut certū quoque percussorem designaret, qui esset ipsi intimus habitu gracili, vulticulo buxæ, & suspenso taciturnitate ferè cæteris in aula infociabilis: quibus indicium velut digito monstrabat Laurentius Medices, qui nefario usu ipsum Alexandrum principem contra omnia & consanguinitatis & hospitalitatis jura in suo cubiculo brevi post trucidavit.

Pau.

Paulus tertius pontifex Romanus Petro Aloisio Farnesio filio scripsit, ut à decima Septembris die sibi caveret. Astra enim ei prænunciare cladem aliquam insignem. Ipse Petrus patris monitis credens, cum in maximo metu & sollicitudine sibi eo die maxime cavisset, nihilominus à triginta sex conjuratis trucidatus est.

SLEID.
lib. 19.

DE PRODIGIIS ANTE ALIQUAM CLADEM.



P M Pompeius post adversum in Pharsalicis campis prælium ad reparandas copias in Ægyptum aufugeret, in itinere ad Cratippum philosophum divertit, curioseque ab eo quæsit, an aliqua esset providentia, quæ res humanas moderaretur? Vix enim persuasum habebat, homines Deo curæ esse, cum in meliori causa (sicut ipse judicabat) victus fuisset. Cratippus percommode & prudenter respondit, fatales esse imperiorum periodos, nec ulli homini datum eorum terminū divinitus ordinatum ulterius promoveri. hoc certissimum esse frequentes populorū ruinæ & gravissima rerum damna, quæ nulla solertia aut diligentia arceri potuere, perspicue demonstrant: prophani verò homines omnia casu fieri credunt, & providentiam asserentes petulanter irridunt. Ut ista autem impietas manifestè retundatur, Deus anse insignes clades prodigia & ostenta præmittit, quibus omnes commonentur, nihil quicquam in

*mun*do ipso non sciente, & non decernente fieri. Cum ingentes verò calamitates horrendis signis prænunciantur, non ideo fieri putandum est, quòd homines rigidum fati decretum ulla prudentia aut labore possint avertere. quæ enim fato manent (ut Tacitus inquit) quanvis significata, non vitantur: sed ut omnes intelligant, exitia & clades Deum longè antequam evenirent prævidisse, & quonam pacto fierent firmiter decrevisse, & nihil quicquam in rebus humanis fortuitò vel casu fieri.



NT E pugnam ad Arbelam prima ferè vigilia luna deficiens primùm nitorem suum condidit: deinde sanguinis colore suffuso lumen omne obscuravit & tædavit, sollicitisque sub ipsum tanti discriminis casum ac suspensis omnium animis vates Ægyptii de hoc consulti affirmarunt, solem Græcorum, lunam Persarum esse: quotiesque illa deficeret, excidium & stragem illis gentibus portendi, veteraque exempla percensuerunt Persidis regum, quos adversis diis pugnasse lunæ defectio ostendit: cum in prælium est descensum, præfagium Persis infauftum & sinistri ominis fuisse, prout vates declararant, apparuit. cum maxima enim strage à Macedonibus superati sunt.

Quo tempore Carthaginenses Romanos venere ad percutiendum fœdus, nox ad multam diei partem tendi visa est, & saxea de nubibus grando delapsa. hæc visu tremenda pro-

Q. CVR.
lib. 7.

culdubiò Italiæ vastitatem & iuctum portendère, quæ postea acciderunt Annibale di. **OROS.**
ro hoste Italiam evastante. *lib. 3.*

Anno ab urbe Roma condita quadringentesimo septuagesimo septimo, ædes Salutis istu fulminis dissoluta pars muri sub eodem loco de cœlo tacta, lupi tres ante lucem ingressi urbem semesum cadaver intulerunt, sparsumque membratim in foro, ipsi strepitu hominum fugati reliquerunt. Apud agrum Calconum, repente flamma scisso hiatus terræ erumpens, tribusque diebus ac totidem noctibus horribili sono exæstuans, quinque agri jugera exhausto penitus succo in cinerem extorruit ita, ut nò fruges solùm, sed etiam arbores cum imis stirpibus absumpsisse referatur. Sequenti anno Sempronius consul contra Picentes prælio decertavit, in quo Romani victores tam cruenta victoria potiti sunt, ut pauci admodum illæsi & intacti evaserint: ita utrisque populis calamitatem ostenta illa prænunciavit. Post tres annos sanguis è terra, lac visum manare de cœlo, & plurimis locis scaturiens è fontibus cruor abundè fluxit. Brevi post Carthaginenses se Tarentinis contra Romanos **OROS.** conjunxere. pestilentia postea atrox Romæ *lib. 4.* sævit, quæ per biennium duravit.

Quo tempore Annibal apud Trebiam fluvium dimicans victor evasit, ex scutis militum sanguinem emanasse, & apud Antium cruentas spicas cecidisse, lapidibusque igneis

atque ardentibus pluuisse relatum est. Cœ-
lum supra Falerios scindi visum, & multa scri-
pta excidisse. In uno hæc erant scripta:

Mars sua tela quatit.

Post pugnam Trebientem cum transverso
Apennino Annibal in Hetruriam descendit,
solis orbis imminui visus est, & Arpis palmę
in cœlo visæ, pugnans cum luna sol. In Sar-
dinia sanguinem duos scuta fudarunt. Fali-
scis cœlum scindi visum est, & Capenæ duæ
interdiu lunæ ortæ. sequutum est prælium
apud Thrasimenum lacum, in quo Flami-
nius consul interemptus, Romanorum mil-
litum quindecim millia cæsa, octo millia ca-
pta, cæteris fugatis, & victor Annibal infesto
exercitu totum Italiæ tractum emensus est.

LIV. dec. 3. Ante Cannensem pugnam in Aventino &
lib. 2. Aricię lapidibus pluit, & multo cruore signa

PLVT. in Sabinis conspersa.

in Fab.

EV TRO. Ante Sociale bellum, quod Italis fœdera-
lib. 3. ris exitiale, Romanis periculosissimum fuit,
præcessere hæc prodigia. Omnium gene-
rum animalia, quæ inter homines vivere e-
rant solita, relictis stabulis pascuisque cum
balatu, hinnitu mugituque miserabili ad syl-
vas montesque fugerunt, canes quoque lachry-
mosis ululatus vagi luporum ritu ober-
rarunt. sub ortu solis globus igneus à regio-
ne Septentrionali cum maximo cœli frago-
re emicuit. Apud Aretinos in convivio
eruoerè panibus, quasi à vulneribus corpo-
rum fluxit, per septem continuos dies gran-

do

do lapidea, mixtis etiam testarum fragmen-
tis decidit. In Samnitibus è vastissimo terræ
hiatu flamma prorupit, & usque in cœlum
extendi visa est. Hastæ, quibus vexilla gestan-
tur, in Rom. castris ignem emiserunt, qui æ-
grè restinctus est. Tres corvi pullos in viam
productos devorarunt, eorumque reliquias
in nidum derulerunt. Mures suspensum in
templo aurum corroserunt. ex aere sereno
tubarum sonus increpuit, acutas & lugu-
bres intendens voces.

PLVT. in

Syll.

EV TRO.

5.

AVGVST.

de civ. lib. 3.

OROS. 5.

NAVEL.

Ante excidium Hierosolymorum Iesus
Ananiæ filius, rusticola, vociferando sæpius
hæc verba iterabat: Væ Hierosolymis. tanta
autem animi obstinatione id faciebat, ut nul-
la periculi denunciatione, nullo mortis me-
tu deterreri potuerit. Cùm à Rom. præ-
fecto plagis laceraretur, nec ulli supplicium fu-
it, nec lachrymas effundere visus est: sed ad
singulos ictus respondebat: Væ Hierosoly-
mis. Vociferatus ita per septem annos &
quinque menses. Visum insuper est supra
civitatem sydus gladio simile, & per annum
perseveravit. Vigesimo primo Maii, ante So-
lis occasum visi sunt ferrei currus & armatæ
acies tranantes nubila, & civitati circumfu-
sæ. Die Pentecostes nocte sacerdotes inti-
mum templum more suo ad res divinas ce-
lebrandas ingressi, primum quidem strepi-
tum, postea subitam vocem audire dicen-
tem: Migremus hinc. Ad decimum Augusti
capta & concremata urbs est.

IOSEPH.

De bel. Iud.

lib. 7.

ZONAR.

an. 10. 1.

Quo tempore Caius Cæsar à conjuratis est interfectus, bos in suburbano Romæ arantes loquutus est, frustra se urgeri ad laborem. non enim frumenta, sed homines brevi defuturos. mox exortum cruentissimum bellum Antonii & Octavii contra Brutum & Cassium, dein inter Octavium & Antonium: in quibus variaz & gravissimæ clades accidere, quæ rem Romanam maximè adflicere.

EVYR.
lib. 6.

Ante mortem Commodi imperatoris crinita stella apparuit: cælum ardere visum, ac repentina caligo & tenebræ obortæ. in circo stellæ per diem perpetuò apparuere, quædamque exiis in longum productæ, medio quasi aere suspensæ videbantur. Pacis templum fortuito incendio consumptum. plurima quoque & pulcherrima urbis ædificia conflagrarunt: nec prius sedatum incendium, quàm repentini imbres extinxerunt. Portendi bella his signis, & præcipuè consumpto Pacis templo, quivis arbitrabatur: quam famam rerum eventus postea comprobavit. Brevi etenim temporis spacio Pertinace & Iuliano imperatoribus ab exercitu trucidatis, Severus ad imperium evehctus gravissimam gessit bella contra Pescennium Nigrum & Albinum, qui post adeptam victoriam crudelem lanienam in eos qui adversarum partium fuerant, exercuit.

HEROD.
SPATIA.
SAB. en.
7. lib. 5.

Ante Longobardorù adventù in Italiam, qui maximam ejus regionis partem vi & ar-

mis

vis sibi subjecere, visæ sunt in aere igneæ acies, vastitates, clades, fames; & alia belli incommoda, quæ postea acciderunt, prænunciantes.

PAVLVS
Diac. de rebus
gestis
Longob.

Ludovico Pio impetante circa solstitium æstivum in horrenda & subita tempestate fragmentum glaciæ in Burgundia simul cù grandine decidit: cujus longitudo pedum quindecim, latitudo septem, crassitudo verò duorum, & acies cruore madentes concurrentium militum in aere cõspectæ sunt. paulò post in Hispaniæ finibus multa damna incendiis, vastationibus & rapinis à Saracenis illata, ab illis Roma obsessa. Normanni totâ oram maritimam infestarunt, Ludovicum armis invadunt filii, & imperatoriam dignitatem deponere coegerunt.

EGINHARDUS.
CVSPIN.
ABB. Vrb.
SIGISB.
SABELL.

Ante prælium in Æmathiis campis à Scanderbecho prosperè factum, vulturum, aliarumque avium magna undique affluit multitudo, maximam Turcarum cladem, quæ post unum aut alterum diem sequuta est, præfagiens, quæ viginti millium numerum excessit. Aliis etiam ostentis fuit prænunciata. Sub veris enim exitum sanguinem pluvis à multis est comprobatum.

SCODR.
de reb. gest.
Scanderb.

Anno quadringentesimo sexagesimo primo supra millesimum, in campis, qui inter Beneventum & Apicium jacent, foedum certamen fuit inter corvos & milvos, prognosticon futuræ ad Troiam pugnæ, bis pugnatum. In primo certamine milvi superiores

Cc

fuere, impetu ac viribus in hostes illati: in se-
cundo certamine corvi plenam reportarunt
victoriam, arte & astu milvorum impetum e-
ludentes. Milvi visi sunt Gallos significare,
corvi Italos. Initio siquidem pugnae fortuna
Gallis arridere visa est, fugatis magna ex par-
te hostibus: sed percussam aciem Itali repa-
rantes à victoribus victoriam extorsere.

Circa annum millesimum ducentesi-
mum trigessimum septimum, calendis Maii
visæ sunt in cælo apud Anglos variæ homi-
num formæ velut instructis aciebus cruento
marte dimicantes, quod portentum juges
pluviae sequutæ sunt, quæ omnia aquis re-
stagnantibus opplevère. sequutus est tumultus
Vuallicus & bellum Scoticum Galli-
cumq; & ad Damiatam Ægypti Angli quàm
plurimi occubère.

Ante Caroli Octavi Gallorum regis in I-
taliâ adventum, in Apulia tres soles visi in
medio cælo multis nubibus circumfusis cû
horrendis fulguribus & tonitruis. In agro
Arezano per multos dies visi sunt in aere in-
numeri cataphracti validissimis equis insi-
dentes, tremendusque tympanorum & tu-
barum sonitus auditus est.

Jacobus Scotorum rex, hujus nominis
Quartus, cû in Ludovici duodecimi Gal-
lorum regis gratiam Anglis bellum movis-
set, & eo confidentius in Angliam irrupisset,
quod Henricum Octavum Angliæ regem
in continentem cum delecta juventute tra-
jecit.

IO. PON-
tan. de bell.
Neapol.

POLYD.
lib. 16. hist.
Angl.

GVICCI.

jecisse sciebat, apud Floddon in finibus utri-
usque regni Surreium Anglorum ducem oba-
vium habuit, pugnam deposcentem. Cû
autem de prælii ratione cum ducibus dispu-
raret, lepus è prætorio profluit, ac mille pe-
titus telis, per mediam stationem intactus e-
vasit. quin & mures noctu ante prælium lo-
rum galeæ, fibulamque corroserant, & vela
interioris tabernaculi sub auroam sangui-
neo rore conspersa visa sunt. conferto prælio
ita à Surreio victus, ut ad octo millia Scoto-
rum cæsa sint, totidem fermè captâ. omnia
signa militaria relata, castra expugnata & di-
repta, rege ipso in media suorum strage tru-
cidato.

Ante prælium Marignianum apud Gam-
balorum vicum Insubriæ meridiano tempo-
re duo equites humana majores effigie inter
se concurrere in aere visi, victoremque eum
qui ab Galliæ regione venisse videbatur, alte-
rum continuo profligasse frequentes agrico-
læ confirmabant. quod prodigium certissi-
mè Gallorum victoriam, quam paulò post
de Helvetiis reportarunt, designavit.

Cû Ludensis comes in civili bello Galli-
co Niortum obsidebat, supra civitatem Picta-
viensem in aere apparuère ignes, quasi flam-
mæ cum fumo è tormentis exeuntes, & aliæ
quæ formam sulcorum cû ab aratro pro-
fiscisi sementè receperunt, referebât. hi hoc
accidit, aliquandiuque duravit. paulò post
fœderati urbem obsidione cinxerunt, quæ

IOV. hist. II

IOVIVS
hist. 5.

De bel. civ. Gal. lib. 13.
illis detrimentosa admodum fuit. sequuntur
prelium ad Monconturtium, in quo à regiis
devisti fuere. univèrsa Pictonum regio post-
ea ab utroque exercitu miserabiliter vexata.

DE CONTEMPTIS CVM
DAMNO COELESTI.
BVS SIGNIS ET
vaticiniis.



*¶ M ex signis caelestibus calamitates
portendi creberrimis experimentis do-
ceamur, ea levia & inania putare fas-
talis recordiæ & furoris esse videtur.
Caelestia enim monita ut nequaquam vana nec irri-
ta putanda sunt, ita non temerè videntur contem-
nenda, sicuti verè est à Plutarcho dictum: Quæ à
Deo proponuntur signa levia putare, & superbè de-
spicere non minus periculosum, quàm rebus omni-
bus perterreri. ut nonnullis accidit, qui de signis in-
fausti ominis admoniti, cum ingenti suo damno ea
non minus stultè, quàm impiè contempserunt.*

PERICLES cùm classẽ cen-
tũ quinquaginta navium com-
plevisset, qua Peloponnesi o-
ram vastare decreverat, & jam
paratis navibus suam triremẽ
conscendisset: ecce solis defectus adeo infi-
gnis factus est, ut tenebris omnia obtegeren-
tur. unde omnes attoniti & ingenti metu cor-
repti

repti fuere, suam expeditionem infaustam
fore judicantes. Cùm itaque gubernatorem
perterritum, atque animi dubium intue-
retur, sublatam chlamydem ad ejus faciem
opposuit, velatisque luminibus rogavit,
Nunquid horrendum aut horrendæ alicu-
jus rei signũ cõspiceret? abnuente illo, Quid
igitur interest (inquit) aut quid distat hoc
ab illo, nisi quod majus quiddam chlamyde
est id quod nunc tenebras agit? Educito id-
eò classẽ, ut quod animo destinavimus, ma-
turè perficiamus. Educta itaq; classe, expedi-
tionem in sacram Epidaurum suscepit: quã
cùm arctè obsedisset, & ad deditiõnem fermè
compulisset, pestis tanta atrocitate in castris
sæviit, ut non solum ipsi qui in castris erant
Athenienses, sed etiam qui quoquo modo
prope castra accessissent, contagione neca-
rentur. PLUT. in
Peric.

Alexander Macedo ex India rediens, cùm
Babylonem ingressurus esset, Chaldæi vates
dehortari voluerunt eum, brevi moriturum
asserentes, si intra mœnia urbis concederet:
scilicet Anaxarcho physico Epicureo homi-
ne ea vaticinia deridente, ne nimis timidus
& de sua salute sollicitus videretur, contra
vatum monita ingreditur, ubi paulò post
veneno sublatiis est. APP. b. c.
lib. 2.

Pridie quàm Perseus cum Romanis præ-
lio decertavit, luna nocte defecit: quod osten-
tum cùm multi reformidarent, & à pugna
abstinendum esse dicerent, infausto consilio

IUSTIN. certamen quod detrectare & effugere poterat, temerè iniit, in quo imperium, opes & libertatem simul amisit.

lib. 33.
PLUT.
in Amyl.

C. Hostilio Mancino consule sacrificâte, cū ad iter in Hispaniâ se pararet, pulli ex cavea evolarunt: & cū navē conscenderet, audita est vox, quæ ab suscepto itinere eum interpellabat. prodigia nihil curans, meditatam expeditionem persequitur, quæ illi damnosa & exitialis fuit: à Numantinis enim victus, & castris exutus, cū nulla spes servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit, quam ut nimis ignominiosam senatus ratam esse noluit, & eum victum Numantinis hostibus tradidit.

LIV. dec.
5. lib. 6.

Licinius Crassus expeditionem contra Parthos suscepturus, infausta multa omina visa pertinaci insania contempsit, sed impune non tulit: nam à Parthis profligato & caeso exercitu, ipse unâ cum filio miserimè periit.

HALYC.
lib. 1.

Tiberius Gracchus cū res novas moliretur, & ad Capitolium ne pergeret, amici hortarentur: auspicia domi prima luce petiit, quæ ei tristissima obvenire: nam janua egressus ita pedem offendit, ut digirus ei decuteretur: tres deinde corvi in eum adversum occinentes, partem tegulæ decussam ante ipsum propulerunt. quibus omnibus con-

VALER.
Max. li. 1.
PLUT. *in*
Giaccb.

temptis quò cæperat, pergit, multa populi turba comitatus: sed orta inter eum & Scipionem Nasicam pontificem maximū rixa,

ab

ab ipso Capitolio extrusus est, & fragmento subfellii occisus.

Aruspices Hetrusci, quòd fax sereno coelo conspiceretur, imperatorem Iulianum quicquam tentare vetabant, quia signum erat infustum: sed id tanquam vanum terriculum superbè contemnens, in prælium prope Ctesiphontem cum Persis descendit, in quo lethale vulnus accepit, quo brevi post extinctus est.

AMM.
Mar. li. 23.
POMPO.
Letus.

Cū **Solymanus** Turcarum imperator suscepta in Tammafum Persarum regem expeditione, non procul à Sultania consideret expectabundus, an Tamma è montibus, in quos se receperat, descenderet, atq; in aciem prodiret, ut direptæ provinciæ injurias vindicaret: turbidissima & sævissima tempestas è proximis montibus descendit usque adeò inusitata, quòd esset paulò ante æquinoctiū æstivum, ut plenissimis imbribus, atque his concreta ex nivibus glacie repentina hyems inventa videretur. nam certantium inter se ventorum ea fuit rabies, ut transversis flatibus nivosa montium culmina verrerentur, præaltaque nix subjectis campis incideret, qua horribili procella Turcarum castra everfis tabernaculis sternerentur, jumentaque, & ante alia magnus camelorum numerus interiret, & ingens lixarum & ægrorum militum multitudo oppressa protinus extingueretur: non parvo etiam ipsius imperatoris periculo, quum circa eum pleraque

rentoria eadem procella disjiciente concidissent. Cùm Turcæ eo adversissimo omine magnopere terrerentur: Solymannus nihilominus cœptam expeditionem persequitur, in qua magna ex parte Mesopotamia & Assyria potitus est. nemine ei resistere auso: sed cùm in sua regna rediret, ad Bethlim in Persici regni finibus novissimum ejus agmen, quod ex delectis copiis constabat, à Persis inexpectato mediis noctis tenebris advenientibus totum conciditur, quo nullum majus incommodum vel cruentissima acie Turcis fuit illatum.

IOVIVS
hist. 33.

DE VATICINIIS MA- LE INTELLECTIS.



*O*mines intelligentiæ & rationis maxime capaces semper avent aliquid addiscere & audire, quod rarum & admirabile sit: & quo excellentiori sunt ingenio, eo majori ardore ad rerum abstrusarum & reconditarum cognitionem feruntur. Neque enim quæ gesta sunt solùm inquirunt, sed & futura intentissima cura scrutantur: quorum notitiam licet plerique omnes Deum sibi reservasse fateantur, multa nihilominus Philosophorum sectæ artes divinatrices pertinaci studio coluere, ut apud Gallos Druidæ, apud Hetruscos & Romanos augures atque aruspices, apud Babylonios Caldæi, qui cùm sæpius vera prænunciaverint, artibus illis arcanis fidem apud multos ad-

strus

struxere. Cùm autem mos illis fuerit verborum ambagibus atque involucris suas prædictiones edere, vel quod ambigno dato responso temere non possent vanitatis argui, vel quòd suas artes digniores esse putarent, quàm à quovis deberent intelligi, facillimè decepti sunt, qui eos consuluerunt. eodem etiam pacto reddita sunt oracula, unde qui ea sciscitati sunt, obscurum ferentes responsum, pro suo desiderio interpretati sibi aliud quàm vaticinia docebant, persuaserunt, & confidenti animo ardua & difficilia molientes, certissimum exitium sibi accersivèrè.



ROESVS Lydorum rex, cùm decreto adversus Cyrum bello Apollinis oraculum fuisset sciscitatus, responsumque tulisset, se trajecto Haly fluvio magnas opes consumpturum, de hostium opibus interpretatus confidenter se ad bellum accinxit: sed adverso prælio facto, regno & libertate privatus, tum demum intellexit **HEROD.** obscuram oraculi vocem se falsò explicasse. *lib. I.*

Visus est in somniis Cambysi in Ægypto agenti quidam dicere, Smerdim regio throno occupato, capite cœlos attingere: sibi itaque metuens, ne fratris insidiis regno excideret, Præxaspem Susam mittit, qui Smerdim fratrem clanculum occideret. hac crudeli & præpropera cautione Cambyses fati decretum non eludit: quippe Smerdis quidam Medus forma Cyri filio persimilis, regnum post ejus mortem, quæ brevi sequitur

410 DE PRÆSAG. ET MIRAC.
est, occupavit. Idem cum oraculum accepisset, se Ecbatanis moriturum, & putaret se Ecbatanis in Media diem extremum claudere debere, eum locum fugiebat: cum autem elapso vagina gladio lethaliter in femore vulneratus esset in Syria: quod illius loci nomen esset, rogat. cum Ecbatana dici responsum esset, ibi fatale esse mori agnovit, & de loco se fuisse deceptum.

HEROD.
lib. 3.
ZONAR.
an. to. 1.

Cum Annibal tale oraculum accepisset, Libyssæ gleba corpus teget Annibalis, in aliena & peregrina terra non multum insidias metuebat, quod putaret in Libya patria sua se moriturum. Est autem in Bythinia fluvius Libyssus vocatus, & campus adjacens Libyssa nominatus. In ea autem regione hausto veneno mortuus oraculum verum dixisse confirmavit, sed longè aliter quam intellexerat.

APP. in
Lyb.

Cum Pyrrho Epirotarum regi adversus Romanos bellum coquenti responsum à Pythia renunciatum esset, in hoc versiculo contentum:

Aio te Ecacida Romanos vincere posse.

ambiguusque esset sensus, Romanine victores futuri essent, an Pyrrhus: illud benigne pro sua voluntate interpretatus, sibi victoriâ promissit, quæ tamen penes Romanos stetit.

PLVT.
in Pyrrh.

Oraculum editum erat, fore ut aliquando Syracusanorum omnium Athenienses potirentur: comparata maxima classe Syracusanis Leontinorum nomine bellum moverunt. Accidit autem cum ad Syracusas classis appros

propinquaret, navis una Syracusana capta est, quæ tabulas ferebat, in quibus omnium Syracusanorum quicumque arma ferre poterant, nomina inscripta erant. Hoc pacto oraculum adimpletum, sed non secundum Atheniensium mentem. non enim Syracusanorum facti sunt domini sicuti putabant, sed ab illis sunt victi.

Cum constans esset opinio, & oraculis confirmata, in fatis esse ut Iudæa profectiorem potirentur: id Iudæi ad se trahentes rebellaverunt, & in Carmelo monte convenientes in seditionem exarsere. Cæso itaque preposito, legatum Syriæ, consularem hominem supplicium ferentem, rapta aquila fugarunt, & Romanorum nomen è tota Iudæa depellere tentarunt. Ad hunc motum comprimendum cum amplissimis copiis, & non in strenuo duce opus esset, Vespasianus delectus est, qui represso Iudæorum impetu post Othonis mortem Cæsar ab exercitu salutat, & devicto Vitellio solus rerum potitus est. Ita fuere adimpleta oracula, quæ lib. 3. de malè à Iudæis intellecta occasionem rebelandi dederant.

Constantis imperatoris horoscopus cum mathematicus inspexisset, prædixit, eum in gremio genitricis periturum. Ab avia autem Helena fuerat educatus, Fausta matre è vivis erepta: sed cum ipsa diem extremum etiam obiisset, vanum illi vaticinium visum: sed de nomine avicæ erat prope

ZONAR. Hispanias oppidum, in quo ipse occisus est, post ejus cædem vaticinii obscuritas intellecta est.

POMPO.

Letus.

Sybillæ carmina vetustissima fuere, quibus dicebatur, quum Africa recepta iterum à Romanis esset, tunc mundum cum prole sua interiturum. Hoc Sybillæ vaticinium quamplurimos exterruit supra modum sollicitos, ne cælum & terra cum universis hominibus perirent: Africa autem Belisarii virtute recepta, Mundi Iustiniani ducis & Mauritii filii interitus prædictus à Sybilla apparuit, qui in prælio contra Gotthos ad urbem Salonas in Dalmatia tunc periit.

PROCO-
de reb. gest.

Gothb.

NAVCL.

Muleasses rex Tunetanus astrologiæ peritissimus, fatali astrorum influxu amittendi regni, & sævæ necis cladem sibi cū divinasset, & Barbarussam Byzantii classem parare audi visset, eam adversus se parari credidit: & ut periculum effugeret, Africa excedens in Italiam, ut Carolum Cæsarem alloqueretur, & auxilia contra Turcas, quod ad se oppugnandum venturos putabat, impetraret, trajecit, commissa Amidæ filio regni administratione: qui ut perfidus & ingratus regis nomen desumpsit, & advenientem postea patrem captum excæcavit. Ita judicio suo deceptus Muleasses, cū vaticinium malè interpretaretur, in calamitatem maximam nihil aberrantibus fati est præcipitatus.

IOV. *hist.*

44.

Anno quingentesimo sexagesimo sexto supra millesimum, cū captus esset piscis totus

tus aspersus notis & maculis, quæ ollis, quas inferioris Germaniæ fœderati, qui à mendicitate nomen habuere, gestabant, assemblabantur: ferme omnes dicebant divinitus missum, ut hujus testimonio ipsorum causam justam esse omnes cognoscerent: sed gravis miseria, in quam brevi postea incide. PET. Bizarus de Belg. motu ac præcipuorum interitum prænucciasse.

DE PANICO

TERRORE.



Qonia fatorum potestati subijci, & divina nutu sæpe delusa hominum prudentia res administrari, sed in bello præsertim: vel hinc manifestum est, quod numerosi exercitus repentino atque inusitato timore, & nulla apparente causa perterriti, sæpe in sedam fugam coniecti insignes clades acceperunt.



SAMARITANI diu obsidionem & famem perpessi, Elisæum prophetam consultuerunt, qui in crastinum auxilium à Deo venturum asseruit. Sequenti nocte Deus Syros exterruit, immisso in aures eorum sonitu quasi curruum & armatorum adventantium, adeo ut crescente magis ac magis suspicione, con-

sternati è totis castris ad regem suum concurrerant, nunciantes, regem Samariæ, & ab ipso conductos regem Ægypti, & regem Insularum adventare. Hæc nunciantibus Adadus rex Syriæ eo facilius credidit, quod & ipsi etiam talis sonitus auribus perireperet. per summam itaque trepidationem omnes sine ordine ad fugam se expediunt equis & jumentis, divitiisque maximis intra castra relictis.

2. Reg. 6.

IOSEPH.

antiq. 9.

ZONAR.

an. to. 1.

Tarquinius bello Romanis indicto, quod ab ipsis principatu dejectus esset, rem ad prælium deducere properavit, in quo armis regius filius & Brutus primus consul mutuis ictibus cecidere, intermissa ob tenebras noctis pugna, & quiescente utroque exercitu: cum æquo Marte prælium diremptum fuisset, & certamen prima luce redintegraturi essent, vox è luco proximo audita, quæ uno plures ex Hetruscis, qui Tarquinii partes defendebant cecidisse, quàm ex Romanis proclamavit, unde Hetruscis tantus repente terror injectus, ut tumultuose castris egressi dissiparentur: qui verò relictis sunt, non multo pauciores quinque millibus invadentibus Romanis capti sunt, & cætera omnia direpta.

PLVT. in
Publ.

Cù Bethulienfes diu ab Assyriis obsessi, instructa acie è civitate exivissent, qui in castris erant cognita Holofernus summi ducis morte, tam gravi metu fuere correpti, ut licet multi erga paucos, & in armis in durati con-

tra

tra urbanas copias conflicturi essent: non ordines servare potuere, nec ad defensionem se parare ausi sunt: sed quisque per viam, quam fors illi obtulit, in præciprem & effusam fugam se dedit, quos cædendo sternendoque Israelitæ Damascum usque sunt persequuti.

Iud. cap. 14.

15.

Perfarum copiarum apud Michaelem urbem navali prælio decertantes, cum in ipso ardore pugnarum sine auctore Mardonii copias in Bœotia esse deletas: tantus statim pavor & mentis consternatio eos invasit, ut nec ad pugnam, nec ad fugam animus vel vires sufficerent. sic cum ad neutram se pararent, ad unum omnes aut trucidati aut capti fuere.

OROS.

lib. 2.

Lavanti regi Perseo, ut cœnam caperet, cum nunciatum esset hostes propè adesse, ira metu attonitus & consternatus fuit, ut è folio repente exiliens, & se victum ne conspecto quidem hoste clamitans fugam respectaret. cum Romanos (nisi dii mentem ad emissent) intercludere, & ad iniquum certamen adducere facile fuisset.

LIV. dec.

5. lib. 4.

Miltiades decem tantum Atheniensium millibus & mille Platæensibus stipatus, trecenta Perfarum millia adortus, terribiles sonitus in aere auditi sunt & spectra conspecta: quæ Persis tantum terroris incusserunt, ut omni spe victoriæ abjecta, in foedissimam fugam se conjecerint adeò, ut non pugna, sed cædes stragesque fuerit.

HEROD.

lib. 5.

Rhadagaisus cum ducentis Gotthorum millibus in Italiam descendit, qui omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare devoverat: cum Romani ad resistendum satis virium non haberent, & ob id in urbe maximè trepidaretur, divinitus immisso in castra terrore, in Fessulanos montes secessit cum suis, qui siti, fame & languore confecti sine certamine subjugati, capti & cathenati maxima ex parte fuere. singulis aureis singuli dividendi, postea in manibus emptorum mortui sunt.

OROS.
lib.7.

Heraclianus Romanum imperium sibi animo destinans, cum classe quatuor millium & septuaginta navium, quam in Africa paraverat, Romam contendit: simul autem ac litus descensione facta deseruit, & Romam versus cum agmine militum iter intendit, ocursu comitis marini ita territus est, ut in fugam se conjiceret, & arrepta navi solus Carthaginem rediret, ubi à militibus est interceptus.

OROS.7.

Hierosolymis à Christianis expugnatis, & constituto ibi Gottifredo Bollionio, Sulthanus Ægyptius collecto ingenti exercitu ad expugnandam urbem, vel prælio decertandum paratus advenit. Christiani nullo modo se tantis copiis pares rati, cœlestis numinis præsidium summa religione implorarunt, ac fiducia pleni hostibus occurrerunt. Barbari cum nostri appropinquarent, quos ne primū quidem conspectum suum laturos crediderant,

derant, comperta eorum alacritate, nimio pavore attoniti de pugna nihil cogitarunt: sed in præcipitem fugam effusi, pecudum instar mactati sunt. numerus cæcorum centum millium refertur.

ÆMYL.
lib.4.

Ad Gransonem juxta Lemanium lacum, Burgundionum exercitus cum Helvetiis, qui claustra montis Iuræ observabant, congressurus, quod ipsos numero paucos contra ingentem multitudinem (erant enim Burgundi ad quadraginta millia: Helveti vero vix duorum millium numerum implebant) pugnam capeffere cum alacritate & fiducia videret: qui certamen primi iniierant, sensim gradum referentes ad castra se receperunt: qui agmen claudebant, priores ordines ad castra redeuntes cōspicati, quod illos sagatos putarent, fugam arripuere. Tantus repente timor tantaque consternatio omnes invasit, ut certatim fugam nequicquam increpantibus ducibus arriperent, castris defertis.

ARGEN.

DE BONO VEL MALO
OMINE CAPTO EX
LEVISSIMIS CAUSIS.



M se viente bello ad aleam universi certaminis deveniendum, nihil optabilius accidere potest, quam si optimam spem exercitus, de victoria conceperit. Ut enim Plutarchus habet Vincendi studium, sidus

D d

cia. Quemadmodum autem ea ex rebus facile contemnendis frequenter excitatur, ita metus sæpius ex minima occasione repente concipitur, quæ duo licet multis non magni æstimanda videantur, tamen ad summam rerum non modicum habent momentum (facto non semel periculo) comperta sunt, siquidem principes populosq; ex leuissimis causis nonnunquam capto omine res magnas audacter suscepisse, & feliciter confecisse varijs exemplis dignoscimus. E diverso qui triste omen accipere, sicuti pavore nimio consternati de belli alteriusq; rei eventu non bene sperarunt, ita in faustum & infelicem exitum habuisse.



Vo die natus est Alexander, Ephesæ Dianæ templum conflavit. Magi quidam, qui tum fortè aderant, circumcursantes exclamaverunt, Magnum Asiæ malum & calamitatem eo die natam esse, nec vanum fuit præfagium: nam totam Asiam Alexander victricibus armis peragravit, non sine maxima hominum strage & regionis vastitate.

Dionysius senior, cum oratores qui coram populo orationes habituri erant, literarum sorte decertarent, ut de ordine, quo quis que dicturus esset, cognoscerent, & litera M. ei contigisset: quidam ex astantibus dixit: Hæc litera nihil boni portendit. designat enim Morionem. Imò (inquit ille) multum boni ex ea auguror, me monarcham futurum significat. Oratione quam præmeditatur

rat habita, à Syracusanis imperator exercitus delectus est.

PLUT.

in Apoph.

Darius in principio imperii cum vaginam acinacis Persicam iussisset imitari, in eam formam, qua Græci utebantur: protinus Chaldæi interpretati sunt, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma esset imitatus, quod eventu non caruit. Tribus enim præliis victus Darius, fugam arripere coactus, à suis perfidiosè sauciatus, vitam cum imperio amisit, quod ad Græcos post ejus mortem translatum.

CVRT.

lib. 3.

Annibal in Africam redire iussus, ut rebus fessis & afflictis subveniret, cum appropinquans ad littus Africæ quendam ex nautis ascendere arborem navis iussisset, atq; inde speculari, quænam regio appareret, sepulchrum dirutum se prospexisse respondit. Hoc responsum abominatus Annibal, quòd mali ominis locum designatum putaret, deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit, & missò ad Scipionem caduceatore colloquium postulavit, in quo pacis conditiones obtulit: quæ cum à Scipione respuerentur, prælio decertare coactus est, in quo Carthaginensium vires prorsus concidere.

LIV. dec.

3. lib. 10.

OROS.

lib. 4.

Cum Paulo Æmylio consuli sorte evenisset, ut bellum cum rege Perseo Macedoniae gereret, & domum è curia regressus, filiolarum suarum tristem animadvertens: interrogavit, cur tam inæsto vultu esset?

PLUT. Respondit illa, Perseum periisse, eo nomine
in Æmyl. Catellum nuncupabat, quem in deliciis ha-
et in Apoph bebat: Accipio (inquit) omen, filia, dii bene
tbeg. vertant: ex re ferè ludicra spem certam cla-
rissimi triumpho animo præsumpsit, quod
postea assequutus est.

Quo die M. Crassus infœliciter cum Par-
this conflixit, paludamentum nigrum im-
præmeditatè sumpsit, cum mos Roma-
nis imperatoribus esset, coccineo paluda-
mento in præliorum diebus uti. Ex hoc e-
xercitus malum omen futuri prælii inter-
pretatus est, neque falsum prælagium fuit,
nam interfecto ipso Crasso ejusque filio, e-
xercitus penè ad internecionem deletus est:

PLUT.
in Crass.

Cùm Pompeius instructa acie procede-
ret, ut de summa rerum cum Cæsare dimica-
ret, duos ex suis in medio fluminis, dum e-
jus alveum scrutabantur, unus ex Cæsaris
præcursoribus interfecit. id omen infaustum
ducens, retrò agi agmen iussit, & eo die nihil
actum: designatam tamen cladem effugere
nulla solertia potuit. In Pharsalicis enim
campis non multò post acie devictus, castris
exutus & desertus, à suis penè solus fugere
coactus est.

APPIAN.
bel. civ. li. 2.

Pridie ejus diei, quo Octavius navali præ-
lio ad Actium victor fuit, tabernaculo ad na-
ves contemplandas egressus, in hominem a-
gasonem incidit: qui rogatus, quis esset, re-
spondit sibi Eutycho nomen esse, & asino
Nicon. pro omine fausto Octavius quod al-
terum

rerum nomen fortunatum, alterum victori-
am significat, futuræ victoriæ accepit, quam
postea fœliciter adeptus est.

ZONAR
an. to. 2.

Proculus in convivio quodam latruncu-
lis ludens decies imperator fuit. Ex hoc à
quibusdam imperii omen captum est, & al-
lata ab uno eorum lana purpurea ipse indu-
tus est, & imperator ab eo primùm, mox à re-
liquis salutaris, & per aliquod tempus Gal-
lias fœliciter administravit.

SAB. en.
6. lib. 9.

VOPIS.

Samnites pueri, cum Vittiges Romam ob-
sideret, pecus pastum ducentes per lusum
duos ex sua turba deligunt corporis habitu-
dine præstantiores ac specie, quorum alte-
rum Belisarium, alterum Vittigem vocarunt:
& hos colluctari pro victoria jubent. In ea
lucta qui Vittigis nomen sortitus erat, vi-
ctus in terram dejectus est, quem cæteri pue-
ri increpando & illudendo in proximam sus-
pendunt arborem: lupo interveniente exter-
riti, omnes fugam arripiunt, qui suspensus
erat, à cæteris destitutus in eo cruciatu inte-
riit. Talis autem fuit belli eventus, sicut por-
tendere puerorum duellum visum est. nam
Gotthi magna clade accepta obsidionem sol-
vere coacti sunt, & Belisarius devictis hosti-
bus triumphavit.

PROCO.

Cùm Manuel Comnenus Constantinop.
imp. expeditione in Hungaros decreta, lu-
straret exercitum, quidam miles Pannonius,
dum concitato equo exultanti ingressu de-
curreret, in faciem pronus decedit: quo im-

de reb. gest.
Gotth.

NICET.

perator audito, omnes bono animo esse iussit, faustū belli omen id interpretatus, quod unus ex hostili gente ceciderat, nec defuit præfagium pro conjectura eventus. commissa etenim pugna ipse victor evasit.

Alexius Angelus erepto à fratre imperio, Sapientiae templum ingressus, ut de more inauguraretur: & peracta solennitate egressus est, & celsum equum Arabicum conscensurus esset, equus crebro solum pulsans, & anterioribus pedibus cū fremitu sublatissimum ferocissimè averfatus, post multos verò popysmōs & cervicis demulsiōnes placatum eum cōscendit, prehenditq; habenas: equus verò ut deceptus sessorē recepto, quē nollet æquē ac prius ferocit, cum claro hinnitu pedes attollit: nec prius saltare desit, quàm geminata corona capite ejus excussa, & ex parte comminuta ipsum quoq; dejecisset. Id inauspicatū plerisque visum omen eventu non caruit, post varia etenim bella intestina & externa excidit imperio revocato fratre.

NICET.

Guilielmus dux Normandiæ cū in Angliam appulit, ut è navi egressus est, pedem in harena quamaltissimè fixit, ita ut pro-cumberet: cui miles propè adstans dixit: Iam dux firmo pede Angliam tenes, rem parvi momenti, quæ fortuito contigit, in faustum omen vertit: nec frustrā præfagiisse visus est. devicto enim memorabili præliquo Haraldo rege, regno ipse ex usu victoriæ potitus est.

POLYD.
lib. 8.

Magnus

Magnus Cham Cublai cū metropolim provincie Mangi oppugnare vellet, ducem exercitui præfecit, cui Baian Chiusan nomen erat, quod lumen centum oculorum sonat. Regina quæ in civitate erat cum satis firmo præsidio audito nomine ducis non solum civitatem, sed univèrsū regnum in potestatem Cublai tradidit: quod ab Astrologis antea audisset, civitatem ab eo qui centum oculos haberet, expugnandam fore.

M.P.VB.
net.lib.2.

Richardus secundus Angliæ rex, quum Henricum Lancastrium tumultuantis in ipsum plebis ducem in arcem, in quam se receperat, intromisisset, & eum sequi iussus fuisset, conscenso equo leporarius canis de more solutus est. Is cū gestiens & ludibundus in humeros regios insilire solitus esset, in Henricum insiliit, & circumfalsando illi adlabatur. Ille ad regem conversus, Quid sibi vult hic canis, inquit: Malum mihi omen est, tibi faustum, respondit rex. agnoscit enim te regem futurum, & meo in loco regnaturum. hæc sicuti præfaga mēte ex occasione admodum levi dicta fuere, brevi post acciderunt.

FROIS.
lib.2.

Helvetii Novariæ à Gallis obsessi, dum intentis animis in eventum futuræ pugne arma pararent, & jam sol in occasum inclinaret: Gallorum canes relictis castris magno continentiq; agmine Novariam intrarunt, admisti que Helvetiis, qui in statione erant,

Dd 4

eorum crura lambere, caudas adulanter quæ-
tere, demissisquæ blandè auribus singulis ap-
plaudere cœperunt, tanquam Helvetii jam
ipforum essent domini, aut certè futuri. Ex
eo fœlix omen Helvetii accepere, quod canes
ex infœlicibus castris ad tuta fortunataquæ
hospitia demigrarent, tanquam prælagirent
Gallos nuper dominos prælio adverso do-
minium amissuros, ut mox apparuit.

IOVIVS
hist. 11.

Cùm Philippus Lantgravius Hessiæ Chri-
stophorum Vuirtembergensium principem
in paterni imperij ditionem reduceret, Ferdi-
nandus Austriacus Romanorum Rex, ut oc-
cupatam ditionem defenderet, per Vindelici-
am, Noricum atque Bohemiam copias, quas
Lantgravio irruenti opponeret, paravit, &
Philippo Palatino commisit: qui cum audi-
vit hostes ad dimicandum paratos ad se op-
primendum festinare, ad vicum Lauffen in
valle constitit, equitatum repentiè educit ad
explorandum, quid in animo hostes haberet.
Cum Lantgraviani antecursores occurrerent,
equestre prælium committitur, admixtis vs-
trinque expeditis peditibus: quum verò ab
equitibus quæreret Lantgravius, quonam in
loco essent hostes, & eos in Lauffen esse, qui
exploratum iverant responderent: Victoriæ
(inquit) milites omen accipio, postquam
hostes in fuga esse nunciantur. id nomen
Germanicè fugam significat. neque inane e-
jus nominis augurium fuit: nam regiæ copie
omnes ne tentato quidem certamine in lon-
gè

IOV. hist.
32.

gè turpissimam fugam conjectæ terga ver-
terunt.

DE QVIBVSDAM LO- CIS ET DIEBVSVS FAVSTIS

VEL INFVSTIS, NON NVL-
lis gentibus & natio-
nibus.



*R*omani in quibusdam diebus gravissimas
clades passi, eos inter nefastos curiosè an-
notarunt, decretisq; vetuerunt in illis
quicquam aggredi, quod ad Rempublicam
maximè pertineret. Hoc licet ridiculum & absurdū
plerisque videatur, quòd nullam subesse causam vi-
deant cur hi vel illi dies lociue cladem aut victoriam
adferant: tamen cum locos & dies aliquibus genti-
bus sepius infastos & calamitosos fuisse vsu compera-
tum sit: ea inter memorabilia recenſeri non iniquo
iure possunt, ut quæ ab occulta fatorum vi proma-
nant, nec contemnenda cum iterata populorum ca-
lamitas vel cumulatæ victoriæ admiranda reddide-
rint. Nec inutilis etiam aut curiosè considerationis
iudicari debent. Monent enim homines ut præteritis
periculis & damnis æstimatis consultè & cautè de fu-
turis deliberent, ne voluntarium exitium &
meritas pœnas accersisse vis-
deantur.

Dd 5



D Iſicum ſinum in ſpacioſiſſi-
ma planicie Darius ab Alexan-
dro Macedonum rege maximo
extremoque prælio proſliga-
tus, cum maxima ſuorum cæ-
de atque in fuga captus Septentrionalibus
gentibus Orientales ſuperantibus, Severi &
Nigri exercituum non, congreſſus modo in
eum locum, ſed fortuna etiam ſimilis fuit. Ibi
dem multis poſt ſeculis conſlixere Turcarum
copiæ Cherſeogle Baiazetis genero duce con-
tra Mamaluchos, qua etiam in pugna pro Se-
ptentrionalibus fortuna ſterit. ſiquidem Ma-
maluchi è Cappadocia oriundi victores eva-
ferunt.

HEROD.
lib. 2.
GODOL.
de Turc.
aul.

Dies ad decimum quintum calendæ Sextilis
duplici clade inſignis fuit. eo enim die ad Cre-
meram Fabij cæſi, & ad Alliam cum vrbs exi-
tio cœdè pugnatum : ideo religioſus. apud
Romanos is dies habitus, & nulli rei publi-
cè privatimve agendæ deſtinatus.

LIV. dec. I.
lib. 6.

Annibal juxta Herdoneam urbem duas
inſignes victorias eſt conſequutus, in priori
Cn. Fulvium prætorem devicit, poſteriore
Cn. Fulvium proconſulem, & hæc intra bi-
ennium.

LIV. dec.
3. lib. 7.

TACIT.
lib. 18.
SABELL.

Inter Veronam & Cremonam vicus eſt
ducibus Romanis cladibus notus infauſtus.
quæ. ibi etiam Venetorum & Gallorum co-
piæ conſlixere, victoria penes Gallos ſtante.

PLVT.

Æmathii campi ter aut quater Orientali-
bus contra Occidentales inſelicer fuere. Tè-
pore

pore Pompeij, Octavij Cæſaris, & Baiazetis APPIAN.
eius nominis ſecundi Turcarum imperato-
ris. *bel. civ. li. 2.*
MAR. SCO.

In Stella monte victi duo ſummi ducès & IOVIVS
reges opulenti, Mithrydates rex Ponthi à
Pompeio Magno, & Bajazetes primus à ſuis PLVT.
Hildriū appellatus, à Tamerlane Scytharum IOVIVS.
Imperatore.

Decimus quartus calendæ Sextiles Hero-
nianum incendium Romæ ortum demon-
ſtrat, quo die Senones captam urbem inflam-
maverunt, & in cineres redegerunt. *TACIT.
lib. 15.*

Augustus menſis occulto quodam auſpi-
cio Turcis foeliciffimus eſſe deprehenditur:
eo enim menſe Bajazetes ſecundus Metho-
nem expugnavit, & Selymus ejus filius ma-
gnum Hiſmaelem Calderanis in campis, &
paucis poſt annis Campſonem Gaurum ad
Singuan ſingulari foelicitate devicit. Soly-
mannus Ludovicum Hungariæ regem præ-
lio ſuperavit, & de Germanis, qui Rochan-
dulpho duce Budam obſederant, inſignem
victoriam reportavit. Famaugusta in Cypro,
& Gulera in Africa eodem menſe Turcis ob-
ſidentibus ceſſere.

IOV. hiſt.
43.
PET. Bi-
zarus de
bel. Cyprio.

Vt ille menſis Turcis foeliciffimus fuiſſe
deprehendus eſt, ita Judæis infauſtus. Deci-
mo ſiquidem illius die templum à Babylo-
niis & Romanis diverſis temporibus capta
& incenſa urbe concrematum,

EOESIP.
lib. 3.

Guinguatha vicus in Morinis prope Ta-
roanam duobus præliis Gallis infauſtus fuit,

IOV. bift. 13 primò Ludovici undecimi temporibus Philippo Dechordo duce, secundo temporibus Ludovici duodecimi sub auspiciis Pienes.

IOVIVS bift. 1. ARGEN. de bel. Car. Sicilia, Apulia & Insubria initiis bellorum victoriis Gallorum nobilitate, scilicet exitus illis semper calamitosus fuit.

DE CELERI ET MIRABILI FAMA.



*Q*uæ rara sunt & insueta, quosvis in admirationem rapere consuevère, præsertim si ex arcanis occultisq; causis procedant, quorum enim originem non novimus, perinde ac si ortum nullum haberent, mirabundi suspicimus, & in illis speculandis maximè sumus attenti; in quibus non postremum locum habere debet celeris fama, quæ ex incerto rumore ab immenso terrarum intervallo res feliciter gestas, aut secus stupenda pernicitate denunciat. Huius rei causa nulla certior à rerum peritis assignatur, quàm geniorum opera, qui Rerum publ. tutela præsumt. hi prospero populorum successu læti egregii facti famam mira celeritate divulgant, ut beneficium benigne tate numinis acceptum, gratissimis animis concelebrent, vel ad exterrandos eos faciunt, quos exitio destinatos noverunt.

CVM



IVS TINI GROS. 2. VM Mardonii copiarum, quæ ad subjugandam Græciam à Xerxe fuerant relictae, deletæ sunt: prælium in Bœotia matutino tempore commissum fuit, meridiano verò fama in Asia tantis terrarum, marisque spaciis interjacentibus nunciata est.

Tarquiniis Latinisq; à Romanis acie devictis ac profligatis, cōspecti sunt paulò post ab exercitu venientes viri duo proceris ac venustis corporibus, ea quæ in prælio gesta erant, nunciantes: ac primus qui obvius factus est in foro, cum illa quæ de victoria nunciabant, non crederet, ipsi leniter arridentes barbam ejus atrectarunt, & nigram in flavam mutarunt. atque hoc modo & assertioni suæ fidem, & viro cognomentum Ænobarbi fecerunt.

Miraculum etiam famæ fuit, quæ quarto die post prælium, in quo Perseus ab Æmylio victus est, profligatum eum esse Romæ vulgavit: siquidem populo Romano in spectaculo equestrium ludorum sedente subitus rumor à prima theatri parte manavit, Æmylium superatis magno certamine hostibus totam Macedoniam cepisse: isque sermo confestim per totum diffusus theatrum, lætitia, exultatione & gratulatione civitatem replevit. postridie cum ejus famæ certus non reperiretur autor, resedit. Aliquot post diebus cum certissimus nuncius de ea victoria ab Æmylio missus venisset, miraculi

PLVT. in Æmyl.

PLVT. in Æmyl. ZONAR. an. 10. 2.

loco fuit res antea incerto autore vulgata.

NAVCL. Cum Cimbrici memorabili prælio à Mario devicti sunt, eodem die quo gesta res est, visi pro æde Castoris & Pollucis juvenes laureati prætori literas dare, frequensque in spectaculo rumor victoriæ Cimbricæ divulgatus est.

Antonio à Domitiano deficiente, magnamque à Germania bellum concitante Romæ maximè trepidatum. Ex insperato autem fama victoriæ apud populum Romanum vulgata est, Antonium ipsum cum omnibus copiis interiisse: tantaque illi rumori fides habita est, ut multi ex primoribus diis ob victoriæ immolarent: sed cum paulò post author rumoris quæreretur, inventus est nemo. sed Domitiano postea cum exercitu ad bellum proficiscenti, in ipsa via certus nunciatus & literæ de ipsa victoriæ venerunt. Dies pugnæ idem fuit, quo Romæ victoriæ fama vulgaverat ultra distantiam viginti millium stadiorum.

PLVT. in
Æmyl.

Quo die Claromonte de bello sacro suscipiendo decretum est factum, eodem decreti belli fama ad extremas terræ oras pervenit, ac per totum terrarum orbem pervasit.

ÆMYL.
lib. 4.
SABEL.
NAVCL.

DE



*N*on causis terræ motuum inquirendis cum vehementer philosophi insudarent, nondum certam assignare potuerunt, quæ extra controversiam omnibus doctis probetur. Dum quisque enim adversariorum argumenta refellit, suamque opinionem firmiter defendit, alios provocat, qui non minus probabiliter suam sententiam adstruunt. Sed cum non magnopere referat, quo ordine aut modo natura mirabilium artifex agat, causis (quarum disquisitio obscura est) omisus effectus tantum considerabimus. Cum permulti autem terræ motus apud historiarum scriptores reperiantur, tantum insignes quosdam & calamitosi exitus adnotare libuit: quibus admonemur, nihil apud impios esse tutum, cum divina ultio insectatur, cum ipsa tellus quæ hominibus sedes ordinata est, illis exitum adferat.



EMPORE Archidami Lacedæmoniorum regis concussis Taygetis montibus, quidam eorum vertices patefacti, universa civitas Lacedæmon diruta, adeo ut singulæ domus quinque tantum exceptis cum ingenti fragore & ruina corruerint.

PLVT. in
Cim.

Anno à Roma condita trecentesimo septuagesimo sexto savissimo terræ motu Achaia universa concussa est, & duæ tunc civitates Epora & Helicæ abruptis locorum hiatus devorata.

OROS.
lib. 3.

ZONAR. *an. tom. 2.*
 Eo die quo Annibal cum Flaminio Romano consule confligit, terræ motus in Hetruria factus, quo multa ædificia corruerunt, multi montes partim fissi, partim collapsi valles complanarunt, & flumina veteribus alveis exclusa aliò versa.

ZONAR. *an. to. 1.*
 Septimo Herodis Aſcalonitę anno, Iudea tanto terræ motu concussa est, quanto nunquam aliàs, in quo præter jumenta, quæ magno numero perierunt, ad triginta hominũ millia ruinis ædificiorum oppressa sunt.

TACIT. *lib. 2.*
 SAB. *en. 7. lib. 1.*
 Tyberii Cæsaris anno quinto, nocturno terræ motu tredecim celebres Asiæ urbes collapsæ & dirutæ sunt, in quibus fuere Ephesus, Magnesia & Sardis.

OROS. *lib. 7.*
 SAB. *en. 7. lib. 1.*
 Nerone regnante in Asia, Laodicea, Hierapolis & Colossa, Vespasiani tempore tres civitates Cypri terræ motu corruere.

DION *Cass.*
 EVSEB. *in Chron.*
 OROS. *lib. 7.*
 OROS. *lib. 7.*
 Temporibus Trajani quatuor civitates Asiæ terræ motu subversæ sunt, Helea, Myrina, Pythana, Cyma: & Græciæ civitates duæ, Pinthorium & Orthorium, & tres Galatiæ. Dum ipse Trajanus Antiochiæ ageret, atrox & funestus terræ motus accidit vicinis urbibus, atque populis cladem insignem adferens. Ipsa Antiochia insigni strage vastata fuit. nam tanta fuit hominum clades, ut de tam magno numero hominum, qui ex universo Romanorum imperio eò confluxerant, vix unus aut alter sine noxa evaserit.

Diocletiano imperante obortus in Syria terræ motus, ex quo apud Tyrum & Sydona pal-

passim labentibus tectis multa hominũ millia prostrata sunt.

Sub Valentiniãno terræ motu per totum orbem facto mare littus egreditur, & Sicilia multarumque insularum urbes, & in iis innumerabiles populi oppressi ad littus Alexandriæ subductæ naves, & supra magnum murum elatæ. In medio Adriatico mari velificantes naves deficiente statim aqua in fundo defedere, mox revertente in altũ subductę sine ulla vel navi vel vectorum jactura.

Aurelio Antonino Pio imperante, horribili terræ motu complures Bythinia & Hælesponti urbes conciderunt, & Cyzicus in primis est adflicta.

Tempore Constantini in Campania urbes tredecim terræ motu prostratæ sunt. Constantii anno septimo Neocæsarea mari absorpta, tantũ episcopi sede & ecclesia superstitibus: octavo magno terræ motu Rhodus insula cõcussa, & graviter adflicta: nono Dyrrachium urbs Dalmatiæ periit, Roma per triduum periculosẽ tremuit, duodecim Campaniæ urbes perierunt.

Anno Domini quingentesimo vigesimo septimo terræ motu gravissimo Antiochia concussa est, cecidere omnia ecclesiarum ædificia, & tota urbis facies deformata est. Anno quingentesimo vigesimo nono ita concussa, ut quod ante biennium intactum & integrum manserat, ac interea ex ruinis reparatum fuerat, ferè totum conciderit, ma-

gnaque hominum multitudo ruinis oppressa interierit.

NAVC.

Anno septingentesimo quinquagesimo fuere mirabiles & horrendi terræ motus in Mesopotamia, quibus terra disrupa est ad duo miliaria. Civitates quædam montanæ divisim montibus vnâ cum illis ad loca campestria transmigrarunt, nec fractæ tamen nec disruptæ fuerunt.

GIRAR.
lib.4.

Anno octingentesimo primo terræ motus tantus fuit, quod vniversa Italia fuit concussa, quædam oppida diruta, quædam hiatu absorpta, montes depressi, & in planiciem redacti: fluminum cursus retrò abiit, & mare in plurimis locis littora consueta deseruit, in alijs cum horrendo impetu & damnosa inundatione littora desilijt.

SAB.en.
9.lib.6.

Paulò ante expugnatam à Saladino Hierosolymam Syria horrendè mota, Antiochia, Tripolis & Damascus magna ex parte conciderunt: sed Catina in Sicilia multo fœdius convulsa, quinque & viginti millia hominû ruinis oppressa, & mare circa insulam insolitò æstu innumeros mortales obruit.

Anno quingentesimo trigesimo primo supra millesimum motu terræ concussa est tota ferè Lusitania, Vlysioponę corrueunt mille & quingentæ domus, plus sexaginta ruinâ minatæ, templa omnia in lapidum acervum redacta. Hic motus dies octo duravit, & quod die per intervalla redijt, vt septies aut octies interdum periculo maximè obnoxij incolæ fuê.

fuere. Item Sanctæ arenæ, & Azembugerę Almerinique vrbium publica privataque ædificia conquassata proscissaque, magnam vim mortalium ruinis oppressere, & nonnullæ etiam navigia turbulento inflati maris hiatu absorpta sunt: sic vt Tagus insanis allidentis maris fluctibus repulsus, discedentibus in vtramque ripam suis vndis, sicca in medio vada obtupentibus cunctis ostenderet, ne moque iam tota prope Lusitania tectis suis confideret.

IOV. hist.

29.
OSOR.

Ingens & horribilis terræ motus Ferrariæ anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono accidit, qui in spacio quadraginta horarum centies & quadagesies iteratus est, & post duos menses iteratis etiam vicibus erupit: elegantiores domus ac ædificia deiecit vel perrexit: horum casu & ruina plurimi mortales è medio sublati sunt. Iactura bonorum supra quater decies centena millia auroreorum nummum æstimata.

P. BIZAZ
RVS.DE PRODIGIOSA
FAME.

*C*M multis modis Deus iram suam in terram effundat, nullus gravior censetur, quam cum dira fames miseris mortales opprimit. Quid enim atrocius contingere potest, quam cum terra animantium omnium mater omne prorsus nutrimentum hominibus denegat? prodigiosas autem fames fatales esse scelerum penas ex eo facile perspicitur, quod diversis temporibus

*per eas regiones grassatae sunt, quae felici ubertate
& largo fructuum proventu ceteris praestant.*

Gen. 41.
IOSEPH.
antiq.
ZONAR.
an.tom.1.



NTER memorabiles fames nō postrema censenda est illa, quae per septennium Ægyptum & Palæstinam miserabiliter afflixit: cui nisi Ioseph Jacobi filius divinitus admonitus providisset, ferè tota ea gens miserè periisset.

2. Sam. 21.

Tempore etiam Davidis, Iudæorum regis insignis fames per triennium duravit, quae morte septem hominum à Saulis familia expiata est.

2. Reg. 6.
IOSEPH.
antiq. 9.
ZONAR.
an.to.1.
NAVCL.

Samaria à Benadado rege Syriae obsessa tam gravem famem passa est, ut caput asini octingentis argenteis venderetur, & quarta pars mensurae fimi columbini quinque. Mulieres quaedam tanta inedia pressae fuere, ut proprios infantes mactaverint, & coctos devorarint.

HALYC.
lib.1.

Quo tempore res Pelasgorum in Italia florabant, sterilitas maximam famem atrulit: fructus arborum priusquam maturescerent, decidebant, nec statis temporum vicibus fegetes ad frugem perveniebant, nec satis pabuli pecoribus terra producebat. Fontes quoque ne quid summis malis deesset, aut vitium contrahebant aut arescebant. mulierum foetus ac pecorum abortivi edebantur, aut in partu interibant, nonnunquam cum foetarum & puerperarum pernicie.

Tan-

Tanta fuit fames Athenis, cum à Sylla obsidebantur, ut tritici medimnus mille drachmis venierit, qui emere non poterant, nascenti circa arcem gramina instar pecudum depascebatur, jumentis omnibus absumptis coria, burfasque decoquebant, & calceos, eisque suaviter vescebantur: nonnulli etiam excrementa comedebant, & humana cadavera.

PLVT. in
Syll.

Dictatore Quintio Cincinato tanta fames Romam oppressit, ut quidam inedia non ferentes in flumen se precipitarint.

ZONAR.
an.tom.1.
NAVCL.

Tanta fuit Perusii fames, cum ab Augusto obsidebatur, ut servorum multitudo ingens pabulum & ramenta ederint, & com meatu tali deficiente miserabiliter interierint.

APPI. b.
civ. lib. 5.

Temporibus Claudii Cæsaris tanta fames totam Syriam & Palæstinam adflixit, ut multa hominum millia tabe consumpta fuerint.

IOSEPH.
antiq. 18.

Hierosolymis à Tito Vespasiani filio obsessis, tam dira & atrox fames fuit, ut modius frumenti talento venierit. Ad id necessitatis quidam fuere compulsi, ut cloacas rimarentur, boumque veterem finum alimentum haberent. Cingula, calceos coriaque scutis detracta mandebant, & foeni veteris laceramentum, cujus exiguum pondus nonnulli quatuor Atticis drachmis emerunt. Mensa nusquam apponebatur, sed incoctum subtrahentes igni cibum quisque diripiebat. Vxores viris, filii paren-

Ee 3

tibus, & matres ex liberorum faucibus eripiebant. plena erant tecta mulieribus exanimatis atque infantibus, viarum angustiarum senibus mortuis. Adolescentes ac juvenes turgidi velut mortuorum umbræ per fora & plateas versabantur. Maria Eleazari filia genere ac divitiis nobilis, fame in furorem versa filium occidit, coctumque medium comedit, reliquum servavit, & sicariis adventibus edendum proposuit, quem tamen cibum abhorruere. Nobiles quidam, qui ad Romanos profugerunt, Tito renunciarunt: mortuorum egenorum sexcenta millia portis ejecta, aliorum verò numerum certum non posse comprehendere.

IOSEPH.
bell. Iud.
lib. 6.

ZONAR.
an. tom. 1.

SAB. en.
7. lib. 4.

ZONAR.
an. to. 2.

In obsidione Byzantii per Severum obsessi ad tantam inopiam redacti sunt, qui in præsidio erant, ut omnibus cibariis usitatis absumptis coria macerata comederint: quæ cum deficerent, carnibus vescentes humanis alii alios devorarunt.

Cum Belisarius contra Gotthos bellum gereret, & soluta Romæ obsidione Verbetanani obsideret, in agro Piceno ad quinquaginta millia fame periire, longè amplior etiam numerus extra Ionicum sinum. Tunc temporis duæ scæminæ septendecim viros peregrinos diversis temporum spatiis ad se divertentes interfecere, eorum carnibus in ediam tolerantibus: decimus octavus, qui ad eas diverterat, à somno subito excitatus, eum jamjam mactandus esset, conversus in

sc.

sceleris authores poena utramque obtruncat. PROCO. Cum Roma obsidebatur, tanta per universam Italiam, sed in Liguria maximè fames grassata est, ut pleræque matres infœlicium P. DIAC. natorum artus devorarent. *de reb. gest. Rom.*

Regnante in Africa Honorico Vandalo suborta est incredibilis fames. nullo dente imbre terra lurida, & sine succo, redita nihil producebat: ideo non solum homines, sed & jumenta passim interibant. Superstites sepulturam quærebant, alii per campos aberrantes, alii sylvarum abditissimas petentes radices arborum, vel quisquillas avidissimè arrodebant. Viæ & semitæ cadaveribus repletæ, factor tantus cadaverum, ut accedentes necaret: neque enim sufficiebant, qui mortuos sepelirent invalescente indies fame. NAVCL.

Anno trecentesimo duodecimo supra millesimum in regnis Bohemiæ & Poloniæ fames atrociter sæviit, & dietim aucta, tres annos integros duravit. parentes filios, & filii parentes, ut famem abigerent, occidebant. nonnulli cadavera, quæ in patibulis pendebant, rapiebant, quibus vescabantur. Pervasit quoque hoc malum ad beluas. Adeo enim fame efferati fuere lupi, ut in obvios quosque insilirent, eosque immaniter devorarent.



Quamvis immutabili fati decreto omnibus hominibus semel mori constitutum sit, nec ullus reperiat, qui perpetuam sibi vitam spondere possit: Dei tamen ultionem agnoscere debemus, cum seiva peste terras desolatatas & vastatas esse videmus. Frequentibus enim incolis civitates repleti, & familias numerosa prole augeri, singulare Dei beneficium est, ac multis promissionibus confirmatum. Illa verò magnæ hominum strages populosas civitates & gentes admonet, ne propter innumeram populi multitudinem superbiant, cum in eos numinis ira seiviente, ad exiguum numerum & brevissimo quidem tempore redigi possint.



THUCY.
lib. 2.

SECUNDO belli Peloponnesiaci anno inusitata lues Athenis & in vicinia grassari cepit, quæ corpora inflammata sic urebat, ut membra putrefacta à corpore avulsa deciderent: in aliis capita, aliis brachia, aliis pedes: & accedebant furores, quibus correpti alii sese in puteos præcipites conjiciebant, alii aliis modis se perimebant: & in iis qui à morbo revalescebant, extinguebatur memoria.

HALYC.
lib. 7.

Volsco temporibus Coriolani tam dira pestilentia invasit, ut nulli nec ætati nec sexui parcens, integras passim familias absumeret. Inter alias urbes Velitræ urbs magna & populosa, sic tum exhausta fuit, ut vix decima

cima pars incolarum superstes remanserit.

*Durante Romanorum bello adversus Aequos, L. Ebutio P. Servilio Prisco consulibus, pestis atrocissima Romæ sæviit, quæ primum equorum bouumque armenta invalit, mox caprarum oviumque greges aggressa penè totum quadrupedum genus absumpsit. dein ad homines lues transiit, ita coactis passim cadaveribus, ut numerus iniri non potuerit. Primò plaustris cadavera extra urbem exportabantur, deinde vilissimi & abjecti in profluentem Tyberim insepulti jaciebantur: senatorum quarta pars interiit, & in iis ambo consules: Tribuni ferè omnes. **POLYB.** cœpit ea lues circiter calendas Septembres, **lib. 9** & integrum annum duravit, nec ætati, nec sexui parcens.*

*Anno CCLX. post Urbem conditam tam atrox pestilentia exarsit, ut ambo consules cum maxima exercitus parte consumpti fuerint, & plebis maxima pars. **TRECEN-**tesimo octuagesimo quarto non minus sæva **lib. 2. & 3.** oboritur, quæ promiscuè cujusque sexus ætatisque homines per biennium tabe confecit, ut etiam quos in mortem non egerat, turpi macie afflictos dimiserit.*

*Cum Pyrrhus in Sicilia bellum gereret, gravis etiam pestis urbem Romam ac ejus fines invasit, quæ omnes ferè mulieres pecudesque gravidas corripiebat, necatis in utero foetibus. Sub Vespasiano tam ingens **EVSEB.** lues in urbe grassata est, ut per multos dies **in chron.***

in ephemeridem ad decē millia mortuorum referrentur.

Imperantibus M. Antonino philosopho & Ælio Vero, Babylone in templo Apollinis arcula quædam aurea fuit: in quam cum miles quidam fortè incidisset, eamque aperuisset, spiritus pestilens exiit, qui Parthos primùm, deinde contiguas provincias, & sensim rependo orbem ferè omnem suo veneno infecit: tantaque ejus pestilentia vis fuit, ut tertiam ferè hominum partem absumpserit. Ita Italiam vastavit, ut passim vilæ, agri atque oppida, sine cultore atque habitatore deserta in ruinas sylvasque concesserint, & ferè omnes copię militares languore defecerint. Sub Decio provincias multas vastavit, maximè Alexandriam & Ægyptum.

IVL. Cap.
EUSEB.
in chron.
OROS.
lib. 7
EVTRO.

Imperante Gallo pestis ab Æthiopia ortum sumens, omnes Romani imperii provincias ab oriente in occidentem atrocissimè vexavit. Cum omne propemodum hominum & pecudum neci dedit, tum etiam lacus corrupit, & pabula tabe infecit, quæ per quindecim annos duravit.

OROS.
lib. 7.
ZONAR.
2.

Anno vigesimo quinto supra mille & centum atrox lues, quæ infensissimam famem sequuta est, tantam hominum stragem per universas penè provincias edidit, ut tertia pars populi occubuisse diceretur.

ABB. V. p.

Mauritio imperatore regnante pestis in guinaria adeò immaniter grassata est, ut intra

tra paucos dies innumera hominum multitudo interierit. oscitando aut sternutando nihil doloris præsentientes, spiritum emittebant. In una hora cum multi simul ad sup-

NAVCL.

plicationes agendas Romæ convenissent, octuaginta millia interièrè.

Temporibus Ludovici Bavari imperatoris ingens pestilentia vis in Europa defeviit, quæ quamplurimas urbes, insulas & monasteria devastavit, & in Italia aliquanto tempore propter ejus sævitiam jus redditum non est.

NAVCL.

Circa tertium Genuensium cum Venetis bellum gravis & admodum atrox pestilentia orta est. Initium primùm habuit in Scythia, dein circa Pontici maris oram & Hellespontum grassata est. postea totum ferè occidentem infestavit. Ad prima grassantis morbi signa glandulæ quædam circa inguina oriebantur, quas ingens æstus grave doque capitis cum oblivione rerum omnium sequebantur, tam impotenter in miseros mortales sævientes, ut intra triduum expi-

SABEL.

dec. 2. lib. 1.

rarent. ex omni autem languentium numero vix centesimus morti subductus revalluit.

Quo tempore Galli Lotrechio duce Neapolim obsidebant, pestilentis morbi lues per omnes Italiae regiones diffusa, tertiam ferè mortalium partem absumpsit.

26.

444 DE PRÆSAG. ET MIRAC.
DE MVLTAE PROLIS
PARENTIBVS.

ET SI cuius à natura datum est liberos progignere, & nihil magnum aut eximium videtur habere, quòd omnes facillè præstare possint: tamen cum ea quæ communem naturæ cursum & ordinem transcendunt, mirabilia videri soleant: & prodigiosa, quæ insolita. De multæ prolis parentibus rara quædam exempla hoc titulo subijcere lubuit, quæ à variis authoribus tanquam insignia & memorabilia traduntur.

ZONAR.
an. Tom. I.



MAMECH, qui primus polygamiam invenisse dicitur, ita procreandis liberis operam dedit, ut ex duabus uxoribus, quas simul habuit, septuaginta septem filios suscepit.

Jud. 8. & 12

Gedeon, qui & Ierobaal nominatus est, septuaginta & unum filios è variis uxoribus suscepit. Abesam triginta filios, & totidem filias genuit.

2. Reg. cap.

4.

ZONAR.

an. T. d. I.

IVSTIN.

lib. 10.

Numerosa etiam prolis pater fuit Achab Samariæ rex. septuaginta enim & unum filios progenuit, qui omnes parentum scelus luentes, à Iehu fuere trucidati.

Artaxerxi Persarum regi ex pellicibus centum & quindecim nati sunt liberi, tres præterea ex legitima uxore.

Hierotyimus Arabum rex numerosa pro-

LIBER VI. 445

le fortunatus, & in ea re omnes suæ ætatis & IVSTIN. priorum seculorum homines superavit: sex: lib. 39. centos enim filios ex variis pellicibus suscepisse memoria proditum. SABEL. en. 6. lib. 3.

Scylurus rex Tartarorum moriens, octoginta liberos masculos superstites reliquit. PLVT. de nimia loq.

Gordianus secundus concubinas viginti duas habuisse fertur, & ex singulis ternos aut quaternos filios suscepit. IVL. Capi. VOLAT.

Embracius Britannæ rex, Bruti, qui primus ibi regnavit abnepos, viginti quinque filios genuit, & triginta filias. NAVCL.

In Porne insula non longè à Moluccis rex fuit, cum Magabanes eò cum sua classe pervenit, qui sexcentos filios habuit. MAXIM. Transyl.

Rex provinciæ Crambe, cum Marcus Paulus Venerus eò profectus est, habebat trecentos & viginti sex filios & filias, quorum jam centum & quinquaginta arma ferre poterant. M.P. VE. lib. 3.

DE PRODIGIOSIS

HELLVONIBVS.



Dacium & belluonum rara quædam exempla, quæ à diversis scriptoribus recitantur, hoc memorabile in se habent, quòd nativum calorè tam insignè et singularem naturam raro quodam privilegio illis tribuerit: ut quod alij nulla vi concoquere possunt, ij facillimè & sine ullo salutis dispendio in corporis alimentum

convertunt. hoc insuper considerandum proponunt, quosdam homines esse, quibus vita oneri est, quod labore victum sibi parare non possint: apud principes tamen & magnates, qui inexhaustas habent opes, victum illis abundè parari. tam provida & benigna erga omnia natura est, ut nihil eorum quæ procreavit, alimento destitutum esse patiatur.

ATHEN.
lib.10.



HERCVLES contendens cum Læpreo, uter citius laurum ederet, tam egregiè in eo certamine se gessit, ut victor cum multorum applausu discesserit.

Idem ibid.

Tantæ voracitatis Theagenes Thasius athleta fuit, ut in uno die solus sine ullo adjuvamento integrum bovem exederit.

Idem ibid.

Milo Crotoniæ insignis etiam helluo fuit. minas enim carniū viginti in die, totidemque panum comedere, & tres choas vini bibere solitus erat. In Olympicis certaminibus quum quadrimum bovem supra humeros assumpsisset, per stadiumque circumtulisset: solus eodem die totum comedit.

XENOP.
de expedit.
Cyr.

Arcas quidam, cui nomen Aristus, recta in cœna trium chœnicum panes, præter carnes & alia obsonia edere solitus erat, quæ abundè sex viris in cœna, vel prandio satis fuissent.

ATHEN.
lib.10.

Altydamas Milesius, qui ter vicit Olympia, ab Ariobarzane Persa ad cœnam fortè vocatus cum venisset: pollicitus est, se, quæ omnibus parata essent, solum esurum, quod fecit

fecit solus, quæ novem viris apposita erant, comedit.

Herodotus tibicen Megarensis sex panis semodios uno die edere solitus erat, & carniū qualecumque inveniret, libras viginti, duos vini congios bibebat. ATHEN. lib.10.

Cambletes Lydorum rex cum voracitate crudelitatem insignem conjunxit. una etenim nocte quum suam uxorem dilaniasset, Idem ibid. totam comedit.

Mortuo Calano Indo philosopho, ex æliano quia ejus celebrans Alexander, musicum de var. hist. certamen & palæstram, & ob Indos vini studiosos meri certamen instituit, in quo primum præmium erat talentum, secundum minæ triginta, tertium decem. qui plurimum bibendo vicit, Promachus Macedo meri quatuor choas hausit, propterea ab Alexandro talenti corona donatus est. PLVT. in Alex. SABELL.

Diotimus Atheniensis Chone, id est, Infundibulum est cognominatus, quoniam eo appposito ori sine interspirio vinum infusum absorbebat. ÆLIAN. de var. hist. 2.

Novellus Mediolanensis ad proconsulatum usque promotus, ob tres vini congios uno haustu epotos spectante Tiberio principe, Tricongius cognominatus est. ATHE. 10. PLIN. lib. 14. BVD. de ass. 5.

Cicero Marci filius binos congios simul hausit solitus: Torquatus tres congios. Tranquillus meminit de vno, qui in vno convivio vini amphorâ, quæ octo congios, id est, duo de quadraginta sextarios cõtinet hausit. PLIN. lib. 14. BVD. de ass. 5.

Firmus vnus ex triginta Tyrannis, sub Ga-
lieno, cum quidam de numero vexillariorū
notissimus potator, nomine Barburus, ad
bibendum provocasset: fitulas duas mero
plenas ebibit, struthiocamelum vno die co-
medit.

VOPISC.
SAB. en.
7. lib. 8.

Fuit Neronis tempore quidam Ægyptius
polyphagus, qui crudas carnes & quicquid
dabatur, sine discrimine & modo devorabat.

SVETO.

Aureliani temporibus phago quidam fuit,
quo ille vehementer delectabatur, qui tantæ
fuit voracitatis, vt in vno die ante mensam
ipfius Aureliani aprum integrum, centum
panes, veruecem & porcellum comederit: bi-
berit autem infundibulo ori admoto plus
horca.

VOPIS.
SAB. en.
7. lib. 7.

IVL. Capi-
SABELL.
en. 7. lib. 6.

Maximinus imperator bibisse sæpe in die
fertur capitulinam amphoram. constat eti-
am eum ad quadraginta carnis libras come-
disse.

IVL. Capi.

Albinus itidem imperator quingentos fi-
cus, centum persica Campana, melones ho-
stienses decem, uvarum pondo viginti, ficu-
dulas centum, & ostrea quadringenta in vno
die exedisse fertur.

Camatherus Logotheta apud Manuelem
Commenū imp. in delicijs fuit gulosissimus,
& bibulorum princeps: qui cum vinū avidis-
simè & copiosissimè ingurgitaret, tamen nul-
lum in eo signum ebrietatis apparebat: sed
quò largius bibebat, eò prudentius & confi-
deratius lequebatur. semel ingentem por-
phyre-

phyreticam patinam, quæ ad duas choas ca-
piebat, instar bovis inclinatæ exhausta aqua
repletam, semel tantum recepto inter potan-
dum spiritu, inspectante ipso Manuele, à quo
ingens præmiū ex stipulatione accepit.

NICET.
lib. 3.

Vguccio Fagiolanus Pisanorum & Lucen-
sum tyrannus, quaternos aures capos toti-
demq; perdices affos, item hœdi clunes & eli-
xum vitulæ infarctum pectus præter balsamē
ta recta in cœna exedere solitus erat.

Io v. slog. i

DE IIS QUI EX INFI-
MO LOCO AD SVBLI-
MES DIGNITATES
sunt euecti.

QUæ hic in terris aguntur, numinis impe-
rio vniversa subiaccere vel hinc manifestū,
quòd potentes principes, & multis genti-
bus iura dantes è sublimi rerum fastigio
imperiosè deturbat, & nullius pensi homines ad sum-
mos honores dignitatesq; amplissimas prodigiōsa &
stupenda felicitate promovet. Hæc admiranda supre-
mi rerum moderatoris facta de duobus potissimum
nos admonent. Principes scilicet & dominos ob im-
mensas opes nimiamve potentiam insolescere non de-
bere, cum in incerta & instabili sede collocati sint:
& infimæ sortis homines, quos magnus animus ad
preclarè audendum sollicitat, spem nequaquam
abijcere. Nam fata vocant, nulla homi-
num vis potest obistere.

Ff



Abdoluminus tenuissimæ fortunæ homo, qui puteos exhaurire, hor totque irrigare solitus erat, ab Alexandro Magno rex effectus; ipretis nobilibus, ne generis non dantis beneficium putaretur.

IVSTIN.
lib. II.
Q. CVR.
lib. 4.

Agathocles patre figulo natus, ex gregario milite factus centurio, ac deinceps tribunus militum. Postea in demortui ducis locum suffectus, apud Murgantinos primò prætor, mox dux creatur: post cum Syracusanis conciliatus eorum prætor constituitur.

IVSTIN.
lib. 22.

Ptolemæus primus humili atque obscuro loco natus, nempe Lago Alexandri satellite, ex gregario milite ad militiæ summos honores est euectus, & tandem rex Ægypti factus.

AVGVS.
de civ. li. 18.

Hieron matre ancilla natus, & patrio genere ignobilis, toti penè Siciliæ imperavit, Romanorum socius & amicus appellatus.

ZONAR.
an. Tom. 2.

Servius Tullius patre incerto, matre serva natus, ingenio & virtute regnum apud Romanos tenuit.

LIV. dec. I.
lib. 3.

Sylla haud amplo patrimonio educatus ab adolescentia, penes alios habitans, non grandem pecuniam pro domicilio solvebat, sicut illi obiectum est: Quo nam modo vir bonus esse potes, qui cum tibi à patre nullum domicilium relictum sit, tot ac tanta possideas? Post multos per gradus in militia honores summum in Romanos imperium tandem adeptus est.

PLVT. in
Syl.

Vespasianus obscure quidem natus, sed vir

vir militari virtute præcipuus, & optimis comparandus in Germania & in Britannia multa præclara ædidi facinora. Inde imperator à suis delectus in imperio moderatè se gessit, & ad suos hæredes imperium transtulit.

ABB. 7. 1/2.

Probus imperator patre genitus rustico, hortorum cultore, gloria militari ad administrationem publicam accessit, vir acer & strenuus, & æqui tenax.

IDEM.

Narses è Perside conditione servus & eunuchus inter delicias muliebres nutritus, in regia pretiosiori demum gazæ fidelis custos præpositus, è tanta ereptæ virilitatis calamitate vnicus propè cum virtute, tum fortuna imperator extitit.

IOV. elog. 1.

Iustinus Thrax utroque parente ignobilis, à teneris annis suum custos, deinde boum, post lignarii cuiusdam minister anno ætatis sedecimo militare cœpit, promptus manu & strenuus, è milite princeps ordinis factus: hinc ad comitis officium promotus, deinde Imperator est designatus.

ZONAR.
an. tom. 3.

POMPO.
Lætus.

NAVCL.

Ottomannus obscuro loco natus, nempe parentibus agrariis virtute ac calliditate singulari magnam Bithyniæ partem subegit, opidaque ad Euxinum posita multa cœpit, magnam potentiam adeptus, filio Orcani reliquit.

BAPT. Ep.
gnat.

Chingius Cham primus Tartarorum imperator, è fabro ferrario ad dignitatè regiam

HAIT. de
Tart.

evectus, cœlesti visione, ut eam capefferet, admonitus, quæ principibus illi non creditibus postea fuit etiam manifestata.

IOV. *elog. 2.*

Tamerlanes Scytharum imperator, orbis terror & clades Orientis appellatus, ex humili militiæ loco per omnes honorum gradus ad eximiam bellicę virtutis opinionem, & denique ad summum imperium ascendit.

SABELL.

Thomas Sarzanius calcearii filius, eodem anno Episcopus, cardinalis & pontifex maximus creatus est, qui Nicolai Quinti nomen in auguratione desumpsit.

Gartamelata ignobili patre genitus, utpote qui furnariam exercebat, per omnes militiæ gradus naviter ascendens, clarissimus bello evasit. varia vagaque stipendia apud diversos principes merens, egregiam cauti ducis opinionem adeptus est, quo nomine Venetis mirè commendatus est expetitisque: quibus maximè placebant, qui prudentius quàm audacius arma tractabât. His conciliatus moribus imperii militaris decus apud ipsos tulit: & postquam è vita sublatus est, ænea equestri statua honestatus, quæ militare sceptrum tenebat.

IOVIVS
elog. 2.

Hariadenus Barbarussa ex humili pirata, qui divendita cum fratre Horrucio paterna hæreditate, biremem prædatoriam emerat, ad regium fastigium Algerii evectus est, & à Solymano Turcarū imperatore totius classis præfectus constitutus.

IOVIVS
elog. 6.

Muleamethes Scyriffus mercatoris filius,
ex

ex pædagogo potentissimus rex Mauritanie factus, non solum Africę regulis, sed & Christianis principibus maximè formidabilis. In tantam enim potentiam evectus, ut octoginta millia equitum, & viginti millia peditum cum maximo tormentorum apparatus in aciem produceret.

IOVIVS
elog. 7.

DE EXIMIIS MATRONIS ET FAMOSIS MULIERIBVS. LIBER SEPTIMVS.



VM sapientiæ supremæ & immensæ potentia Deus, quæ in mundo sunt universa optimo & exacto consilio gubernet, nequam deteriora vult præstantioribus imperare, neque validiora imbellium potestati subjacere: sed indigniores nobilioribus, & qui imbecillis sunt ingenii, sapientiorum administrationi subjicit, quod præcellentia quæque à divina luce magis sunt illustrata. Ita

que viros, quorum maiores sunt vires ac mens acutior, Resp. moderari, & civilia bellicaque negotia tractare voluit, foeminas parere viris, & a publicis muneribus esse immunes. Quod si quando contigerit eas cum populorum commodo foeliciter bella confecisse, & consilia apte terminasse: eximium & insigne opus a benignitate numinis profectum agnoscendum est, quae deficiente in viris prudentia, & languescentibus viribus rerum publicam curam foeminis commisit, ne communis hominum societas, quae ipsi semper chara fuit, rectorum ignavia turpiter dissolveretur: simulque ut virorum foecordiam extimularet, ut quos officij ratio compellere non potuit, pudor excitaret, cum se ab illis regi viderent, quas natura ipsorum dominio subjecit.

DE

LIBER VII 455
DE MVLIERIBVS BEL
LICA LAVDE ILLV.
STRIBVS.

Mortitudinem & animi & corporis maiorem viris, quam foeminis cum natura tribuerit: molestias & labores pro tuenda patria & republ. conservanda eos subire aequum est: nec illud onus mulieribus imponere decet, quoniam ad id impares sunt, & profus inepae. Quae igitur in rebus bellicis summorum virorum gloriam adaequarunt, vere heroicae & insigni laude dignae censendae sunt, quod generoso animo egregioq; conatu naturam superare contenderint. Ut itaque tam praecleari meriti res ab ijs qui virtutem amant & illustria facta suspiciunt, grata recordatione celebretur: quaedam exempla de ijs mulieribus proponere hoc titulo lubuit, quae summa cum gloria bellum administrarunt, & res praeclearas ad magnorum ducum emulationem stupenda foelicitate peregerunt.



AMAZONES a Gotthorum prosapia mulieres militari gloria maxime excellere. cum enim virorum imperio se mancipassent, non ignobili otio se dedere, sed fortibus factis gloriae quaesire. Devictis namque virorum magnis exercitibus multos populos sibi subicere: Armeniam, Syriam, Ciliciam, Galatiam, Pisidiam, omniaque Asiae oppida domuerunt, Ioniam & Aeliam subjugarunt,

Ff 4

JORN.
de Getis,
OROS,
lib.1.

per centum annos regnum in Asia tenuerāt. Themystram celeberrimam urbem in ostijs Thermodontis ædificarunt. Inter eas maxime illustres fuere Marpesia, Lampedo, Orithia, Anthiope, Menalippe, Penthesilea, Minothea.

Et si autem Amazones omnium præconijs non immeritò celebrantur, pleniorē tamē laudem assequutæ videntur, quæ inter viros imperium tenuere, quarum facillè prima Semyramis Babylonia iudicatur. illa mortuo Nino marito, prius sexum mētita, quod facillè illi fuit, quia lineamentis corporis filio similima erat, ubi invidiam superatam putat, quæ sit, quæve simulasset fatetur: nec hoc illi dignitatem ademit, sed admirationem auxit, quod feminas non modo virtute, sed etiam viros anteeret. Suscepta itaque ingenti ausu in orientem expeditione ultra Indum fluvium penetravit, multasq; ibi condidit vrbes, plurimas gentes debellavit.

IUSTIN.
lib.1.
CVRT.
lib.6.

Debora mulier bellatrix Israelitis cum in signi laude imperavit, quos ab incursionibus plerunque tutata est, quorumque Rempub. & imperium varijs auxit honoribus.

Ind. 4. & 5

Paulo ante Cyri tempora Sacarum regina fuit, nomine Tarina, bellorum appetens, pulchritudine, consilio, prudentiaque insignis: quæ propinquas gentes barbaras, proceres & superbas, Sacis tunc dominantes debellavit, maioremq; eius regionis partem ad mitiorem vitam traduxit: multas insuper

con.

condidit civitates, quas optimis institutis & legibus reddidit felices.

DIOD.
Sic. lib. 3.

Artemisia Lygdamis filia, paternum genus ex Halicarnasse, maternum ex Creta ducens, Halicarnasseis, Cois, Nyfiriis, Calidoniis imperans, nulla necessitate coacta, sed animi præstantia in auxilium Xerxi adversus Græcos profecta: in pugna navali apud Salaminem tanta audacia ac dexteritate inter primores duces prælium ciere visa est, ut eam Xerxes imperator, qui ad conspiciendam pugnam eò advenerat, omnibus viris præponeret. Nec in minori æstimatione apud hostes fuit. Siquidem eam Athenienses adeo reformidarunt, ut ei qui vivam caperet, decem millia drachmarum in præmium proposuerint. In eo autem conflictu adeo fortiter & strenuè se gessit, ut licet Persarum classis sædè dissipata & devicta fuerit, è media tamen clade nequicquam persequentibus hostibus incolumis evaserit.

HEROD.
lib. 7. & 8.
IUSTIN.
lib. 2.
ZONAR.
an. to. 1.
NAVL.
RAVIS.

Cum Cleomenes Spartanorum rex supra septem millia Argivorum acie trucidasset, cōfestim ad occupandam civitatem, quod defensoribus vacuam se inventurum putabat, & clade suorum perterritam cum omnibus copiis suis contendit. At mulieres ingenti animo civitatem tueri decrevere: & duce Telestide celeriter assumptis armis civitatis mœnia complevere, ubi adeo fortiter se gessere, ut Cleomenem sæpius oppugnationem iterantem cum maxima clade repulerint, &

Ff 5

PLV R. *de alterum regem Demaratum, qui jam parte clariss. mu- civitatis potitus erat, extra moenia ejecerint. lier.*

Bondicea Prasintagi Britanni uxor, cum à ceturionibus Romanis, qui cū Suetonio Neronis præfecto erāt, verberib. indignè affecta fuisset: filie ipsius contumeliosè stupratæ, & primarii viri avitis bonis spoliati, in vindictâ exacerbata omnes continuo arma capere jubet, & iis ingeti animo se ducē præbet, quovis labores & pericula pro recuperâda liberate, & durissimo jugo excutiendo subire parata. Itaq; Romanorū præsidium magna vi ad oritur, & expugnat, legionem adventantem fundit, fuga equitibus elapsis pedites ad unum omnes interficit, ad septuaginta civium Romanorum & sociorum millia variis in pugnis trucidat: tantumque ejus auctoritas valuit, ut Britannorum supra octoginta millia unis in castris habuerit.

Zenobia Palmyrenorum regina, post Odenatum maritum nomine filiorum Herenniani & Timolei imperavit, tanto apud Orientales & Ægyptios terrori, ut se non Arabes, non Saraceni, non Armenii commoverint ea regnante. Plurima bella contra Persas foeliciter confecit: sed Romanorum vires experiri ausa, fortuna mutata est. vix autem ab Aureliano imperatore devicta, & astu magis quam viribus.

Victorina, quæ Colonia Agrippinæ sedem habuit, in re militari tantum excelluit, ut mater castrorum dicta fuerit: tanta etiam apud

TACIT.
lib. 14.

TREB.
Pollio.
RAVIS.

apud milites ipsius auctoritas valuit, ut Victorinum filium Imperatorem summo eorum consensu creaverit, & post eum Tetrum summum ducem.

Mamia Saracenorum regina, rebus præclare bello gestis admodum etiam celebris fuit. ea enim rem Romanam sub Valentiani & Valentis imperiis frequentibus præliis attrivit, Arabiæ Palæstinæque finibus maxime infesta.

Valasca Bohemorum regina, facta cum cæteris mulieribus conjuratione de excutiendo virorum principatu, copiarum ductrix bellum movit, interfectisque viris foeminas omnes libertati asseruit, adeo ut ipsius opera Amazonum instar multos annos sine viris regnarint.

Ioanna Lotharinga duodeviginti circiter annos nata, sub patre oves pascere solita, desperatis Gallorum rebus, cum ab Anglis accerrimè sub Henrico sexto premerentur, commodè adfuit, & ad recuperandum amissum decus eos efficaciter accendit. accepto siquidem à rege exercitu, Aurelianensibus arctissimè obsessis, intromisso comiteatu opportunè opem tulit, mox obsidionem variis præliis prosperè editis solvit: regem Rhemos, ut ibi de more sacro chrismate inungeretur, regni que insignia susciperet, deduxit, variaque oppida de Anglis modico temporis spacio recepit: & demum belli fortunam, quæ eousque Francis infesta fuerat, mutavit.

TREB.
Pollio.

SABEL.
en. 7. lib. 8.

ÆN. Sylv.
NAVCL.
VOLAT.

ÆMYL.
lib. 10.

IOVIVS
in descript.
Brit.

RAVIS.

Lemnum Turcica classe oppugnante Coccinus, vir egregiè fortis in aditu portæ dimicans occubuit: illicò Marulla ipsius filia, ferocissima virgo, patrem cadentem conspiciata, properè adcurrit, illiusque jacentis scuto enseque arrepto, barbaros irrupentes portam tantisper sustinuit, donec aliquot viri auxilio supervenirent, tum interventu fuorum adaucta fiducia & multiplicatis viribus gradum inferens, hostes ad naves usque cum maxima cæde rejecit.

SAB. dec.
3. lib. 10.

Cùm Brixia à Picinnino Philippi vicecomitis duce oppugnaretur, in ea defendenda non minus fœminarum, quàm virorum opera enituit: quæ in centurias decuriasque distributæ graviter & sedulò in repellendo hoste desudarunt: in quibus Braida Advocatæ gentis matrona tam præstantia animi, quàm domestica nobilitate illustris, apprimè celebris & spectatæ virtutis apparuit.

SAB. dec.
3. lib. 3.

Anno septuagesimo primo supra mille & quingentos cùm Corcyra Melæna Adriatici maris insula à Turcis oppugnaretur, ac ejus præfectus Antonius Contarenus metu correptus, oppidum deseruisset, oppidanique præfecti fuga cognita consilii inopes Epidaurum versus aufugissent: viginti quinque viri & octoginta mulieres tantùm in oppido remansère. Hæ virili audacia & incredibili animorum fortitudine præditæ, viros rum habitum atque arma induerunt, & mœnia contra hostes defendenda susceperunt.

Classè

Classè itaque adnota mœnibus Turcæ acerrimam oppugnationem instituunt, teterrimam necem propugnatoribus, nisi properè se dederent, denunciantes. At mulieres nec minis nec periculi denunciatione perterritæ, armis, lapidibus, tædisque ac facibus eos fortiter ac strenuè summoverunt. In medio autem certamine neutro adhuc victoria inclinante, subita in mari tempestas exorta est, quæ oppugnantes Turcas ab oppugnatione ad naves periclitantes revocavit. Ita mulierum egregia virtus cœlesti numine adjuncta oppidum à viris timidè desertum cum insigni laude conservavit.

PET. Biazarus de bel. Cyprio lib. 2.

DE MULIERIBVS QVAE REMPVBL. ADMINISTRATIONE NISTRARVNT.

Rerum urbanarum administratione non minus arduam esse, nec difficilem, quàm bellicarum, Themistocles & Marius, a liisq; bello illustres viri nonnulli ostendunt, qui in militaribus negociis prudenter & feliciter se gessere. In civilibus vero miserrimi & infortunati extiterunt. Qui itaque domi Reipubl. rectè præsumunt, cum maximum & grave onus subeant, in precio æquè apud omnes debent esse, quàm qui magnos exercitus bene regunt. Quae de causa non minorem laudem assequuntur videntur mulieres, quæ in gubernanda præclaris institutis & legibus Reipub.

labores & molestias sustinuerunt, quam quæ bellis pericula in debellandis hostibus subierunt: & ideo meritiò inter illustres feminas recensendæ, quæ solæ vel viris filiisque adiunctæ, ad clavum Reipub. utiliter sederunt.



ALXANDRA Palæstinæ, regis Alexandri uxor, post fata mariti principatum arripuit: Hircanum filium natu maximum pontificem & regem constituit, Aristobalum minimum natu, quod instabilis & ferventioris ingenii esset, privatum esse voluit: quia subditis bene consultum esse volebat. Augendis copiis ad tuendum regnum semper intenta, duplicem confluxit exercitum, validaque mercenaria paravit arma, quibus non modo suæ gentis statum roboravit, sed etiam exteris se metuendam reddidit. Ita cum sua insigni gloria, populi que commodo novem annis regnum à marito sibi relictum feliciter administravit.

IOSEPH.
antiq. 18.

Sesostris rex Ægypti, filiam habuit Athyrtiam nomine, cujus tanta fuit prudentia, tamque excellens ingenium, ut ipse illius consilio regeretur, ejusque suafu tam gloriosas expeditiones suscepisse dicitur, quæ ejus nomen tantum illustrarunt, ut nemo Ægyptius illius laudes adæquarit.

DIOD.
lib. 2.

Fuit Antipatro Macedoniæ regi filia, nomine Philatam, excellenti ingenio, virtutibus

†

teque, ut ipsius consiliis pater in regni gubernatione domi bellique sæpius usus sit: seditiones in castris excitatas solertissimè sedavit, pauperum militum sororibus misericè dotes erogavit: falso accusatos homines cum summa justitiæ laude periculis liberavit.

DIOD.

lib. 4.

MEL.

Chron. 2.

Theodorico Gotthorum rege vita functo, Amalafuntha cum filio Atalarico octenni puero rem Gotthicam prudenter administravit. erga eos quos à marito sine causa offensus noverat, omnem humanitatem exhibebat: erga omnes summa animi moderatione & lenitate usa per octo annorum spacium, quibus regnavit filius. Postea Theodatum regni consortem declaravit, quem cum à rapinis & expilationibus prohibere vellet, ab illo in insulam est relegata: sed libertate privata, regnoque spoliata, gloria exui non potuit.

NAVCL.

Alexandri Severi mater Mammæa, rerum gubernationem cum filio capeffens, præturas demandabat, tributa exigebat, belli pacisque munia administrabat: ipse autem inconsulta matre nihil quicquam molebatur. Ita dignitas filio servabatur, matri curarum & negotiorum moles incumbabat.

ZONAR.

an. tom. 2.

Pulcheria mulier prudentissima imperii administrationem cum Theodosio fratre assumens, plurimum ei adjumento fuit. Plurima etenim illius errata utiliter corri-

ZONAR.
an. 10. 3.

gebat, quæ verò emendare non poterat, prudenter tegebat, ut quam paucissimis conspiciua fierent.

Agnes Henrici quarti imperatoris mater, nomine filii adhuc pueri imperii administrationem suscepit, in qua prudenter per omnia se gessit: sed ob crebras conspirationes tædio affecta, regni gubernacula penitus contemnens, Romam se contulit, contemplationi rerum cælestium addicta.

ABB. Vrs.

Zoe & Theodora duæ sorores Constantinopoli simul imperarunt, quarum gubernatio tam prudenter administrata est, ut sub viris nunquam foelicius vixisse testarentur, qui Byzantino imperio parebant. Principes senatus tribuniq; militares nunquam imperata facere detrectarunt, & populus nullas turbas nec seditiones movit. Zoe nupsit Constantino Monomacho, qui per duodecim annos regnavit, & menses octo. Theodora post sola potita rerum per annum unum & menses novem regnavit, tam foeliciter administrato imperio, ut nullo unquam motus senserit.

ZONAR.
an. 10. 2.
BAPT. E.
gnat.

Ludovici Francorum regis hujus nominis noni, quòd duodecim tantum annorum esset, cù ad regale fastigium evectus est, Blanca mater foemina prudentissima tutelam suscepit: quæ cum videret in eo bonam esse indolem, sed ætatem flexibilem, à nemine adiri patiebarur, nisi cujus mores jam pridem cognitos habuisset. Ipsa interim filii nomine

pru

prudentiissimè regnum administravit: renovatis enim cum exteris principibus foederibus, excitatos in se tumultus & initas conjurationes nullo propè negotio compe-

ÆM VL.
lib. 7

POLYD.
lib. 15.

scuit. Comitissa Mathildis cum Gottifredo marito adeò sapienter Lucam, Parmam, Rhegium & Mantuam, & quicquid patrimonium Petri hodie vocatur, gubernavit, ut maximam laudem ab omnibus assequeretur.

MACHI.
hist. Flor.
lib. 1.

DE MULIERIBVS IMPVDICITIÆ ET IMPVDENTIAE EXTREMÆ.

PRUDENTIAR EXTREMÆ.



*V*erecundia & castimonia precipue dotes atq; ornamenta mulierum sunt, quæ tanti momenti ac ponderis habentur, ut sine his ceteræ virtutes quantumvis eximia & singulares vilescant profus, & nullius pensi aestimantur. Ideo mulieres, quæ harum virtutum oblitæ impudicè & insolenter vivere, velut sexus dedecus perpetua infamia notatæ sunt.



*S*EMIRAMIS libidine ardens, sanguinem sitiens, inter supra & homicidia versata, quos ad coitum acciverat, occidit. filio flagitiosè concepto, impiè exposito, incesti cognito, privatam i-

Gg

OROS.
lib. I.

gnominiam scelere publico obtexit. præcepit enim, ut inter parentes & filios nulla de-
lata reverentia naturæ de conjugiiis adpeten-
dis quodcumque libitum esset liceret.

Inter impudicas mulieres Sapho non pos-
tremum locum habebit, in poesi supra mo-
dum erudita: sed ut ingenio & doctrinæ præ-
cæteris eminebat, ita vitæ infamia nulli se-
cunda. Amatores enim curiosè perquirebat,
summoque studio ambiebat, & furore accen-
sa amoris omne lasciviæ genus dicto facto-
que exercebat.

PLVT. de
orac. Pyth.

Sempronia Romana illi similis fuit, quæ li-
teris Græcis & Latinis docta psallere & salta-
re elegantius, quàm probæ mulieri necesse
est, libidine sic accensa, ut sæpius viros pete-
ret, quàm à viris peteretur.

SALVS.
in Jugurt.

Iulia Augusti filia, nihil quod facere aut
pati turpiter posset, scæmina luxuria & libi-
dine infectum reliquit. magnitudinem for-
tunæ suæ peccâdi libidine metiebat, quic-
quid liberet pro licito judicans. Iussu patris,
qui ejus flagitia ferre non poterat, in insu-
lam relegata, patriæ & parentum subducta
oculis.

VELL.
Paterc.

Fuit Præcia in Sicilia nulli & venustate
formæ & verborum lepore ac comitate ce-
dens, vita tamen impurissimo scorto nequa-
quam præstantior.

PLVT. in
Lucul.

Sabina Poppea cuncta alia habuit præter
honestum animum: quippe mater ejus fœ-
minas ætatis suæ pulchritudinæ supergres-
sa,

sa, gloriam pariter & formam dederat: opes
claritudini generis sufficiebant, sermo blan-
dus & comis: nec absurdum ingenium, mo-
destiam etiam vultu præ se ferebat: fame ta-
men nunquam pepercit maritos ab adulte-
ris non distinguens.

TACIT.
lib. I. 3.

Messalina Claudii imperatoris uxor, faci-
litatè adulterorum in fastidium versa, ad in-
cognitas libidines profluebat: tandem ab-
sente marito cum filio, spectante populo &
senatu nuptias celebravit (maritos enim
complures habere concupivit) ac omnibus
suis amatoribus nupsisset, tabulis conscri-
ptis, nisi in primis nuptiis reprehensa perii-
set. Ad certamen Veneris elegit nobilissi-
mam ex prostitutis ancillam mercenariæ sti-
pis, eamque die ac nocte superavit quinto &
vicesimo concubitu.

TACIT.
lib. M.

PLIN.

lib. 10.

ZONAR.

in. tom. 2.

RAVIS.

Ioanna Neapolis regina, virorum egregio-
rum sine ullo pudore appetens, quos proca-
cibus oculis ad amorem pelliciebat: ita res-
giæ majestatis nomen perpetuis stupris de-
decoravit, ut regno exturbandam Martinus
pontifex & Alfonso Arragonius ab
illa in filium adoptatus sus-
ceperint.

IOVIVS
in vit. Sfor.

468 DE EXIM. ET FAM. MVL.
DE MVLIERIBVS QVAE
MARITOS INTER-
MERE.



Vt tenevius amare, impenseq; colere vi-
ros, laudi ducitur uxoribus: ita illis
probrio maximo datur, si vitæ ipsorum
insidiata fuerint, aut alia internecini
odij signa ostenderit. Cum hoc autē
facinus præ cæteris execrandum cunctis populis vi-
sum sit, malè feriatarum mulierum, quæ immani ra-
bie percitæ maritos nihil hostile ab illis suspicantes
trucidarunt: quædam exempla proponere lubuit,
quibus significatur adversus improbas mulieres nul-
lam diligentiam inutilem esse, sed maximè ab illis
tanquam à diris hostibus cavendum. consultissimum
etiam & tutissimum esse monstratur, suspiciones in-
ter coniuges vel falso conceptas, antequam latius ser-
pant, summo studio & cura consopire, & exortas ri-
xas prudenter componere: ne si diu alantur, in furo-
rem erumpant, & tragicum tandem exitum habeant.



Gandaules Lydorum rex, cum
Gigi sodali suo uxorem, quam
propter pulchritudinem ni-
mium diligebat, nudam de-
monstrasset: eo facto amicum
in adulterium vxoris illectum hostem sibi fe-
cit, & uxorem velut tradito alij amore à se ita
abalienavit, vt illius opera brevi post crude-
liter interfectus sit.

IVS T. I.
HEROD.
lib. 1.

Tullius Hostilius cū duas filias haberet, eas
Tar-

LIBER VII. 469

Tarquiniij nepotibus elocavit Lucio & Arun-
ti huius vxor ambitione dominationis, quod
maritum placidissimis moribus videret, &
res novas nequaquam appetentem, ipsum
interfecit: sororemque per ipsius maritum,
quem elato esse animo, & imperij avidum sci-
ebat, & moribus suis apprimè congruentem,
interficiendam curavit, cui postea nupsit.
Post illas incestas & nefarias nuptias patrē
venerandum senem, regni gubernacula te-
nentem, cum iure suo cedere nollet, è medio
lib. 1. sustulit.

Thebe Alexandri Phærei vxor, quia Iaso-
nis Thessali sororem desponsar e velle dice-
batur, contumeliæ dolore accensa fratres ad
cædem mariti permovet, & quo facilius ad il-
lud facinus perpetrandum impelleret Alex-
andrum, ipsis insidiari persuadere ausa est. De
liberata itaque cum fratribus ipsius nece di-
em totum ipsos inclusos occultavit: vbi autē
illum ebrium profundo somno obdormijse
sensit, accensa lucerna gladium eius extulit,
ne defensionem pararet. Cumque cunctari
fratres, & velut cædem horrere animadver-
teret, excitaturam se dixit hominem, eumq;
in ipsos immissurum, nisi mox promissa e-
xolverent. timentes itaque, ne deprehenſi
conceptę proditionis poenas darent, cubicu-
lum intrarunt: Thebe autem attracta post
se ianua, tandiu pessulum tenuit, donec mari-
tus interfectus esset.

XENOP.

hist. g. et.

6.

VALER.

Max. li. 9.

Cic. Of. 2.

Spitamenes apud Dacas regnans, vxoris

immodico amore cum flagraret, illam fugi-
endo Alexandrum semper habuit comitem.
Ipsa diutinae fugae malis fatigata, identidem
muliebres adhibere blanditias, ut tandem fu-
gam sisteret, victorisque Alexandri clementi-
am expertus placaret, quem effugere non
posset. Ille se prodi ratus, & formae fiducia e-
am cupere quamprimum dedit Alexandro,
uxorem, nisi fratrem eius interventu partim
precibus delinitus fuisset, partim vi prohibi-
tus: sed cum omni prorsus suspicione non
liberaretur, eius consortium & consuetam
familiaritatem vitare decrevit. Illa purgare
se quod quae utilia censebat muliebriter for-
sitam, sed fida tamen mente suasisset, incogi-
tantiae parceret, se velle in posterum in viri
potestate esse. Simulato captus obsequio eam
in gratiam recipit, & convivium, quo se cum
illa exhilararet, apparari iussit: ubi cum libe-
ralius bibisset, semisomnis in cubiculum de-
latus est: quem ut alto & gravi somno sopitum
uxor esse sensit, gladium quem sub veste oc-
cultaverat, stringit, caputque eius abscissum
ferro facinoris conscio comitata ad Macedo-
num castra profecta tanquam munus gratissi-
mum obtulit. Aversatus autem Alexander tam
abominandum facinus castris prope exce-
dere, nisi meritis flagitij immanissimi poe-
nas luere vellent, severissimè iussit.

Ptolemæus Philadelphus cum ab Antio-
cho Syriæ rege bello maximè premeretur:
quo

CVRT.
lib. 8.

quo pacem ab eo impetraret, filiam suam Be-
ronicem in uxorem dedit. Illam Antiochus
quandiu Philadelphus vixit, in maximo ho-
nore habuit: mortuo autem illo Laodiceam FVNCC.
aliquandiu repudiatam reuocavit, quae iniu-
ria acceptae memor, & timens ne pro animi
inconstantia maritus sibi rursus Beronicem
præferret, eum veneno extinxit. in chron.

Septimius civis Romanus, vir senatorius,
cum à Triumviris proscripiendus esset, fugam
conscia uxore meditatus est. Illa verò quae
ab Antonij familiari quodam corrupta fue-
rat, & ex adulterio ad novas nuptias tran-
sire cupiebat, domus fores occlusit, ac tam-
diu tenuit, quoad percussores advenire. APPIAN.
ea denique die quo maritus impia eius frau-
de occisus est, cum adultero nuptias cele-
bravit. bel. civ. li. 4.

Domitia coniunx Domitiani, cum cata-
logum interficiendorum reperisset, in quo
ipsum multorumque libertorum, ac amicorum
nomina inscripta erant, re cum illis delibera-
ta ad maritum ipsum interficiendum liber-
tos adiuvit. ZONAR.
an. to. 3.
MEL.
Chron. 3.

Alboinus Longobardorum rex, Rosmun-
dam Comundi Gepidarum regis à se prælio
caesi filiam cum duxisset in uxorem, & in con-
vivio vino gravior è calva patris bibere coe-
gisset: contumeliam non ferens Amechil-
dem formosissimum & audacissimum juve-
nem in necem viri dormientis nuptiarum
pactione impulit. ABB. Vysp.
EMYL.
lib. 1.

Chilpericus Francorū rex nonus, cū ad venationē profecturus in uxoris cubiculum intrasset, & eam capillum siccantē invenisset; virga quam manu gestabat, leniter ipsius caput per lufum tetigit. Illa non regē, sed Landricum magistrum equitum, cuius consuetudine utebatur, adesse putans, & secum a matoriē colludentem, risu oborto, Melandrice (inquit) frontem vir fortis pete. Sed dum conversa discriminatis capillis virum intuita, attonita reticuit, supra modum dolens quod incautē tectas antea libidines referasset. Ut periculum autem sibi imminens averteret, duos ex sibi fidis percussores paravit, qui eum sera jam nocte à venatione redeuntem immaniter & perfidē confoderunt.

Luchini Vicecomitis Mediolanensis uxor impudica, cum incestu & adulteriis esset viro suspecta, pœnam flagitii à severo marito verita, mixto poculis veneno eum è medio tollendum curavit.

Galeotus Forojulii princeps, Ioannis Benivoli filiam cū in uxorem duxisset, non maritali affectu eam prosequutus: quæ ab illo sperni egrè ferens, simulata ægritudine sicarios subornavit, qui eum adortim in cubiculo immaniter confoderunt.

ÆMYL.
lib. 1.

NAVCL.

IOV. *elog.* 2

VOLAT.

DE

DE PRINCIPIBUS.
LIBER OCTAVVS.

Inimè occultum esse potest, quicquid agunt illustrissimi viri (inquit Xenophon) sed eorum facinora facile innotescunt: proinde ut ipsorum virtus celebris est & conspicua, ad gloriamque ac decus cæteros homines extimulat, ita eorum vitia exitiali contagione serpunt, & quamplurimos in exitium secum trahunt. In iis autem æstimandis non idem vulgi iudicium cōspicitur, nam præclarissima principum virorum facta vix populis usque quaque probata sunt, at minima quæque errata diligenter notantur: sicuti in Simonide Athenienses reprehenderūt, quòd nimis alta voce loqueretur. Lacedæmonii Lycurgum minus æstimarunt, quòd demisso & nimis in terram prono capite incederet. Romani

Scipionem, quòd dormiendo nimis altè sterteret. Pompeio magno etiam vitio datum, quòd vno digito scalperet caput, sic tacito omnium consensu lex lata esse videtur, ut qui dignitate cæteros antecellunt, virtute etiam & prudentia præcellentiores sint, vt ad honestè vivendum potius exemplo inferiores allicere, quàm vilem cogere videantur. Hanc ob causam nò nulli eruditione insignes viri de principum institutione scribere aggressi sunt, quòd illorū vitam probè institutam in cohortando ad virtutē amplectendam plebe maximū momentum habere perspicerēt. Quod autē pleriq; omnes persuasum habēt, felicitatis gubernationis rationem in eo esse positā, si principū mores bene vivēdi exemplar subditis fuerint, & severissimè leges ferocientū animos iniecto metu represserint: & si hoc valet plurimū, tamē in eo nò sunt omnia. adeò enim arduum bene imperādi munus est, ut ad illud obeundum humani ingenij vires nisi cœlitus adiutę pares esse nequeāt. Prę

ci.


cipuæ itaq; partes in tuendis & conservandis imperijs geniorum esse creditur, qui gubernatorum consilia regunt, conatus hostium frangunt, & impendētes clades avertūt. Vt principes autem communē cum genis administrationē habent, ita eū ipsis idem sortiti nomen sunt. nam utriq; principatus & potestates vocantur. Beati itaq; illi vereq; felices, si suam dignitatē rectè perpēdentes, Deo, cuius opus agūt, & vices gerūt, se submiserint, & honorum ac munerum suo nò defuerint. eorū autem dignitatē apud primos Christianos venerabilē & maximè estimatam ex Tertulliano videre est, qui in Apologetico sic scribit: Colimus imperatorem quomodo & nobis licet, & nobis expedit, ut hominē à Deo secundū, solo à Deo minorē. hic enim omnibus maior est, dū solo vero Deo minor est. itaq; & sacrificamus pro salute imperatoris: sed Deo nostro & ipsius quomodo præcepit Deus pura mente. Et ex Iustino, qui imperatorem Antoninum sic affatur: Vestigalia sanè & col-

lationes eis qui à vobis sunt ordinati, exactoribus præ omnibus ubique inferre contendimus, nos solum Deum adoramus, & vobis in rebus aliis læti inseruimus: imperatores ac principes hominum esse profitentes, & simul precantes ut cum imperiali potestate sanam quoque mentem obtinere comperiamini. Cùm verò fide dycessos & sibi infensissimos tam impensè coluerint, non piorum tantùm lenè imperium, sed & immanium tyrannorum jugum ferendum esse scriptis & exemplo docuerunt: sic nobis statuedum, nefandos principum mores obedientiam nostram nequaquam explodere. Etenim quemadmodum filii parentes, quantumvis morosos & truculentos sincero affectu colere & amare debent: ita subditi principes licet æquo se vios revereri. Vt etiam immites patres, & supra modum austeros, nec aspernari nec rejicere licet: sic contra atroces & iniquos magistratus nihil est moliendum, sed eorum sævitiam atq; durum imperium æquo

æquo animo ferre decet, qui Christianos se esse norunt: quamcunque etiam irrogaverint pœnam, tanquam à manu Domini illatam, alacriter perferre. & Deus ipse, qui regum corda dirigit, ipsos ad æquitatem & iusticiam inclinabit, aut eorum fata populorum solatio accelerabit. nam ille est, qui impios regnare facit, ut per eos in detestanda gentium scelera quam severissimè animadvertat: quæ si resipuerint, clementissimos principes & prudentes rerum publ. moderatores donabit. Licet itaque feroces summeque crudeles fuerint, qui ad clavum Reipubl. sedent: non idcirco illis contumaciter obsistendum est, a ut perfidè ad alios desciscendum: sed à Domino, à quo potestas omnis est, auxilium efflagitandum expiatis vera pœnitudo flagitiis, quibus ipsius ira exacerbari solet. Nec insulsè à Platone dictum esse videtur, sicut desipienti patri non est vis adferenda, ita nec desipienti patriæ, quia Rerum publ. mutationes impossibile est sine

cæde fieri. Quamobrem hoc maneat intimis omnium sensibus reconditū, malos principes ferendos esse, bonos summa observantia colendos. Inter bonos autem & laudatos jure locum habere debent, qui doctrinæ præcellentes ac liberalium studiorū fautores fuere, qui magnificentia & liberalitate insignes, veræ & solidæ gloriæ appetentes, pacis amantes: & qui militū & populorum favorē honesta disciplina domi militiaeque; promereri studuerunt: ut illi inter malos recedendi, qui luxu perditī, impii, crudelēs, avari, Dei ofores, à laudatis parentibus degeneres, & de suis pessimè meriti.

DE PRINCIPIBVS LITERARIS ET DOCTRINARVM FAVORIBVS.

 *M* literarum studia cuiusvis hominī præsidium vitæ eximium & singulare ornamentum sūt, principibus præsertim. nam cum omnium qui sub eorum imperio degunt, curam habeant, nihil inveniri potest, quod ad levandas molestias, quas publicorum negotiorum moles adferre solet, magis conducatur, quàm præclaræ clarissimorum ingeniorum monumenta diligenter & sedulo contemplari. consilium enim tutum & certissimū

simum sine vlla subdola assentatione aut fallaci obsequio præbeat: cum magnatum gratiam non aucupentur, nec eorum iram aut odium reformident. Cui autem in principum dictis (ut Osorius refert) nihil leve, nihil parū videri debeat, propterea quòd in vulgus manant, & principis exemplo mores populi semper rogantur: nihil ad illorum dignitatem illustrandam, & tuendam accommodatius erit plurimarum rerum cognitione, quæ in doctorum scriptis facile haberi potest, & eorum exemplum ad colendas artes, populos maximè incitabit.



RAECLARO merito inter literatos & doctos principes primus locus Salomoni Israelitarum regi assignari debet, qui ad eò sapientia, rerum peritia & doctrina excelluit, ut cunctis gentibus admirationi fuerit. Vniversi namque populi, regesque terræ, ad quos ipsius inclyta fama dimanaverat, undique ad eum confluxere, ut præcellentem & raram ejus sapientiam audirent, quo melius vitam regere, & utilius Respubl. administrare possent. Omnium plantarum naturam diligenter & exactè explicuit, & volucrum cæterorumque animantium. ter mille parabolas pronunciavit, & carminū quinq; millia. Quo latius autè tam ingens scientiarū bonum propagaretur, trecentas quinquaginta scholas instituit, in quibus naturæ & cælorum vires præcipuè indagabantur: cujus studii utilitas cum illustri regis fama ad ultimos mundi terminos pervasit.

3. Reg. 4.
CVRIO,
Chron.
lib. 2.

Alexander Magnus à summo philosopho Aristotele diligenter eruditus, quamvis totius orbis imperii desiderio flagraret, & rebus bellicis supra modum intentus esset, studia tamen literarum nequaquam deseruit; sed cum viris philosophis tum Græcis tum exteris perstreperibus armis conversari voluit. sub pulvinari, dum quiescebat, Homeri opera semper habuit, ut à somno excitatus, & curis vacuus honesto ocio & peramœno se recrearet, & illustrium bello ducum exemplo magis ad gloriam accenderetur. doctos

PLIN. *natur. hist. lib. 8.*

ARRIAN. *lib. 1.*

ATHEN. *lib. 9.*

PLVT. *in Alex.*

CVRT. *Chron. 2.*

EVSEB. *Alexandriam comportari curavit, ubi bibliothecam procurante Demetrio Phalereo instruxit, in quam ad septingenta millia librorum reposuit.*

GELL. *lib. 6.*

QCVR. *Chron. 1.*

magnifici. Cum Thebas solo equandas censuisset, Pindari familiæ ejusque penatibus parci iussit. Aristotelis etiam præceptoris patriam condidit, cujus lucubrationes tantæ æstimavit, ut unum de animalibus tractatum quadringentis & octuaginta coronatorum millibus redemerit.

Ptolemæus Philadelphus tanto literarum studio & amore captus est, ut omnes quos consequi potuit libros, ingenti ære à Græcis, Persis, Romanis & Arabibus redemerit, quos Alexandriam comportari curavit, ubi bibliothecam procurante Demetrio Phalereo instruxit, in quam ad septingenta millia librorum reposuit.

P. Cornelius Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ & adjutor & admirator fuit, ut Polybium & Pæætiæ præcellentes ingenio, & recondita sci-

scientia, viros domi, militiæque secum habuerit, ut literis decus sibi solatium adstrueret. Inter arma, & studia semper versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercebat. A curis civilibus, aut bellicis vacuus totum suum studium in evolvendis doctorum virorum monumentis impendebat, in quo exercitio sibi ita placebat, ut omnibus seriis negociis facile præponeret, ideo solebat dicere, se cum ociosus erat, minus esse otiosum.

Annibal Pœnus quamvis inter arma, & barbaras gentes educatus fuerit: literarum tamen studia non neglexit: sed liberalibus artibus ita fuit institutus eruditorum virorum amator, & ad dicendum aptus, ut cum Scipione hac in re à Plutarcho fuerit collatus.

Laudi etiam sibi duxit literatos fovere Gn. Pompeius. Is cum Rhodi esset & Athenis, ubi literarum studia tunc maximè florebant, & homines eruditione insignes viscebantur: omnes artium professores audire voluit, & præceptorum cuique talentum liberaliter dedit.

Iulius Cæsar omnes medicinæ Romæ professores, & liberalium artium doctores, quo lubentius & ipsi urbem incolerent, & cæteri disciplinas adpeterent, civitate donavit: oratoria facultate is adeo excelluit, ut si foro, sicut militiæ vacare voluisset: omnibus, qui tunc temporis dicendo maximè valebant, laudem præripuisset.

PLVT. *in Apoph. Princ.*

VELL. *Paterc. lib. 2.*

PLVT. *in Scip.*

PLVT. *in Pomp.*

SVET. *PLVT. CICER. in Orat.*

Augustus ab ipso Iulio adoptatus, ut imperii, ita & studiorum hæres fuit. eloqui etiam, studiaque liberalia ab ineunte ætate avidissimè & laboriosissimè excoluit. multa varii generis soluta oratione, multaque epigrammata composuit. Græcis literis operam accuratè & sedulo navavit, Virgilium aliosque doctos in summo honore habuit, eorumque scripta maximi fecit. Cùm vi Alexandriam cepit, ingressus in eam est Arrio philosopho comitatus. Alexandrinis autem demissè admodum & suppliciter admisi errati veniam postulantes, ut qui ipsius iram maximè reformidarent, se ignoscere dixit propter pulchritudinem & magnitudinem urbis, propter Alexandrum fundatorem: sed maximè propter Arrium civem, qui ipsius erat amicus.

SVET.
PLUT.
*de doctrin.
Princip.*

Vespasianus ingenia & artes liberali Cæsarium æmulatione maximè fovit. primus è fisco Latinis Græcisque rhetoribus bis mille & quingentos aureos in stipendia constituit.

SVET.
ZONAR.
an. Tom. 2

Titus non solum præclara ingenia patris institutum sequutus fovit, sed & literarum studia diligentissimè exercuit. In Latina lingua & Græca disertus plurimas orationes in senatu patris nomine habuit, non minus disciplinis, quam militiæ deditus.

SEXT.
Aurel. Vigor.
PH. MEL.
Chron. 2.

Facundissimus Adrianus, acutus ad interrogandum & respondendum Latino sermone fuit, Græco eruditissimus: quædam

sq.

soluta oratione scripta, varia item poemata reliquit. In medicina, musica, geometria apertè doctus: tanto autem ardore & diligentia studia prosequeretur, ut in quacunque arte & disciplina omnes superare contenderet.

EVTRO.
DION
Cass.
ABB. *Vrff.*

Fuit M. Antoninus Pius disciplinis ita deditus, ut postquam ad imperatoriam dignitatem evehctus est, professores artium publicè legentes audire, & eorum disputationibus interesse voluerit. Rhetoribus & Philosophis non solum stipendia, verum etiam honores & provincias decrevit. Athenas profectus omnium disciplinarum magistratos habito delectu ordinavit, annuis stipendiis è publico assignatis.

ZONAR.
an. tom. 2.
PONT. &
liberal.

M. Antonius Philosophus adeo philosophiæ studiis addictus fuit, ut Stoicorum præcepta perfectè didicerit, in aliarum sectarum placitis non segniter versatus, ita ut Philosophus peculiari inter Imperatores cognomine fuerit vocatus.

CVSPIN.

Fuit Neronis tempore Elix Arabum rex philosophiæ studiis clarissimus: is de medicina opus egregium ad Neronem scripsit, quò vires non solum herbarum, sed lapidum etiam nomina & colores speciatim prodidit.

SABEL.
en. 7. lib. 2.

Alexander Severus à prima pueritia bonis artibus tam civilibus quam militaribus institutus, ne vnum quidem diem, quo se ad literas vel militiam non exerceret, prætermisit. Fuit illi consuetudo, ut si de iure aut

Hh 2

negotii publicis tractaret, solos doctos & disertos in consilium adhiberet: si vero de re militari veteranos milites & bellorum, locorum, ac castrorum peritos eosque maxime, qui historias omnium temporum percellerant, ab illis percontando quid in similibus casibus veteres imperatores vel Romani vel exterarum gentium fecissent. Ut dignitas autem disciplinarum incolumis servaretur, rhetoribus, grammaticis, medicis, mathematicis & architectis stipendia instituit.

LAMP.
NAYC.

Carolus Magnus bonas artes apprimè etiam coluit, earumque plurimum veneratus magnis extulit honoribus: Latinam linguam ita didicit, ut ea non minus disertè, nec peritè quam in vernacula orare solitus sit. Græcæ linguæ non mediocriter peritus fuit, Hebræicæ & Arabicæ non ignarus. Rhetoricæ, Dialecticæ, Arithmeticæ ac Astronomiæ operam dedit, ac præcipuè siderum cursum curiosissimè rimatus est. Inter cœnandū aut aliquid argutè & subtiliter dictum à convivis notabat, aut historias, & antiquorum res gestas sibi recitari curabat: & ut hoc ingens bonum apud posteros propagaret, filios suos liberalliter institui curavit.

ABB. *Pris.*
EGIN-
hardus.
ALBERT.
Cyant.
GIRAR.

CVSPI.

Fridericus secundus imperator Latinam, Græcam, Saracenicam, Gallicam & Germanicam linguas optimè calluit: ocium omnem lectioni librorum tribuit, libros multos in publicam utilitatem ex Græco idiomate & Arabico Latinos fieri mandavit.

R.

Robertus Neapolitanorum rex æquè bellica laude, munificentia & splendore vitæ claruit, ac studio literarū quibus adeo intemperatè addictus fuit, ut ab omnibus cum maxima veneratione suspiceretur: tantumque ijs de Iov. *elog.* 2 lectatus, ut palam sibi literas regni possessione cariores esse prædicaret.

Sigibertus Orientalium Anglorum rex, ut artes & disciplinas promoveret, scholas passim in suo regno instituit: & in primis Cantabrigiæ Academiam excitavit, quam redditibus annuis ornavit, quæ ab alijs postea regibus ampliata est. POLYD. *lib.* 3.

Nicolaus Quintus Romanus Pontifex inter eos principes, qui de literis optimè meriti sunt, iure etiam recensendus est: siquidem doctos homines omnibus liberalitatis officijs prosequutus est, quos ingentibus præmijs nunc ad lectiones publicas, nunc ad vertendos Græcos autores, nunc ad novum ingenij foetum edendum ita perpulit, ut literæ Græcæ & Latinæ, quæ sexcentos iam antea annos in situ & tenebris iacuerant, tum splendorem aliquem adeptæ sint: misit & doctos viros per totam Europam ad conquirendos optimorum authorum libros, qui maiorum negligentia & barbarorum feritate obsoleverant. PLATIN.

Iacobus Mansor Afrorum Granatensium & Lusitanorum rex, liberalium disciplinarū rectè æstimata præstantia viros doctos vnde- cum que potuit in Marocenam famatissimam

Hh 3

CVRIO
Chron. 2.

Afrorum urbem & academiam accivit propositis maximis præmiis, quibus labores eorum & industriam remuneravit.

BAPT. E.
gnat.

Sigismundus imperator in doctrinis fovendis maximè etiam industrius fuit, tantoque in honore literatos habuit, ut cæteris anteponeret, qui semel à principibus Germanis reprehensus, quòd genere obscuro homines propter doctrinam tam accuratè foueret: Ego (inquit) eos amo, quos natura alijs anteltare facile voluit.

IOVIVS
elog. 3. & 4.

Hanc ex literarum studijs laudem à barbaris antea contumaciter repudiatam, Mahometes secundus Turcarum imperator non neglexit. Cunctas enim clarissimarum gentium historias sibi verti in Turcicam linguam iussit, ut inde haustis militiæ præceptis, actionum suarum disciplinam exemplorum varietate confirmaret. sequutus eius vestigia Baiazetes filius, historias diligenter evoluit: præterea peripatetici Auerrois opinionibus rimandis, & suæ legis placitis perscrutandis, plurimum indulisit.

DE PRINCIPIBVS ASTRONOMIÆ PÆRITIS.




LATO eas respublicas beatas esse pronuntiavit, in quibus vel philosophi regnarent, vel reges philosopharentur. Ea sententia summi philosophi cum ab

mi.

universis probetur, non eundem tamen apud omnes sensum habet. nam alij philosophiam totam principibus perutilem & cognitu dignissimam esse contendunt: Alij eam tantum partem, quæ spectat ad mores, ad quam legum scientiam & historiam referunt: naturalem verò inutilem, & principum maiestate indignam esse asseverant. Eam certè naturalis philosophiæ partem, quæ de principiis, vacuo, infinito, & alijs levissimis rebus tractat, non tanti momenti esse, ut illi sedulam navare operam debeant, qui ad regendos populos sunt destinati, persuadere facile est. Astrorum verò motum & vires explorare, altissimo principum gradu non indignum: nec rebus publicis, quibus præsent, incommodum esse valide rationes convincunt. Fati etenim decreta, quæ ex astrologiæ arcanis noscuntur, cum principes persecta & cognita habent, & decus eximium & commodum ingens accipiunt. siquidem quæ fausta sunt & profutura creduntur, intentiore cura & vehementiori studio persequuntur: quæ infausi ominis sunt, & perniciem mortalibus minitantur, quantum humana prudentia potest, & fati contumacia patitur, studiosè ipsi declinant, aut ad ea fortiter ferenda animos & corpora parant: & futura nosse nunquam obsuit, sed (ut ait Agathias) homines multa sibi ipsi incommoda obfuturorum ignoracionem inferunt.

Hh 4



ANVS pietate insignis & doctrina percelebris, astrologiæ peritissimus fuit: qui geminâ facie à priscis ideo pingebatur, quòd res ante ejus ætatem gestas ex historia percalleret, & ex astrorum observatione futura prospiceret. Atlas Maurus ejus filius, qui & Iapetus dictus est, patris institutum sequutus spheræ rationem docuit, & ex astris futura prædixit tam certo eventu, ut propter tam certam syderalis scientiæ cognitionem cœlum humeris sustine-

AVGVVS.
de civ. li. 18

PLIN.
lib. 8.

ZONAR.
an. Tō. I.

IOA. MAR.
illust. Gal. I.

ANN.
Viterb.

re dictus sit. Sethus etiam Adami filius considerandis astrorū viribus maximè intentus fuit, quorum scientiam ab ipso præceptis explicatam duabus columnis, alteri lapide, alteri ex latere coctili inscripserunt. Ejus posterius, quo integram & inviolatam minoribus suis relinqueret, eò quòd Adamus universitatem rerum aqua & igni perituram prædixerat, quæ res in caraclysmo & conflagratione Sodomæ & Gomorrhæ postea acciderūt.

Hydaspes Medorum rex antiquissimus, à quo annis qui nunc Hydaspes dicitur, nomen accepit, in astrorum observatione maximè intentus fuit: multa que de rebus publicis vaticinatus est, non solum quæ proximè sua secula attingere, sed etiam quæ ad extrema mundi tempora spectant. Ultimi enim seculi hujus nequitiam & calamitates graphicè descripsit, & sublatum iri ex orbe imperium Romanum prædixit.

LACT.
div. Inst.
lib. 7.

Vespa.

Vespasianus tam certus de sua suorumque genitura semper fuit, ut post assiduas in se cōjurationes ausus sit senatui palā asseverare, aut filios sibi successores, aut neminè fore.

Domitianum in quadam cœna fungis abstinentem, quòd toxicum metueret, audientibus multis irrisit, ut fortis suæ ignarum & timentem unde nihil sibi metuendum erat, cum ferrum, non fungos reformidare & horrere deberet. & respondit vaticinio eventus. nam à suis familiaribus conscia etiam uxore inita conspiratione interemptus est.

SVETO.

Titus Vespasiani filius & in imperio administrando successor, astronomiæ etiam observantissimus fuit, & eam præcipuè partem, quæ in revolvendis genituræ supputationibus occupatur, percoluit. Duos perduellionis accusatos, quòd in ipsius necem ut imperium invaderent, conspirassent, ut ab eo incepto absterent blandè ac comiter monuit, dicens, principatum non hominum prudentia aut potentia acquiri, sed fati benignitate dari. Cognita utriusque genitura, imminere ambobus periculum prænuñciavit, & sibi exitium brevi affuturum: quæ prædictio eventum non caruit.

SVET.

Adrianus in mathematicis sic excelluit, ut quotannis Januarii calendis scripserit, quid illi toto postea anno contingere deberet: eo etiam anno quo è vivis excessit ad eam usque horam, qua mortuus est, quid acturus aut passurus esset, exactè descripsit.

SPART.

Hh 5

ZONAR. *an. Tō. 3.* Huic Matheseon studio diligenter etiam incubuit Theodosius iunior, qui in Geometria & Arithmetica apprimè doctus, Astronomiam etiam studiose amplexus est.

Robertus Sicilię rex in Astrologia adeò diligenter & peritè versatus est, ut quid adversum vel secundum rebuspub. astra portenderent, certissimè denunciaret. Philippum Valesium Franciæ regem missis ad eum literis sedulo admonuit, ut cum Eduardo tertio, qui tunc Anglis imperabat, nequaquam collatis signis, si præsens ipse esset, dimicaret. Inpecta enim ipsius genitura, & diligenter examinata, fortunatum illum in rebus bellicis fore cognovisse: & de Gallis potissimum insignes victorias, si in aciem cum eo descenderet, reportaturum: nec illa prædictio falsa fuit. Nam post aliquot annos apud Cressiacum in Picardia cum Eduardo configere ausus Philippus, licet copiarum numero longè superior esset, luctuosam admodum, & Galliæ calamitosam accepit cladem: quandoquidem è suis supra triginta millia eo in prælio desiderata sunt, & ipse fuga vix è periculo evasit.

FROIS.
lib. 2.

CVRIO
Chron. 2.

Alphonfus Arragonius maximè etiam doctrinam illam coluit, & vnus ille est, qui numerorum & cœli motuum scientiam ex orco veluti in vitam reduxit. In tabulas mathematicas Toleti supputatas quadringenta aureorum millia erogavit, plurisque fecit celestium rerum cognitionem, quam Romani impe-

perij delatam sibi coronam.

Mahometes secundus Turcarum imperator, cum ei renunciatum esset, Christianos principes maximos belli apparatus in eum facere, quamvis ipsius copiarum duces tot hostium conatus admodum reformidarent, & eò maximè, quòd solus Scanderbechus ipsos summa vi oppugnantes ludificare & sustinere posset; securus & fidens adversariorum consilia & minas contempsit, quòd ex fyderali scientia cuius peritus erat, victoriam sibi portendi cognosceret, quæ ei amplissima pro ut speraverat, contigit extincto prorsus Græcorum imperio. M. Scod.

Harduelles Persa magni Hismaelis, qui Sophi cognomen assumpsit, pater, inspecta filij genitura ipsum prophetam summum futurum, subactaque maxima parte Orientis Mahometis gloriam rebus bellicis æquaturum feliciter & verè prædixit. Iov. hist. 13.

DE PRINCIPIBUS LIBERALIBUS ET MAGNIFICIS.



NON dubium est, virtutem omnem nominimus principibus, quàm cæteris mortalibus commendationem adferre: sed præcipuè iustitia, fortitudo et liberalitas gloriæ & laudè insignè illis pariunt. Priores duæ quòd vim & injuriam à civium capitibus arcent, principum fæ-

mam longè lateque evulgant, at liberalitas præter laudes cumulatè repensas, egregium populorum amorem & benevolentiam eis conciliant. Quandoquidem supra ceteros homines augusti & venerandi censeantur, qui omnes suos conatus & consilia eò referunt, ut de còmuni societate præclarè mereri possint, & cum omnes ob munificentiam diligantur, potissimum principes, non solum quòd ab omnibus æquissimum esse censetur, eos multa impendere, qui multa possident: sed quòd alacri animo nulla vel ad promerendam gratiam vel ad ingrati animi labem detegendam necessitate compulsi id facere videantur, & quòd eorum dignitas beneficiorum valorem adaugeat. Ita enim comparatum est (Sabellico teste) ut omnium beneficia magis dantium fortuna, quàm animus commendet.



NT ER omnes munificos & liberales principes Artoxerxes Longimanus palmã semper obtinuisse visus est. In eo enim gratissimi animi magnitudo in donando adeò enituit, ut in referenda gratia pro agresti sæpe munusculo, tenuissimique officii genere non ingentia modò auri pondera: sed urbes & provincias rependeret. Semel cum homo rusticus illi factus obvisus nihil pro tempore nactus esset, quod regi elargiri posset (quia mos Persarum erat sine munere ad regem non accedere) ad flumen propinquum adcurrisset, & haustam inde manibus aquam illi obtulisset. eo facto delectatus

PLUT. in
Artox.
Iov. elog.

tus phialam auream, milleque daricos homini largitus est.

Tanta liberalis animi magnitudine excelsit Alexander, ut expeditione in Persas suscepta, quo suorum militum animos sibi devinceret, totum patrimonium in eos erogavit: huic quidem agrum, illi villam, nonnullis portoria largitus est. æs alienum exercitus dissolvit, atque in hoc supra viginti talentorum millia insumpsit. eos qui fortitudine cæteris præstitissent, aurea corona donavit: ter denis millibus Macedonum, qui missio nem impetrarant, singulis viritum præter merita stipendia talentum dedit. Cum suis quæstoribus præcepisset, ut quæcunque Anaxarchus postularet, illi statim numerarèt, & quæstores immensam summam centum videlicet talentorù, eum petere retulissent: prudenter & consultè Anaxarchum fecisse dixit, quòd sibi persuasisset, talem illi Alexander amicum esse, qui possit & velit tam ingens beneficium in eum conferre. Cum Perillus quidam ipsi Alexandro admodum familiaris, pecuniam ad elocandas suas filias petisset, quinquaginta talenta ei dare imperavit: cumque ille decem satis esse respondisset, Alexander subiunxit, si Perillò accipere videtur satis, Alexandro dare non est satis. Xenocrati philosopho quinquaginta talenta dono cum misisset, & ea accipere recusasset, quòd sibi illis opus nõ esse diceret: ab iis qui renunciarunt quæsit: Num Xenocrates ul.

IVS TIN.
lib. 12.

ARRIAN.
lib. 7.

PLVT. in Apophth. an. tiq. reg. **in** si nulla re indigeret. nam quod ad me attrinet (inquit) opulētissimi regis Darii facultates vix sufficere potuēre, ut amicis pro voto gratificarer.

Cimon Atheniensis liberali animo agrorū suorum dirutis de industria septis, poma ali- osq; fructus ac fruges egenis & peregrinis im- punē sumendi copiam sepius fecit. Convivia quotidie domi opiparē adparata pauperi- bus, quos fors eō detrudebat, exhibuit, suisq; domesticis præcepit, ut si quis grandior natu amictu sordido vel lacero illis obuius fieret, vestem cum eo cōmutarent: & si quem indi- gna egestate pressum in foro conspicerent, clam ei pecunias erogarent.

PLVT. in Cim.

Titus Vespasiani filius in liberalitatē adeo pronus, ut nihil quicquam petentibus dene- garit, ultroq; homines ad petendum adhor- taretur. Recordatus semel inter cœnandum, quod nullum eo die munus alicui exhibuis- set, ad amicos cōuersus: Amici (inquit) diem perdididi, quia nemini profui.

SVE T. PH. MEL.

Trajanus liberalis & munificus in cunctos fuit, publicē & privatim ditans omnes, & ho- noribus augens, cū quibus aliqua familiari- tas ei intercedebat. varia parsim oppida ædi- ficauit, & multa privilegia, multasq; immu- nitates civitatibus donavit.

EV TRO.

Constantini Magni liberalitas, quod pluri- bus profuit, eō magis commendanda venit. Is in omnibus imperii sui locis census publi-

cos diminuit, & quartam eorum partem a- EVSEB. grorum dominis remisit. lib. 4. de

Almansor Mauritanicę potentissimus rex, vit. Const. cū in palude errans in densissimis noctis tenebris, & gravissima aeris tempestate, quæ ipsum, aulicosque suos in venatione occu- patos penē oppresserat, à vilissimo piscato- re humanissimē receptus esset, & postero die sollicitē & fideliter usque ad regiam de- P E T. Mes. ductus: in ipsa palude ob beneficii accepti var. lect. memoriam amplissimam urbem ædifican- dam curavit, cujus præfecturam hospiti, es- jusque posteris generoso & grato animo ad- iudicavit.

Alphonsus Neapolis & Siciliae rex, hone- sto loco natus, & magistratibus atq; honori- bus functos, quos inopia rei familiaris op- pressos intelligebat (modò neq; per luxum patrimonium absumpissent, neq; cautē se e- gere simularent) alios aliis commodis, agris, servis, armētis, pecuniis iuvabat: quinetiam magnificas domos à se extructas integræ fa- mæ viris, quos secum spectata virtus conjun- xerat, donabat, qui ad eum divertebant, non solum liberaliter & splendidè accipiebat: ve- rum amplissimis donis pro cuiusq; dignita- te prosequabatur. Oratoribus populorum aut regum, tum claris viris ad ipsum publi- co aut privato nomine venientibus, ædes exornari iubebat, & victum lautissimē mini- strari, nec nisi excultos muneribus abs se di- mittebat.

PONTA. de libert.

Borsius Ferrariæ dux omnes peregrinos, qui Ferrariam divertissent, renunciarî sibi volebat demandata ministris cura, ut cuius fortis & conditionis essent, diligenter inquirerent: ne qui erga notos liberalissimus prædicabatur, erga ignotos & peregrinos parum benignus & munificus haberetur. Ad eum quoque multarum Italiæ urbium exules confluebant tanquam ad commune asylum, quos omni humanitate semper profectus est.

DE PRINCIPIBVS GLORIAE CVPIDIS.



Virtus & gloria ita firmiter annexæ atque arte colligatæ sunt, ut nulla arte divelli aut distrabi possint. Ideo solidæ veræque virtutis sinceri cultores vel invitî & nolentes gloriæ palmam nunquam interituram adsequuntur: sicuti ad decus & laudem frustra aspirant, qui contumaci animo virtutis patrocinium aspernantur. Cùm itaque probè culta virtus honoris præmium cumulatè rependat, ei pertinaciter adhaerendum, & ut rectè excolatur nulli recusandi labores. & cum Xenophonte teste gloria virtutis comes sit, cum virtute laudandi sunt, qui veræ gloriæ cupidi illustrium virorum fac-

ta adæquare vel superare conantur.

THE



HERMISTOCLES stimulis virtutū agitatus, noctes infomnes plerunque agebat. quærentibus quid ita eo tempore in publico versaretur, respondit: quia metrophea multiadis de somno excitant. Non putabat suavem & quietam se posse degere vitam, nisi illustrium virorum gloriam præclare gestis adæquaret. Idem theatrum petens, cùm à quibusdam interrogaretur, cujus vox illi futura esset auditu gratissima? ejus (inquit) à quo laudes meæ suavissimè atque optimè canentur.

Epaminondas, cùm in prælio sagitta transfixus, à suis acie subductus fuisset, percontatus, utri evassent in prælio superiores, & renunciaretur, hostes devictos esse: Extrahite (inquit) lethalem sagittâ, jucundissimè dicem claudo extremum, postquam in morte mea audio patriam de hostibus meis auspiciis triumphare.

Alexander Macedo peragrata perdomitæque India, cùm ad saxum miræ asperitatis stupendæque magnitudinis & altitudinis pervenisset, cognovit Herculem ab expugnatione ejus terræ metu deterritum, atque difficultate prohibutum, cupiditate gloriæ accensus, Herculis famam superare contendit. Itaque nullum laborem fugiens, nullum periculum reformidans in rupis cacumen ascendere, & arcem, quæ antea inexpugnabilis credita erat, expugnare suscepit. Iuvit fortuna conatus post

PLUT. in
vit. & de
popb.
VALER.
lib. 8.
CIC. pro
Arch.

XENOP:

multos exantlatos labores tandem munitis. fimo loco potitus est. tanta gloriæ siti captus fuit, ut cum Anaxarchus philosophus innumerabiles mundos esse disputaret, ex imo petore suspiria ducens exclamarit: O me miserum, qui ne uno adhuc potitus sum, nisi immatura morte præreptus fuisset, novam gloriam novis coëptis semper quæsiisset. Tam elatus ejus animus & infatiabilis laudis fuit, ut exaturari nunquam potuisset, nõ si Europæ Asiam atq; Africam continuata victoria adjecisset. quod suo ad Darium responsolatis declaravit, quo dicebat, unum terrarum dominum esse debere, sicut cœlum unius solis imperio gubernatur.

VALER.
lib. 8.

PLVT. de
tranq. ani.
& in vit.

ARRIAN.

7.
OROS. 3.

Non minus gloriæ & laudis cupidus Cæsar Iulius Cæsar fuisse visus est, qui cum in Hispaniâ Alexandri effigiem in templo Herculis conspexisset, obortis continuo lachrymis in hæc verba prorupit: Quam infelicem & miserum me judico, qui ferè quadragenarius nihil memorabile gessi, cum Alexander triginta trium annorum jam totum orientem sibi subjecerit. Ita ab eo tempore bellorum occasiones semper quæsit, unde laudem & gloriam parare posset.

PLVT. in
vit.

VALER.
lib. 8.

Augustus Cæsar, ut Actiacæ victoriæ, quæ omnes imperii fasces ad eum detulerat, celebratior in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium cõdidit, ludosq; illic quinque nales constituit: & ampliato vetere Apollinis templo locum castrorum, quibus fuerat usus

sus spoliis navalibus exornatum Neptuno & Marti consecravit. cum tabulas testamenti scripsisset, libellos etiam quatuor adjecit, in quorum secundo res abs se gestas ideo annotavit, ut in columnis æneis juxta sepulchrum ad perpetuam memoriam insculperentur.

Trajanus à bello Parthico rediens, variis periculis in mari jactatus, cum Oceani naturam investigare niteretur; navigantes in Indiam fortè cõspicatus: Utinam (inquit) juvenis essem, & vires atq; robur suppeteret, profectò ad Indos usq; penetrarem. Indicas enim res animo agitabat, magnoq; earum studio tenebatur. Multa de gentis victu, vestitu ac moribus curiosius percunctatus, jactabat subinde, se ultra quam Alexander penetrasset progressurum: quod etiam senatui per epistolam significavit. Ne cui ex ducibus victoriarum gloriam communicaret, semper in expeditionibus præsens adesse voluit.

DION

Cass.

CVSPIN.

Alexander Severus cum Britannię præfectus ad senatum literas misisset, quibus significabat barbaros seditiones agitare, regionemq; omnem incursionibus & depopulationibus vastare, ideo omnino opus esse aut copias adaugere, aut ipsum imperatorem præsentem adesse: eo nuncio admodum lætatus est, quod gloriæ & laudis avidus post victorias ad Orientem & Septentrionem adeptus, & cognomina utrinque parta trophæa etiã de Britannis reportare cupiebat: gaudebatq; bellorum occasionem sibi oblatam, ut frequentibus victoriis latius famam extenderet.

HEROD.
lib. 4.

POLYD.
hist. Angl.
lib. 2.

Magnus Sfortia naturali instinctu ad magna aspirans excitabatur die noctuque ad magnorum ducum nomen, qui tum bellica virtute provecti ad ingentes opes ac imperia pervenerant: adeo ut in corona quum aliquid bello præclarè gestum nunciaretur, commoto veluti animo suspiraret, utpote qui honesta æmulatione inductus foelicitati eorum haud mediocriter invideret.

IOVIVS
de vit. mag.
Sfor.

DE PRINCIPIBVS MILITIBVS CHARIS.



Qi fortitudinis & magnanimitatis operibus famam adipisci, & bellicis factis celebres fieri cupiunt: ijs maximè laborandū, ut liberalitate, clementia, comitate, alijsq; liberalibus officijs militarium virorum studia promereantur. Nam cum ad victoriam parandam nihil magis conducatur, quam militum virtus, quæ sidenter aggreditur, aut constanter repellit hostem: illa diligenter à ducibus est excitanda, ut ad suum decus tendendum pugnae casum alacriter & promptissimè subeat. quod efficere non possunt, qui suis copiis contemptui aut odio esse cœperunt. Nam militum ardor studio & amore præsectorum accenditur. Proinde magnis ducibus, qui bellicis rebus famam extendere quærunt, hoc in primis curæ esse debet, ut militibus chari quammaximè esse possint, quò eorum prompta opera usu poscente utantur. nam ut refert Lampridius: Ille demum vicit, qui milites regit.

Cy-



YRVS Artaxerxis frater, tam charus omnibus suis fuit, ut cum in prælio cecidisset, omnes ipsius amici & contubernales non amplius vivere cupierint: sed in onertissimos hostes ultrò ruentes, eum in morte sequi voluerint, quem in vitamitem & familiarem experti fuerant præter unum Ariæum.

XENOP.
de expedit.
Cyr. lib. 1.

Morum facilitate, temperantia & iustitia militum suorum amorem Epaminondas promeruit, universumque exercitum disciplinæ ita assuefecit, ut nullum laborem defugeret, non interdiu, non noctu periculum ullum formidaret, nec comæatus inopiam ægrè ferret. Quum in pugna ad Mantineam eum cecidisse comperissent, milites licet penes eos victoria staret, nullum lætitiæ signū monstrarunt: sed victis similes in castra perfugientes hostes redibant. Propter ducis interitum ita dolentes & mœsti, ut non cladem hostibus intulisse, sed ab illis accepisse viderentur. tam grata etiam apud eos recordatio ipsius fuit, ut in ea expeditione nullum alium ducem post ejus mortem elegerint, sed ejus quanvis extincti nomine & auspiciis exercitus semper fuerit gubernatus.

XENOP.
hist. Græc.
lib. 7.

Inviçtus animus, munificentia & lenitas Alexandrum Magnum charū militibus suis reddiderunt, apud quos tanta ipsius veneratio fuit, ut periculorum, quæ summopere

horrebant, cogitationem ex eorum animis præsentia illius excuteret, dum vulnus ad Mallos acceptum curaret, rumor in castra e- vulgatus est, eum ex vulnere interiisse. tunc eiulatus ingens ac horrendus clamor totis ca- stris sublatus est. at cum ipse revaluit, & vt de recuperata salute moestum exercitum recrea- ret, in publicum prodijt: alia castrorum faci- es fuit. Vt enim equum conscendit, tantus re- pentè clamor cum lætitia & plausu exortus, ut ripæ ac syluæ circumvicinæ undique per- sonarent: cum verò tabernaculo appropin- quans ex equo desiliisset, vt pedibus ince- dens planè se recepisse vires ostenderet: tam duces ac milites certatim propius accedere, manus, genua, vestimenta contingere, alij co- ronas & lerta, alij flores quoscunque ante il- lum inspargere, donec in tabernaculum se contulit.

Summa observantia Annibalem milites coluerunt propter exactam prudentiam cum sedulitate & laborū tolerantia coniunctam, his virtutibus ita excelluit, vt cum diversa- rum gentium & linguarum exercitum habe- ret: neque insidijs fraudem suorum sit peti- rus vnquam, neque perfidia & defectione pro- ditus, cum id hostes sæpius tentassent: nec ulla seditio in ipsius castris exorta.

Iulius Cæsar ob comitatem, liberalitatem & clementiam adeò suis militibus charus fu- it, vt ipsius vitam & decus omni iure potiora existimarét, eaq; esse optima & honesta cõsilia

pu.

putarent, quæ ipse divina veluti ratione repe- risset. Itaque pro ipsius vita & gloria nulla vn- quam pericula, nullos labores recusarunt. In- gressu civile bellū centuriones cuiusq; legio- nis è viatico suo obtulerunt: vniversi verò milites sine frumento stipendioque gratis ei operam navaturos promiserunt, neque in- tam longo & aspero bello quisquam ab eo ad hostes descivit. Plerique capti concessam si- bi sub conditione vitam, si militare adversus eum vellent, contumaciter recusarunt. cum castra castris Pompeij coniuncta haberet, & rei frumentarię providere nisi inde abscede- ret nullo pacto posset: omnem inopiam tole- rare milites maluere, omnesq; perpeti neces- sitates, quã pati vt inde castra re infecta move- ret imperator. quin etiam nihil reformidata loci iniquitate, alacri studio in hostem dedu- ci vniversi adpetebant. Post ipsius pæcem qui sub eo meruerant, tanto odio in percussores exarsere, vt neque donis promissisve allici, neque minis aut periculi denunciatione ter- reri potuere, quin indignam eius mortem vl- cisci properarent. Ideo Octavium vltionem paternæ necis meditantem, cupidissimè se- quuti sunt.

Marcus Antonius propter admirabilem vim dicendi, simplex ingenium magnificen- tiam, & ad jocos vrbantatesq; miram cū suis æqualitatem à suis militibus valde adamatus est. Cū in pugna quadam contra Parthos fauciorum ad quinque millia in castra re-

Ii 4

CVRY.
lib. 7.
ARRIA.
lib. 6.

IUSTIN.
lib. 32
PLVT. in
vit.

CAES.
in Com.
APP. b. c.
lib. 2. & 3.
PLVT. in
vit.
SVET.

lata essent, & eos adiens amicè omnes, & per
humanè solaretur: alacres omnes dextra ap-
prehensa abire eum, & dolori non amplius
indulgere precabantur. Illum imperatorem
suum esse, & se salvos, modò ipse incolumis
foret nonnulli si decimare eos vellet, aut alia
pœna afficere, se ultrò offerebant: se id luben-
tius laturus affirmantes, quàm illum mœ-
stum & tristem ob gladem acceptam con-
spicere.

APP. in
Parib.

Constantinum Magnum apprime chari
militibus fuisse, iustus quem in ipsius fune-
re gesserunt, testatur. Cùm enim efferretur,
dolor altè conceptus protinus erupit: ve-
stem rumpere, provolvere humi sese, capita
contundere, gemere, ululare, ejulare, Impe-
ratorem, dominum, patrem appellare cœpe-
runt. Centuriones, manipulorum duces i-
dentidem vociferari, hominem de se bene
meritum ac conservatorem requirere, ac om-
nia mœstitiæ & doloris signa monstrare.

EVSEB.
de vit. Cost.
lib. 4.

Selymus Turcorum imperium prætorias
norum favore consequutus, pecuniam quæ
in ærario erat diligenter recognovit, divisit
quæ militib. pro donativo vicies centena mil-
lia aureorum. & quo magnitudinem animi
perpetua liberalitate testaretur, ad veterem
stipendii summam in singulos dies equiti
quatuor: pediti verò duos argenteos addi-
dit: unde ipsorum favorem ita sibi concilia-
vit, ut nullas belli difficultates vel acerbissi-
mas & summe periculosas pro eo subire de-
tre-

trectarint, sed per pacata infestaque non in-
demnem solū deduxerint, sed ingentes vi-
ctorias de bellicosis gentibus ad perennem
ejus laudem reportarint. Io v. hist.
14.17.18

DE PRINCIPIBVS POPVLO CHARIS.



*V*arduum & periculosum semper fu-
it nolentibus & invitis gentibus iu-
ra dare: ita subditos sibi populos bene-
ficentia & morum lenitate sibi devin-
cive, ubiq. tutum & maxime utile com-
pertum est, ususq. magister rerum edocuit nullum
nec fortius nec validius satellitium principibus esse,
quàm benevolentiam civium: ut verè regium faci-
nus putatur, beneficentia ac lenitate subditorum æ-
morem promereri: quod luculentè Polybius testatur:
Regis est (inquit) benefaciendo univèrsis cum libe-
ralitate & clementia sponte subiectos gubernare in-
mutua semper benevolentia cum civibus utentis.
Hoc vitæ institutum qui sequuntur, principes sibi cer-
tam gloriam & nunquam interituram parabunt, in-
gentiaq. commoda insuper consequentur. Nam à ci-
vili & domestico tumultu tuti exterorum arma non
admodum formidabunt, cùm ad se tuendos sem-
per promptos & paratos suos clientes
& subditos sint habi-
turi.



C. IULIUS Cæsar liberalitate, mansuetudine, clementia ac optimarum legum institutione ad eò populi amorem sibi conciliauit, ut sine satellitio in publicum

semper prodierit. cum à conjuratis occisus est, subsellia & scamna & quicquid supellectilis obviam dabatur, ad rogum in quo cadaver ejus erat impositum, plebs ipsa attulit, & è rogo titionibus arreptis ad percussorum ædes fremens discurrit, & eas injecto igne properè incendit.

SVET.
PLVT.
APPIA.
bel. civ. 2.

Qui ei successit Augustus, similiter populi favorem acquisivit. communi omnium consensu patris patriæ cognomen tulit. quædam Italiæ civitates diem, quo primum ad eas venerat initium anni fecere. Medico Antonio Musæ, cujus opera ex ancipiti morbo convalescerat, statuam ære collato populus juxta Æsculapii signum Romæ statui curavit.

SVET.

Adeò fuit omnibus gratus Germanicus, ut quum è bellis Roman revertetur, præ nimia salutantium & congratulantium turba vitæ periculum adierit: innumera adeò civium multitudine ad vigesimum usque lapidem obviam ei prodeunte, eum defunctum omnes non simulato amore, sed veris lacrymis prosequuti sunt, singulis tanquam familiarum & gentilem lugentibus.

IOSEPH.
TACIT.
SAB. en.
7. lib. 1.

Titus Flavius Vespasiani filius, propter justiciam, probitatem, beneficentiam & morum lenitatem, ita populo charus & dilectus

ctus fuit, ut amor & delitiæ generis humani à singulis nominaretur: quum ipsius mors audita est, non secus ac in domestico luctu merebant senatus atque populus.

SVET.
NAVCL.

Trajanus propter munificentiam & lenitatem ita apud omnes nationes inclaruit, ut per orbem terrarum Deo proximus haberetur: nec solum dum in vivis erat, omni honore & veneratione affectus est, sed etiam postquam è vita migravit.

EVTRO.

Cum omnes M. Antonini Philosophi pietatem, clementiam ac mite ingenium laudarent, decreti sunt honores, qui optimis antea principibus delati fuerant, mensis Septembrem atque Octobrem Antoninum atque Faustinam appellandos decrevit senatus: sed ipse Antoninus respuit, ita ab omnibus dilectus est, ut sacrilegum crimen incurreret, qui illius imaginem domi suæ non haberet.

HEROD.
VOPIS.
NAVCL.

Marcianus imperator propter pacis studium populo adeò charus fuit, ut quia Asparis conspiratione interiisse diceretur, cum filius ejus Ardaburius Cæsar esset pronuntiatus, plebs ipsum patrem cum filio ne quicquam reformidato periculo interfecerit.

POMP.
Lætus.

Henricus Auceps, Saxonie princeps, & Germanorum imperator, quod civilia bella in Germania summo studio pacaverat, quadraginta Hungarorum millia deleverat, & tributum hosti dari solitum in pauperes & divinum

ABB. *Vrff.* cultum erogaverat: tantum omnium Germaniæ populorum amorem promeruit, ut pater patriæ communi consensu sit appellatus.

Idem. Otto primus hujus filius, quod collapsum imperium Romanum erexit, & totam Europam pacatam reddidit, adeo populo cunctisque ordinibus charus fuit, ut amor mundi ab omnibus vocatus fuerit.

Eduardus Anglorum rex, hujus nominis tertius, ante Guilielmum nothum tanta publica lætitia ex Normannia rediens exceptus est, ut certatim pro ejus felici principatu cuncti vota facerent: ita studia hominum incendebat omni genere humanitatis, sanctimonia vitæ & morum integritate. Equabilitas etiam legum quas condiderat, tam gratam & foelicem ejus memoriam reliquit, ut propter earum antiquationem multi bellici tumulti exorti sint.

POLYD.
lib. 8.

Carolus Flandriæ comes, voluntati commotisque plebis omni popularitate & humanitate inserviens, a mendis egentibus è fisco pecuniam deprompsit, ideo parens patriæ à plebe nominatus est.

ÆMYL.
lib. 5.

Eberhardus Vuirtembergensium dux, ob lenitatem & morum facilitatem suis subditis gratissimus & acceptissimus fuit, & in hac parte laudis maximè sibi placuit. In solempni principum Germaniæ conventu cum semel esset, aliis suarum regionum dotes offerentibus, hoc uno cæteris se antecellere jacta-

jactabat, quod omnes opes & munitas arces dignitate & firmitudine superaret, se nempe in cujusvis suorum subditorum gremio vel in vastissima solitudine somnum tuto capere posse.

Ludovicus duodecimus rex Fraciæ, quod parsimonia potius quàm populorum expilationibus gauderet, & licentiam militarem edictis & pœnis coerceret, ita populo placuit, ut post mortem patris patriæ cognomine insignitus fuerit.

NAV.C.

IOV. *elog.*

4.

DE PRINCIPIBVS
QVI SOBRII ET MODE-
RATI IN VICTY
fuere.



Si honesta disciplina, & præclara educatione rectè agere didicerunt, iure ab omnibus sunt honorandi: sed solidiorè & pleniorè laudem merentur, qui in medijs voluptatibus laboriosam & austeram vitam sequuntur. Præclaro itaq; merito ij principes laudantur, qui repudiato luxu sobriè & temperatè vivere delegerunt: cum multis illecebris ad delicias & voluptates continuò sollicitentur. Et cum hoc vitæ institutum apprime utile & decorum illis sit, in bello præsertim maximas commoditates parit. nam ad labores perferendos paratiorè reddit, sicut Iustinus inquit, Labor militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliò fit.



AM moderatus & sobrius in vi-
ctu fuit Annibal, ut quamdiu
in Italia bellum gefsit, & postea
quam deserta Italia in Africam
reversus est, nunquam cubans
cœnasse, nec plusquam vini sextarium bibif-
se visus sit. non ferax regio, non victoriarum
proventus, non militaris licentia ad intem-
perantiam & lasciviam ejus animum veræ
gloriæ sitientem avertere potuere.

PLUT. in
vit.

Augustus Cæsar ita sibi temperabat, ut
inter cœnandum plerumque ternos sextan-
tes tantum biberet, & cum licentius bibere
statuerat, sextarium non excederet. Ante i-
nitum vel post dimissum convivium solus
ipse cœnabat: cum pleno convivio nihil
tangeret, quo certiorē cibi potusque ra-
tionem teneret. A delitiis tam alienus fuit,
ut secundario pane, minutis pisciculis, ca-
seo bubulo manu presso sæpius contentus
fuerit.

SVET.
BVD. de
asse 5.

Iulianus imperator tantæ fuit parsimo-
niæ, ut per triduum porcellum vel leporem,
si quis ei fortè misisset, divideret: sæpe ole-
ribus leguminibusque contentus sine carni-
bus cœnavit.

SPATIA.

Severus adeo cibi parcissimus fuit, ut le-
guminibus contentus frequenter in pran-
dio, & in cœna carnes non gustaret.

SPART.

Tacitus vitæ tam frugalis fuit, ut sexta-
rium vini tota die nunquam potaverit, in
convivio non nisi gallinaceum unum in-
sum-

sumpserit, fasianum præterquam in suo vel
suorum natali & diebus festissimis non po-
VOPIS.
fuerit.

Pertinax Augustus dimidiatas lactucas,
carduos etiam dimiatos apponere solitus
fuit: si quando ad amicos de cœna mitte-
bat, binas tantum offulas aut paucula po-
VOPIS.
ma decerpebat: ubi verò opiparè magis e-
VOLAT.
gisse videri volebat, gallinaceos lumbos mit-
lib. 23.
tebat.

Selymus Turcarum imperator, Bajaze-
tis secundi filius, sine conviva discumbere,
& aliquando deambulans in hortis prande-
re, & uno ferè simplicissimo cibo naturæ
desiderium implere solitus fuit.

Io v. b. l. f.
14.

DE PRINCIPIBUS LABORVM PATI- TISSIMIS.

Cum militaris disciplinæ observatio maxi-
mo sit ornamento & commodo principis
bus, qui æstus, algores, assiduosque labores
alacriter perferre didicerunt, insignes vti-
litates cum ingenti etiam gloria recipiunt. nam ad i-
psorum exemplum universus exercitus facile se con-
ponit, qui laboribus assuetus res difficiles & ardu-
as confidentius aggreditur, & expeditius absolvit:
otio verò marcescens, nihil egregium facere potest,
nam ut rectè Scodrensis: Præclara quæque su-
dore maximo laboreque confis-
cuntur.



RTOXERXES Perfarum rex
in expeditionib. accinctus pha-
retra, & scutum gestans, pri-
mus ipse relicto equo loca mō-
tuosa & cautibus aspera pedes

PLVT. in
vit.

alacriter ascendebat, ut milites illius prom-
pitudine spectantes quasi alis acceptis le-
viores expeditiones que redderentur. neque
id ad breve spacium faciebat, siquidem ad du-
centa stadia singulis diebus peragrare soliti
erant.

Alexāder Macedo sepe pedes ante suorum a-
gmina incedebat, quo milites ac duces exem-
plo suo labores atque ærumnas levius ferre
discerent. Cum mille equitibus stipatus, pe-
ditum que expedita manu interiorum Persi-
dis regionem lustrans venisset: ad iter perpe-
tuis nivibus oblitum locorum squalor, ac a-
speritas, & inviæ solitudines fatigatum mili-
tem terrebant: castigare territos, aut verbis
incredibile superfeddit: sed ipse equo desiliit,
pedesque per nivem & concretam glaciem
ingredi coepit; & primus dolabro glaciem i-
psam perfringere. Erubuere non sequi illum
primum amici: deinde copiarum duces: po-
stremo etiam gregarii milites, & ita audendo
& laborando ad destinatum locum feliciter
pervenerunt.

CVRT.
lib. 7.
ARRIA.
lib. 6.

Iason Phæreus Theſſalus, perrobustus
corpore, & laborum patientissimus, in om-
nibus expeditionibus primus arma gestans
incedebat, noctes, diesque usu poscente si-

me

ne intermissione iter faciebat: cum celerita-
tem res exigebat, nullo modo quiescebat, do-
nec eò pervenisset, quò proficisci decreverat, **XENOP.**
& rem ex animi sententia confecisset. *hist. Græc.*
lib. 6.

Ut ad pericula capeſſenda plurimum au-
daciæ, & inter ipsa plurimum consilii habe-
bat Annibal: sic in laboribus perferendis ala-
cër, assiduus & indefessus erat, calor ac fri-
goris, somni que ac vigiliarum juxta patienti-
tissimus: militari sagulo coopertus inter cu-
stodias stationes que militum jacere, & som-
num capere solitus est. In obsidione Sagun-
tina tum in conficiendis admoventis que ma-
chinis ad dejicienda mœnia, tum in adven-
dis locis, ubi imminens periculum ostende-
batur, semper primus conspectus est: omnia **LIV. dec.**
denique non secus egit, ac si nihil inter se at- **lib. 1.**
que militem interesset. **OROS. 1.**

Julius Cæsar ut periculorum contemptor
egregius fuit, ita laboris supra modum pati-
entissimus. In agmine sæpius pedibus præ-
ivit, capiteque semper detecto, neque so-
lis æstum, neque imbris injuriam reformi-
dans. **SVET.**

Mithridates rex Ponti hyeme imminente
non in conviviis genio indulgens, sed in cam-
po labores tolerans vivebatur: & ibi inter æ-
quales generosa æmulatione aut equo, aut
cursu, aut palestra, aliòve virium experi-
mento contendebat: exercitum quoque su-
um ad parem laboris tolerantiam quotidiana-

Kk

OROS.
lib. 5.

na exercitatione indurabat, atque ita invictus ipse inexpugnabilem exercitum reddidit.

Adrianus imperator, ut milites, quos ad omnem speciem pugnae exercebat, ipsius exemplo meliores & duriores redderentur, duro & aspero victu utebatur, & laboribus quammaximè corpus indurabat, nunquam in exercitu vehiculum aut quadrigas ascendit, caloris & frigoris juxtà patiens fuit: quippe qui alpinas nives, & Aegypti ardores capite nudo pertulerit. Ut exemplo suo milites ad laborem incitaret, vicena millia armatus & pedes conficiebat. Ita suos adeò laborum patientes & navandæ operæ cupidos reddidit, ut nihil quantumvis arduum modo ad gloriâ spectaret, aggredi detrectarint.

DION
Cass.
SPART.

Severus in expeditionibus algores & æstus alacriter perferens, sine intermissione iter faciebat. hyeme sæpe per altissimos montes vel nivibus oppletos ductabat exercitum, & aperto capite incedebat, ut milites ad alacritatem, patientiam quæ laborum suo exemplo accenderet.

HEROD.
lib. 2.

Maximianus cum tribunus legionis quartæ esset constitutus, quinta quaque die milites sub signis decurrere jubebat, in se simulachra bellorum agere, gladios, loricas, galeas, scuta & omnia illorum arma quotidie inspiciebat. Cum eum quidam tribuni reprehenderent, quòd tantum laborum sufferret, cum majoris dignitatis capax esset: Ego (inquit)

quit) quo major ero, eò ardentius laborabo. Cum ad imperiale fastigium fuit evehctus, in præliis prius semper conspectus est: factò, non verbo milites ad pugnam accendens, nec in castris ullum laborem unquam refugit.

Magnus Sfortia in usum militiæ ad palestram cunctos ordines exercebat. multa arte luctando, ingentis ponderis saxum jactando, ferream vectem jaculando, teretem palum in terga converfis manibus evibrando, saltuque & cursu plurimum contendendo: quibus exercitationibus continuè ita profecerat, ut ipse lacertosus & industrius facile validissimum quemque superaret, ita voluntariis laboribus se exercuit, ut necessarios facile perferret: quo effectum est, ut præclaris de variis hostibus victoriis partis familiæ suæ immortale cognomen dederit.

IOVIVS
in vit. Sfort

Sophus Hismael in stadio & palestra cum primoribus aulæ equitando, sagittando, autupio & venatione, ac omni honesta & utili contentione corpus exercebat, ita ut in expeditionibus exæquato cum gregariis militibus labore, nocte & die profectionem non intermittens, sui adventus famam celeritate prætergressus, hostes imparatos sæpius opprèsserit.

IOVIVS
hist. 13. e.
log. 5.
OSOR:



Universalis ac sempiterna lege naturæ receptum est, inferiores parere præstantioribus, inquit Halycarnassæus. proinde rationi consonū videtur, principes & rerump. moderatores subditis suis antecellere debere. Licet verò ingenii dotes magis quàm corporis omnibus hominibus laudem & commendationem adferant, tamen egregia corporis forma & vires eximie, non sine admiratione in principibus suspiciuntur: quæ ut decus personæ, ita Reipubl. commodum adferunt. Ad victoriam enim in bello parandam maximum aliquando momentum habere videntur: siquidem principes, qui firma membrorum compage & virium mole sunt conspicui, in periculosis præliis egregiè & strenuè pugnando milites ad præclare agendum in gloriosæ victoriæ spem accendere solent.

SVET.
SAB. en. 9



DION
Cass.

IBERIVS Cæsar articulis tam firmis fuit, ut recens & integrū malum digito terebraret, caput pueri vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

Adrianus tanti roboris fuisse narratur, ut inter venandum suam eximie magnitudinis solus uno ictu occiderit.

Vi

Viribus ei inferior Commodus non fuit, peritia superior: nam quemvis aprum, leonem, aut aliam feram sibi oblatam jaculo in frontem aut in pectus adacto, non repetito ictu macerabat.

HEROD.
lib. 2.

LAMPR.

Maximinus tanta roboris firmitate fuit, ut hamaxas manibus attraheret, rhedam onustam solus moveret: equum si pugnum impegisset, dentes solveret: si calcem, crura illi frangeret. topazios lapides digitis fricabat, majusculas arbores manibus in duas partes dividebat.

IVL. Cap.

SABELL.
en. 7. lib. 6

Valentinianus tanta virium mole fuit, ut antequam militiæ adscriberetur, quinque militibus funem, quem gestabat, ei extorquere summa vi annitentibus, ita restiterit, ut ex eo certamine victor discesserit. Ejus facti fama & merito adscitus est in militiam, ubi per gradus ad præfecturæ prætorianæ potentiam conscendit, & tandem ad imperii fastigium euectus est.

SEXTVS

Aurel.

VICT.

Marius è triginta tyrannis unus, manus tam firmas & robustas vel ad feriendum, vel ad impellendum habuisse dicitur, ut currus venientes digito salutari repelleret, fortissimos quosque qui ejus robur experiri volebant, sic afflixit unico digito percutiendo, ut quasi ligni aut ferri obtusioris ictu percussi quererentur.

TREB.

POLL.

Firminus unus etiam è triginta, adeò robustus fuit, ut incudem pectori superpositam aliis malleis tundentibus constanter

VOPISE.

Kk 3

VOPIS. pertulerit, cum ipse resupinus manibus & pedibus niteretur.

IOVIVS
elog. 2.

Tamerlanes Scytharum imperator fuit corpore ingenti validisq; nervis adeo firmo lacertosoq; ut Scythici ingentis arcus chordam ultra aurem extenderet, cupreumque mortarium pro scopo sagittariis in ludo propositum emiffæ arundinis spiculo perforaret.

IOV. ELOG.
6.

Georgius Fraispurgus Germanus, è Suevia oriundus, membrorum robore usque adeo validus fuit, ut extento tantum medio manus digito validissimum quemque firmo innixum vestigio facile dimoveret, prætercurrentem equum arrepto freno sisteret, tormentumque murale solus innitens humero, quò vellet, propelleret. In itinere libenter abdicabat equum, ut pedibus gregariorum militum & juvenum justos passus anteiret.

DE PRINCIPIBVS ET DVCIBVS, QVI

IN CONFLICTIBVS
multos intere-
mère.



Omines solent eos qui strenuè in præliis dimicantes, fortitudinis palmam cæteris præcipiunt, ob indomitum corporis robur, & singularem animi magnitudinem suspicere & admirari: sed copiarum duces & principes maxime. nam quum sublimiori lo

69

eo sita est virtus, uti magis conspicua, plures ad se allicit. Atq; eò plenior fortium virorù gloria cernitur, quòd aperta virtute, nõ ignavis artib. militare decus, in quo patriæ laus & salus consistit, generosè & constanter tuentur. hoc maxime intuentes, quòd est à Plutarcho dictum, iniqui injuria ac dolo hostes vincere.



DINO Essenius tam admirandè fortitudinis & roboris fuisse scribitur, ut in uno conflictu octingentos hostes in ipsum irruentes sua manu confecerit. Ille è familia Dav^dis erat, & inter principes unus.

Abisai Iobai frater, è Davidica etiam familia, adeo animo forti, indefesso robore & inexhaustis viribus fuit, ut cum trecenti bellatores eum adorti essent, hasta sua ad unum omnes interfecerit.

Aurelianus imperator tam præstanti robore fuit, ut cum bellum Sarmaticum gereret, quadraginta hostes uno die sua manu confecerit, plurimis & diversis diebus aliis ultra nongentos & quinquaginta.

His non inferior videtur rex Britanniaë Arturus, qui coacto exercitu Saxonibus, Scotis & Pictis in prælio occurrens, gladio suo solus quadringentos septuaginta mactaverit: unde cæteri tam admirando fortitudinis facti stupefacti ac territi in cœdam fugam conversi sint, principibus & primariis ex hostili exercitu necatis.

Henricus quartus rex Angliæ, cum animi

Kk 4

VOPIS.
SABELL.
en. 7. lib. 7.
NAVCL.

POLYC.
Angliæ.
SIGEB.
in Chron.
NAVCL.

MONST.
lib. 2.POLYD.
lib. 21.OLAVS
lib. 5.IOV. elog.
3.GODO-
feneus lib. 2

& corporis fortitudinem in multis prælijs ostenderit, præcipuè in eo, quod contra comites Scaffordiensem & Vigorniensem coniuratos non procul à Salpia feliciter confecit, in quo sex & triginta hostes sua manu confosse fertur.

Olo Vegetus Norvegiorum regis filius adolescens, tantum cane comitatus Gunnonem latronem cum omnibus suis occidit: duodecim pugiles regis vno in conflictu confecit: septuaginta reges maritimis prælijs sustulit: Ringoni Suetiæ regi militans Danorum classem superavit.

Georgium Caltriorum Scanderbechum supra duo hominum millia, barbarorumque præsertim diversis in prælijs sua manu interfecisse memoriæ proditum est: quando singulis tantum ictibus singulos qui congressi essent, conficere esset solitus, quod prægrandi ponderosoque acinace tam validè perite, què vteretur, quo medios hostes ad vmbilicū profcindere, & transversos dividere soleret, & sæpe per cervices brachiorum artus facile destruncaret. tam egregiè dimicando ita suos ad pugnam accendit, ut in triginta prælijs contra Turcas semper victor evaserit.

D E

DE PRINCIPIBVS
QVI SINE BELLO
REGNARVNT.

*E*ngo rerum usu & experientia comprobatum, principes magis fortitudinis, quàm iustitiæ laudibus delectari, lubentiusq; res bellicas quàm civiles amplexari. Ideo sæpe bella non necessaria plerique suscipiunt, quòd ijs nomen suum celebre fieri arbitrantur. persæpe etiam ad bella inviti & coacti trahuntur, ita vel vim inferendo vel propulsando regna quatiuntur: & vix ulla Respublica reperitur, quæ metu & periculo belli tuta quieti & paci continenter vacare possit. Quibus igitur principibus tam rarum excimium, què privilegium divinitus est concessum, ut sine bello vllò populos sibi subditos gubernare potuerint, felices & beati merito censendi sunt, & prudentiæ summæ æquitatique laudibus exornandi: quandoquidem pacem non nisi à bonis contingit retineri, sicut rectè Tacitus: In turbas & discordias pessimo cuiq; plurima vis, pax & quies bonis artibus indigêt.



*S*ALOMONIS regnum tam opima & securo pace floruit, ut per quadraginta annos, quibus Israelitis præfuit, sine ullo belli metu vixerit. Ejus subditi ab hostibus securi, & procul ab omni periculo semoti, sub vitibus & ficibus à Dan usq; Bersabee, quæ sunt ejus regni fines, beato otio fruebantur. ^{2. Reg. 4.}

Kk 5

PLVT.
in Num.
HALYC.
antiq. 2.
AVGVS.
de Civit.
lib. 3.
ZONAR.
an. T. 1.

Numa Romanorum rex secundus, iustitia, modestia & religionis studio adeo clarus & illustris fuit, ut ad mansuetudinem & pacis amorem non solum populos sibi subditos traduxerit, verumetiam vicinas urbes, quæ præclarum illius institutum æmulantes, desiderium tranquillæ pacatæque vivendi, colendæ terræ, & nutriendorum in quiete liberorum, venerandorumque deorum abjecta omni armorum cura, habuerunt. nullum bellum, nec seditio tumultusve ipso regnante in republ. Romana fuisse traditur: sed neque adversus eum conspiratio exorta, aut aliqua gravis querela.

PAVSA.
in Laconic.

Lacedæmoniorum resp. quamvis bellicis institutis maximè floruerit: reges tamen aliquot habuit, qui deposita omni armorum cura, quieti & paci studuerunt. II sunt Ennonius Prytanidis & Polydectes ejus filius: Archidamus Anaxidami, & Agasticles ejus filius.

POLYD.
lib. 2.
hist. Angl.

Coyllus Britannæ rex quadraginta quinque annis, quibus regnavit pace ubique barata, bellis prorsus abstinuit.

POLYD.
lib. 6.

In eo pacis studio sequutus est eum, qui in illo regno administrando interjectis aliquot regibus successit Edgarus. Is per sedecim annos quibus regnavit, omnia in summa quiete tranquillitateque continuit. perpetuo quippe amicitiaæ fœdere vicinos reges sibi devinxit, piratas mari, prædones terra submovit: nihil esse in regni finibus passus est,

est, quod à pacis quiete alienum foret.

Antoninus Pius imperator adeo suis & exteris dilectus fuit, ut nulla domi seditio, nec bellum foris exortum sit. Ita per quatuordecim annos, quibus imperavit, nullus hostis populo Romano bellum indixit: sed cupidissimè omnes nationes cum eo pacem colere, & fœdere jungi voluere. tantæ verò æquitatis opinione floruit, ut plurimæ nationes depositis inter se armis suæ sententiæ & judicio lubenter se submiserint. Ita sub ipsius imperio sine tumultu & terrore belli Romani tranquillè ac pacificè vivere: sine ulla civium vel hostium strage unus ferè principum Romanum imperium rexit. Ob eam rem à plerisque dignus judicatus est, qui Numæ Pompilio conferretur.

IV L. Cap.
EVSEB.
in Chron.
SEXT.
Aurel.
VICTO.
VOPIS.
CVSPI.
SAB. en.
7. lib. 4.
PLATT.

Ericus Disertus totis triginta octo annis, quibus apud Gotthos & Suenones regnavit, pacem cum vicinis omnibus habuit, & subditos pacatè sine ullo tumultu aut seditione gubernavit, ita ut nullum omnino bellum nec domi nec foris senserit.

IO A. Mag.
hist. Gottl.
lib. 4.

Eduardus ex Anglorum stemmate rex decimus nonus, vir sanctissimæ vitæ & probatis moribus, ita bellum exhorruit, ut cum sui certâ victoriam de Hünuto Dano, qui ejecto ipsius Eduardi patre Edelfredo per vim regnū occupaverat, sponderet, hostesque ad internecionē deletū iri polliceretur, si strenuè bello incumbere vellet: regno privari maluit, quàm bello recuperare. Absit (inquit) ut meū us

nus regnum tot millium hominum morte ad me redeat. præstat privatam & incruentam vitam agere, quàm per indignam carnificinam dominari. post mortem Hunnuti communi consensu ad regnum euectus, viginti tribus, quibus regnavit annis, summa in pace vixit, nec bellum foris, nec tumultum aut seditionem domi expertus, nisi quòd primo anno Dani maritimam oram infestarent, qui haud magno negotio repulsi sunt.

Haguinus Ruffus Gothorum & Sueonum regnum sine cæde assequutus, totis tredecim annis, quibus apud eas gentes regnavit, nec bellum intulit, nec propulsavit. Ste-no Sturzæ iisdem regnis & populis imperans totis triginta, quibus regnavit annis, intensissima cura & studio pacem cum omnibus perpetuò coluit.

ÆMYL.
lib. 3.
POLYD.
lib. 8.
LIL. in
Chron.

IOA. Mag.
lib. 18. et 23

DE PRINCIPIBVS ILLITERATIS.

NULLA major clades alicui nationi aut genti obvenire potest, quàm si principem ignavam, & rerum imperitum Deus ei præficiat, rectè inquit Argentinus. nam ut quisque amat, quod sequitur, & ea à quibus abstinere averse videtur, qui ex principibus literarum sunt ignari, disciplinas & artes, quibus communis vita maximè ornatur, in nullo haberi precio æstimantur. Vnde vulgus qui principes & rectores suos imitari gestit, & cum illis

erraz

errare sibi laudi ducit: feros mores induit, & tetra barbaries ubique grassatur, quæ contemptum & odium apud externos parit. Nec minus miseri & infelices principes, quàm populi censendi sunt: quia ad aliorum nutum, quæ sua sunt, regere coguntur, apud quos vera sæpius reticentur, & falsa plurimum testimonio confirmantur, & quod sæpe illis furtum, sibi fidos & utiles falsis objectis criminibus circumventos abs se abduci, vel è medio tolli patiuntur, ut suspectis & dubiis rerum gubernatio res linquatur.



MARIUS Romanus dictator PLVTVS neque literas Græcas, neque in NAVCLULLIS studiis Græcis præceptoribus uti voluisse fertur, tanquam ridiculum literis, quarum magistri aliis servirent, operam impendere.

Licinius literarum adeò expers fuit, ut nomen decretis vix subscribere posset. literatos pestem reipublicæ appellabat, & inter eos oratores & philosophos summo odio prosequeretur, & mirificè infestabatur.

In Illyrico Vetrano imperator creatus, qui ne prima quidem elementa literarum didicerat, & jam senex cum literas addisceret, à Constantio imperium deponere iussus scholam deseruit, homo ad stultitiam simplicissimus.

Luitprandus Longobardorum rex, quam

CVSPI.
BAPT.
Egnatius.
SABEL.
en. 7. lib. 8

OROS. 5
VOPIS.
SAB. en.
7. lib. 8.

ABB. *Asp.* vis sapiens æstimatus fuerit, literas tamen non novit.

ZONAR. *an. 10. 3.* Michael Balbus imperator Constantino-
politianus, in literis componendis & syllabis coacervandis tardus fuit, adeo ut librum alius facilius & citius perlegisset, quam ipse sui nominis elementa recensere potuisset: literaturam quoque ita est averfatus, ut ne pueros quidem permiserit erudiri.

CVSPIN. Iustinianus cum *αδαιφδβη* esset, facile à quovis decipiebatur fraudulentò & subdolo, qualis erat Trebonianus ipsius quæstor: qui illi persuasit fore, quod nunquam moretur, sed in cœlum cum carne assumeretur.

COEL. *Cur. Sar. hist. lib. 1.* Mnanius princeps Saracenus, qui victoriam arma per Ægyptum & Africam, Mesopotamiam & Atiam circumtulit, & omnibus finitimis terrori fuit, literarum adeo ignarus fuisse dicitur, ut ne scribere quidem norit.

CVSP. Ludovicus Bavarus literarum ignarus fuit, & hanc ipsam ob causam quoque Pontifices ei infensiores fuere, & Electoribus nonnullis persuasere, ut eo vivente Carolus Bohemum literis excultum regem salutarent.

SABELL. *an. 10. lib. 7.* Lodoicus Landraus, Asiæ princeps, cum ad imperium magno hominû consensu vocaretur, majorè rem esse dixit imperium, quam suis humeris ferre posset. Cæterum quia literas ignorabat, id quoque obtare testatus est, quo minus rem tantam capefferet,
Caro.

Carolus octavus Gallorum rex tertium decimum agens annum, patri Ludovico undecimo successit, Latine scire illum pater veruerat, præter illud unum, Qui nescit dissimulare, nescit regnare. Ita amplissimi regni rex sine literarum præsidio ad alterius nutum regnum administrare coactus est.

ÆMYL.
lib. 10.

DE PRINCIPIBVS
E SVBLIMI RERV M
FASTIGIO DETURBATS.

Reges & mutabiles rerum vices sunt, & fortuna nunquam simpliciter indulget, inquit Darius apud Curtium. Stultum itaque & insanum præsentis fortune favores æstimare, & in ipsius effuse indulgentis prosperis successibus otiose & confidenter acquiescere, cum ad sublimem locum attollere homines solent, ut mox præcipiti ruina cadant. Qui igitur secundis fortune statibus ad sublimes dignitates sunt eventi, ne superbe insolescant, inferiores cum tumido fastu desipientes: cum res humanas incertas & fluxas esse videant, & amplissimorum principum nequam firmam nec perennem felicitatem esse, quam plerique cum stupore admirantur: sed à sublimi dignitatis fastigio in summas miseras quandoque deturbari.

DIONYSIVS junior Siciliae tyrannus, cum patris vestigia sequutus, crudele & saevum imperium in subditos exerceret, conjunctione in eum facta, vertere solutum, & in Graeciam confugere coactus est, in qua residuum vitae tempus pro rege ludimagister vixit.

PLVT.
in Dione.

Perseus Macedonum rex & locupletissimus & potentissimus longo tempore Romanis resistit, ducesque eorum consulares, & exercitus & classes contrivit, vicinis propter opes & potentiam spectabilis visus est: Romanis propter foedus & amicitiam cum barbaris formidabilis. eo potentiae & gloriae e-vestus, a Paulo Aemilio praelio superatus, regno & libertate spoliatus, ac Romam in triumphum abductus est, ante currum victoris ducis in catenis per hostium urbem cum summa ignominia tractus, & post triumphum in tetrum carcerem coniectus, in quo moerore animi confectus est.

LIVIVS
dec. 5 li. 4.
PLVT. in
Aemyl.

Gylimerus Vandalorum rex ultimus, opibus & potentia clarus fuit, qui regnum longe lateque patens in Africa a majoribus acceptum cum magna superbia & luxu administravit: sed a Belisario Iustiniani imperatoris duce bello petitus, post varias acceptas clades ipse captus est, & ad triumphum Byzantium ductus.

PROCO.
de reb. gest.
Goth.

Chilpericus rex Francorum ex nobili Meroveorum prolapsa, commissa Pipino magistro

astro equitum regni administratione, ut in luxu & ocio viveret, quod curis, laboribus & molestiis vacuus erat, fortunatum admodum & beatum se judicabat: sed cum ad summum felicitatis gradum se evectum putaret, repente praecipiti ruina oppressus est. missis enim ad Zachariam Romanum pontificem legatis, Pipinus ut ipse cum proceribus iurijurandi religione, qua se regi devinxerat, solveretur, impetravit. Accessit ad hoc procerum favor, qui Chilpericum ut ignavum & socordem fastidiebant. his fretus regnum invasit, & quem antea regem adorarat, in monasterium detrussit.

ÆMYL.
lib. 2.

Carolus Crassus Francorum etiam rex & Romanorum imperator, quod non satis fortiter Normannis, qui Galliae oram graviter affixerant, resisteret: sed locum ad habitandum in Neustria, inita cum eis pace dederat, omnium ordinum consensu regno dejectus est. Ipse regia dignitate privatus, eo miseriae & infelicitatis devenit, ut quo familiam aleret non haberet, & ab Arnulpho, qui in ejus locum successus fuerat, stipendia ad sustentandam vitam miser petere cogereetur.

ÆMYL.
lib. 3.
OTTO
Frisingens.

Richardus Angliae rex, ejus nominis secundus, quod contra procerum & populi voluntatem quosdam infimae sortis & illaudatae famae homines rebus praefecisset, affinitatemque Galliae regis, quem Angli infensissimum habebant, hostem intempestive adpetisset: a Henrico Lancastriae duce populo

FRONS.
lib. 2.

530 DE PRINCIPIBUS
expetente captus est, & in Londinianam ar-
cem coniectus, ibique usque ad mortem af-
servatus.

DE PRINCIPIBUS
ET DUCIBUS, QUIBUS
SVA AVARITIA ET
parsimonia fuit e-
xitialis.

Dioletianus cum deponda Reipubl. ad
ministracionem solitariam vitam age-
ret, à quibusdam interrogatus, quæ es-
set in principe dos potissima: respon-
dit, liberalitas & clementia. Longo verum us-
u fuerat edoctus, principes qui summo studio opes
querunt, & pecunias ditandi, non erogandi causa
undique curiose corradunt, à se populi procerumque
animos abalienare. nec enim amatur princeps, nisi
si communi omnium utilitati studuerit. qui hanc via-
am tenere neglexerunt, & opibus parandis nimis
intenti fuerunt, se & sua in manifestum pericu-
lum adduxerunt. nam usu comparatum est, ut in-
gentes pecuniarum thesauri insidiatores plurimos
possessoribus suis acquirant. In hoc autem iustum
summi Dei iudicium agnoscere est, cum ij qui op-
ibus rectè uti nescierunt, infensissim-
os hostes ditare co-
acti sunt.

PER

LIBER VIII. 531



ERSEVS Macedonum rex, cum
adversus Romanos bellum ge-
reret, ex Basternis bellicosissima
gente decem millia equitum, to-
tidemque transfugæ viri stipen-
dia mereri assueti, & operâ in eo bello, si opti-
ma stipendia polliceretur, ultrò obtulerunt.
Ille ut pecuniæ parceret, eam societatem au-
xiliumque infano consilio repudiavit. Cum
gazam reconditam servare cuperet, seipsum
cum ea perdidit: siquidem prælio à Roma-
nis devictus, & è fuga retractus, in triumphû
Romam cum thesauris deductus est. Ita pec-
uniam, quam dignitatis suæ defensoribus PLVT. 77
dare noluerat, infensissimis hostibus refer-
vavit. Emyk.

Bessas præsidii Romani sub Belisario præ-
fectus, cum urbs secundo à Gotthis obside-
retur, plebem secum obsessam, & eandem bel-
li aleam subeuntem, fame enectam videre
maluit, quàm frumentum, quod habebat in
magna copia reconditum, ei distribuere, ut
iis quibus opes suppetebant, carissimo præ-
cio venderet. Sed illud infame lucrum, quod
magna cum invidia pararat, nequicquam ei
profuit. Totilæ enim hosti urbem occupan-
ti opes omnes relinquere coactus est, quas
si in plebem famè laborantem erogasset, diu-
tius urbem cum laude sua tenuisset.

Mauritius imperator cum Longobar-
dos possessione Italix depellere decrevisset,
in societatem belli Francos Australianos

Proco:
de rebus
Goth:

Ll 2

traxit, missaque ad Childebertum eorum regem non exigua pecunia, multo majora premia pollicitus est, si bellum ex ipsius sententia & voto conficeretur, ad idque peritos duces cum maximis copiis se submissurum promisit: sed cum Franci Longobardos tritariam adorti essent, & jam multas in Tridentinorum finibus urbes de illis cepissent, Mediolanoque imminerent, ut ærario parcere, nullum subsidium misit, unde foederati re infecta in Austrasiam redire coacti sunt. Cum suum exercitum seditione consternatum propter non soluta debita stipendia audiret, cum facile sopire tumultum præbita in stipendium pecunia, deterrente sumptu neglexit, unde illi mors parata est. Focas enim præfectus exercitus à militibus imperator creatus, adhibita celeritate ad ipsum, priusquam se ex metu colligere, & sana consilia explicare posset, cum copiis advenit, quem interfectis prius in ejus conspectu liberis, immaniter trucidavit.

Calyphas Buldachi, quæ Babylon olim fuit, dominus, cum ab Haolono Tartarorum rege obsideretur, milites suos vix tenui stipendio aluit: quia thesauros ingentes, quos habebat, asservare cupiebat, verum ejus præpostera & indecora parsimonia perquam luctuosa & exitialis ei fuit. siquidem Haolonus expugnata civitate omne ejus aurum & argentum, lapidesque preciosos in turrim comportari jussit, & in illam Calypham ipsum

ÆMYL.
lib.1.
PH.MEL.
Chron.3.

psum conjecit, omni cibo & potu denegato, addito hoc sarcasmo & exprobratione: Si hunc thesaurum non tam avarè & tenaciter servasses, te ipsum & civitatem à periculo liberasses: nunc thesauro tuo frui, ex eo comedere & bibere, quem tantopere amasti, tibi nim vivo non eripitur. Ita miser ille princeps in summa opum copia fame periit, & inter necinum hostem sua intempestiva parsimonia ditavit.

Cum Mahometes Bassa Solymani Turcarum imperatoris quendam captivum non obscuræ sortis amisisset, certisque nunciis cognovisset illum ad Chios confugisse: graviter cum illius insulæ legato conquestus est, injuriam sibi fieri, quod ipsius fugitivum Chii apud se retinerent, verbisque acerbis minitatus est, nisi quamprimum illum remitterent, vel redemptionis precium numerarent, se eam contumeliam non neglecturum. Senatus Chius hac re per literas legati cognita, è vestigio pecuniam oratori suo misit, quæ Mahometi, captivi nomine persolveretur. At ille lucri cupiditate allectus, pecuniam in suos usus convertit. Mahometes se à Chiis contemni ratus, quod nec pecuniam, nec captivum recepisset, Solymanum in eos concitavit. Ille statim Bassæ Piali classem parare, & insulam in potestatem redigere jussit. Piales imperatoris jussis obtemperans, brevi adornata classe, Chios incautos, & nihil hostile à Turcis ti-

M.P. Vn.
lib.3.
HAIT.de
Tart.
GODOL.
lib.3.
SABEL.
en.9.lib.7.

P. BIZAN.
de bello Cye
pric.

mentes, facile oppressit. Ita vnus legati avaritia & sibi & patriæ exitium attulit.

Clementi septimo Pontifici maximo sua tenacitas exitialis etiã fuit. Is cum adversus Columnios & Cæsarianos bello cœpto ipsius duces satis feliciter rem gerent, & de summa rerum bene sperarent, magnis impensis deterritus, expectentibus hostibus contra suorum voluntatem pacem dedit: & cum Borbonius raptato exercitu, ad urbem adventare nunciaretur, bis mille Heluetios nigraeque cohortes, quæ ad tuendam urbem satis esse putabantur, intempestivè dimisit, ut ærario parceret. Vnde expugnata ab hoste urbe in arcem compulsus tamdiu obsessus fuit, vt pudendam deditiõnem facere sit coactus.

NOVIUS
in vit. Pop.
Colum.

DE PRINCIPIBUS A SVIS PROPTER TYRAN-

NIDEM ET CRVDELITATEM
occisis aut
eiectis.



Vm princeps patriæ pater, & Reipub. tutor esse debeat, nemini miram videri debet, si illos subditi maximo odio prosequuntur, qui deposita omni humanitate barbaram feritatem & immanem sevitiã induunt. Quamvis autem ipsorum immitia imperia palam non detrectet populus, tamen tacitus illis dira imprecatur,

precatur, & fidem & obsequium invitus præstat. Quòd si indies magis ac magis sevierint, tunc rumpe te invidia, quæ diu in offensis pectoribus ebullierat, unanimi consensu in eorum vitam conspirant omnes: nec desunt, donec eos funditus everterint. Vnde verissimum esse deprehenditur, quod scribit Polybius: Natura ita comparatã est, ut iniuria pressi malè velint opprimentibus.



MAXIMVS imperator, quòd sine iudicio, sine accusatiõne, sine defensione, quorumvis hominum bona diriperet, quamplurimos neci daret, delatores evocaret, crimina fingeret, damnaret omnes quicunque in iudicium venissent, multos consulares & militares viros indemnatos occideret: senatus decretum tulit, quo præmium percussoribus eius, & ipsius intemorum promittebatur. Eo in castris evulgato vnà cum filio à militibus in tabernaculo est trucidatus. HEROD.

REX Persarum Narses, cum plures more patriæ vxores haberet, ex illustribus Adarnassè, Ormisdam & Narses suscepit: ex humili Saporem. Adarnassi autem, qui ut maximus natu patri successurus erat, è Mesopotamia tentorium ex camelorum corio intertexto arte Babylonica aturo Narses pater dono dedit: interrogavitq; an maximè placeret: Respondit filius, magis gratum fuisse futurum, si ex

POMP.
Lætus.

hominum tergis confectum esset. post patris fata regno potitus crudeliter cœpit imperare: tunc proceres immanis illius ad patrē sponsi memores, & indies eum sæviorem fore metuentes, conspiratione inita regno expulerunt.

Post mortem Alboini Longobardorum regis, fraude vxoris perempti, Clephes virtute sanguineque nobilissimus ab aliis proceribus, rex creatus est, qui statim adepto regno admodum insolescere, & impotenter in suos sevirere cœpit. Vnde illis exosus maxime cœpit esse, nec odium in eum conceptum diu tectū esse potuit. Inita enim coniuratione ab intimo familiari est interfectus.

ÆMYL.
lib. 1.

Andronicus Comnenus Constantinopolitanus imperator, vt astu & perfidia ad imperium est euectus: ita crudelissimè per omnia imperavit. nam Alexium fratris filium trucidavit: è proceribus præcipuos indicta causa lapidatos palo vel cruci affixit: quamplurimos excæcavit: multo plures in carcerem cōiecit, aut proscripsit, nulla vel ætatis vel sexus ratione habita. crudele præterea edictum in omnes deprehensos, & eorum consanguineos licet nullius criminis conscios proposuit: quibus factis atrocibus ita omnium ordinū animos in se concitavit, vt de principatu cum maxima ignominia deiecerint, suffecto ei Isaac Angelo, veritus ille ne præteritorum penas lueret, fugam adornavit, à qua retractus cathenis ferreis duabus ligatus est, & cōpedibus

bus vinctus, ad novumq; imperatorē statim adductus. Ibi à populo alapis contumeliosè cæditur, barba ei vellitur, dentes excutuntur, capilli evelluntur, à mulieribus etiam pugnis cæditur: scabioso camelo impositus, altero oculo captus per forum per ludibrium traducitur. tunc sex populi clavos in caput eius impegit, veribus latera pupugit, postea pedibus fune revinctis suspendit: duos enses in nates adegit, & unum per fauces vsque ad intestina. sic multis tormentis excruciatu miserabiliter vitam finit.

NICET.

Dux Atheneus cum Florentiæ administrationem favore populi obtinuisset, quia nimis rapacem & crudelem se exhibuit, tum multo omnium ordinum excitato ignominiosè eiectione est, nunquam postea revocatus.

MACHI.
bist. Flor.
lib. 2.

Ioannes Maria Mediolanensis Vicecomes ob immanem in cives sevitiam & crudele in omnes imperium, à civium generosa cohorte in ipsa curia, cum in templum Divi Gothardi sacrorum causa proficisceretur, nemine opem ferente, nec se monente trucidatus est.

IOV. elog. 2

Albertus Megapolensis ducis frater, Sueonum & Gotthorū rex creatus, cum pessimorum consiliariorum rapinis ita evacuatum esset ærarium, vt nihil cælati vel signati argenti aurive reperiretur, vim suis inferre decrevit. contractis itaque ad publica comitia, pontificibus, proceribus, & omnibus qui in toto regno prædia possidebant: tertium quodque

prædium ab eis pro aulica familia nutrienda postulavit, nec expectato communi responso, omnia quæ petebat, occupavit. quam tyrannidem non ferentes proceres, cum Margarita Daniæ regina inita conspiratione, illum regno ejecerunt.

OLAVS.

Tongodor Tartarorum rex, è Christiana religione ad sectam Mahometanam desciscens, omnia Christianorū templa in suis terris diruit. ejus sævitia per fratres & nepotem ad Cobilas magnum Cham delata, mandavit ei Cobilas, ut tyrannicè regnare definiret, alioqui meritis pœnas luiturus esset. Hac denunciatione magis exacerbatus, fratrem qui eum accusarat, interfecit: idem in nepotem Argonum facturus, ni properè aufugisset: qui ab amicis paternis copiis adjutus, in eum arma movit, & captum per medium dissecati iussit.

GODOL.
lib. 3.

DE PRINCIPIBVS QVI A FILIIS TRVCIDA.

TI SVNT, AVT BEL-
lo afflicti.



M effrenis imperandi libido in quibusdam deprehenditur, ut omnia jura tum divina tum humana violare non reformident, quo dignitates & honores quos ambiunt, assequantur: quales sunt, qui in pa-

parentes nefario ausu arma movent, & eorum vita perfidè insidiantur. Cum verò eos detestamur, qui regnandi cupiditate fratres & socios bello persequuntur: illòs ve execrabimur, qui contra parentes arma sumunt, & hostili animo insectantur: certè eos sumè scelestos, & furis agitados estimare licet, nec securam suavemve vitam vivere posse patandum, qui tam nefaria ausi sunt. nam ut Nicephorus inquit: Quicquid cum natura pugnat, & justos limites excedit, nihil hilaritatis & voluptatis habet.



HRAATES Orodis Persarum regis filius, tam cæca & nefaria imperandi libidine eaptus fuit, ut patrem fratresque germanos occiderit, ne quis ad regni fastigium adipiscendum impedimento esse posset.

DION
Niceus.

Pipinus & Lotharius Ludovici Pii filii, præpropera regnandi cupiditate allekti, patris manes expectare non potuere: sed in ipsum cõspirantes, bello tã acriter persequuti sunt, ut imperio se abdicare coegerint, eoque petulantia erecti, ut in divi Medardi cœnobium injecta cuculla detruserint.

ÆM YL.
lib. 2.

Eodem modo, licet dissimili eventu, Ludovicus Delphinus Carolum patrem Gallia regem, hujus nominis septimum, tractavit: siquidem conspiratione in eum cum aliquot proceribus è regni administratione illum dejicere decrevit: at pater nascenti malo

opportune occurrit. Coacto enim celeriter exercitu, in filium rebellantem movit: qui cum justas copias non haberet, quas venientium eum patri opponeret, & milites metu perculsi dilaberentur, relicta Gallia ad Burgundionum ducem fugere compulsus est.

Henricus quartus imperator Hildebrando Romano pontifice & plerisque Germaniae episcopis incitatus, contra patrem Imperatorem arma sumpsit, ut eum imperiali dignitate privaret, atque in ordinem redigeret: & cum bello superius evasisset, nulla nec sanguinis nec majestatis ratione habita, apud Leodium urbem in praedore & illuvie mori coegit.

Talis fuit Selymus erga Bajazetem patrem Turcarum imperatorem, qui corruptis praetorianorum insignioribus, clam in eum arma movit sub praetextu inferendi belli Hungaris: & inter Adrianopolim & Constantinopolim collatis signis cum illo confligere ausus est. Praelio victus, technis & astu eum imperium abjurare coegit: & timens ne imperium repeteret, per medicum Iudaeum veneno tollendum curavit.

Guilielmus Normanniae dux, qui ad Angliae imperium evasit, promiserat Roberto filiorum natu maximo, se Normanniam administrandam daturum: quod cum non praestaret, vi & armis arripere filius decrevit, & bellum in patrem movit. pater qui in Anglia tunc erat, vehementer facinoris novitate per-

ÆMYL.
lib.10.

BAPT.
Egnatius
lib.1.
SAB.cn.
9.lib.14.

IOV.bist.
13.&14.
de reb.Tur.

turbatus, subitarium conscripsit exercitum, ac in Normanniam confestim trajecit: iustisque copiis in filium movit, ac statim rem ad manus deducere maturavit. Conferto itaque praelio Robertus in paternas copias pedestri pugna iam turbatas equites suos immittit, qui perruptis ordinibus in novissimam usque aciem penetrarunt: eos ipse insequutus, incidit in patrem, quem transfixo lancea brachio ex equo deturbat, & fuso ipsius exercitu in potestatem redegit.

Iacobus rex Scotiae hujus nominis quartus, conjuratione cum regni proceribus facta, in patrem nefaria arma sumpsit, eumque ad Sterlingum iusta acie superavit atque interfecit.

POLYD.
hist. Angl.
lib.9.&11.

POLYD.
lib.26
IOVIVS
elog.5.

DE PRINCIPIBUS QUI SVOS FILIOS TRUCIDAVNT.

Naturam praecipuum quandam amorem omnibus animantibus ingenerasse in eos quos procrearunt, nemini est incomperatum. non soli enim homines liberos ex se genitos impensè fovent, ac tenerius amant, sed & bestiae fetus suos: quod aperte declarant, dum in manifesta pericula se conjicere pro illorum defensione & salute non recusant. Quapropter summopere mirandum, tam efferos & truculentos quosdam fuisse, ut suos filios, quibus vel offendentibus summus bene-

volentia gradus debebatur, immani sevitia trucidarunt; beliarum ferociam excedentes: quæ licet exasperatæ, nunquam in fetus suos rabiem effundere solent. Eiusmodi verò qui securitati student, & nihil impunitum relinquere videri volunt, apud exteros non levi infamia asperguantur, apud suos in summam & internecinum odium incurrunt. Nam (ut rectè Sabellicus) Nihil tam populare apud omnes gentes, quàm clementia: nihil tam odiosum tamque inuisum, quàm crudelitas.

PLVT. in
Dem.



DARIUS Artoxerxis filius vivente patre rex designatus, immiti patris decreto, quòd in eum còspirasse diceretur, unà cùm liberis omnibus neci datus est:

PLVT. in
Paral.

Ariobarzanes cùm patrem Darium interficere pollicitus esset, iussu Darii decollatus est.

PLVT.
in Emyl.
ZONAR.
ep. tom. 2.

Demetrius Philippi Macedonum regis filius, cùm ob mite ingenium & lenitatem morum patri & populo charus esset, Perseus frater, qui natu major erat, ei invidere cœpit: & veritus ne post fata patris rejecta ætatis prærogativa regno succederet, eum apud patrem accusavit, quòd ipsius vitæ insidiaretur. Philippus nimis credulus calumniatori Perseò fidè habuit, & iracundia vecors Demetriù velut parricidii reum damnavit. venenum itaque miser bibere coactus patris iussu periit.

Ptolemæus Physco, filium quem ex sorore

rore susceperat. interfecit, corpusque in membra divisum, & in cista positum matri IVS TINI die ejus natali inter epulas adferri curavit, lib. 38. quòd estimarit ejus studio factum, quòd populus statuas & imagines ejus detraxisset.

Colchi Mithridatis filiù, ejusdè cum patre nominis, regem sibi deposcebant, maximo ob id excitato tumultu, metuens Mithridates ne tumultus in seditionem abiret, filium ad eos misit. Ita sopitus tumultus est, suspicionem inde concepit pater, quòd filius regnum affectasset, ideo novum regem ad se revocavit, reversum cathenis aureis vinxit, & paulò post neci tradidit.

Tigranes rex Armeniæ, cùm tres filios haberet, unum, quòd adversus eum bellum gefisset: alterum, quòd in venatione ex equo procidenti nullam opem attulisset: sed eo jacente diadema sumpsisset, trucidavit.

Herodes Iudæorum rex, Aristobulum & Alexandrum filios innocentes, Antipatri fratris insidiis circumventos crudeliter trucidavit: postea Antipatrum in manifesto cogitati parridii crimine deprehensum in vincula conjecit, postea etiam interfecit.

Dejotarus rex Galatiæ, cùm multos haberet filios, statum, dignitatem & regnum uni reliquit, ceteros ipse trucidavit.

Ferrex & Porrex Gorbodionis Britanni filij, inter se de regno post patris obitum dimicantes, ad universum certamen devenerunt, in quo Ferrex interfectus est: cuius cædes tantum

matri displicuit, ut subito furore percita, non conquieuit, donec Porregem victorem immaniter obruncarit.

POLYD.
lib. I.

Sigismundus Burgundionum rex, Sugerium filium propter novercæ delationes, quibus appetiti regni insimulabatur, laqueo cervici injecto dum in cubiculo quiescebat, per duos à suis familiaribus immisos interfici curavit.

ÆMYL.
lib. I.

Solymanus Turcarum imperator Mstapham filium natu maximum Circassia priore uxore susceptum, quod ipse dolore ignominia Selymo juniore fratre ad spem imperii designato ad Persas hostes transfugisset, & impetratis copiis in paternas ditiones hostiliter irruisset, & (quod magis irâ patris commovit) lætissima totius exercitus acclamatione à Perside rediens exceptus fuisset: sua ipsius manu elisis chorda arcus cervicibus interemit, corpusque exangue coram exercitu projici jussit, & per præconem alta voce promulgari, unum in cælo Deum, in terris unum Solymanum imperatorem esse oportere.

IOVIVS.
GODOL.

DE PRINCIPIBVS LVXV PERDITIS.



*N*A cognata virtutibus et affinia sunt vitia quaedam, ut à plerisque depravato iudicio pro ipsis virtutibus capiantur, & esmentita laude honestatis titulo decorentur. *Hæc ratione*

tionem multi prodigi & luxu perditæ, liberales & magnifici videri cupiunt, & insulsa ambitione palam dici & nominari gestiunt: ignavi prudentes, & feroces magnanimi. Privatorum autem quorundam insana profusio, quia Reipubl. non admodum nocet, magis ridicula quàm exitialis censetur: sed magnorum regum & principum luxus populis subditis sæpius luetuosus & calamitosus est, quod tributis immodicis, & novis exactionibus expilentur, quas ab illis exigere principes coguntur, ut vesanis & improbis sumptibus satisfacere queant: Unde suorum odium incurrunt, & apud externos in contemptum veniunt, quod gerendis rebus minus apti propter ignavi existimentur. Necessè enim est, Ariano teste, ut magnum luxum ac prodigalitatem eximia timiditas atque mollietates consequatur.



*P*TOLEMÆVS Φιλόπατος occisa Euridice uxore, eademque sorore sua, maiestatis omnino oblitus turpi ocio & luxui se dedit: noctes in stupris, dies in convivij consumens. *IUSTINVS lib. 30.*

Demetrium Macedonum regem non modo vestibus auro contextis, & purpura uti: sed auratis quoque calcis pedes ornare solitum tradunt. quin etiam memoriæ proditum

M m

PLVT.

vestem quandam ad similitudinem astro-
rum fieri curasse, multi laboris, multique
temporis opus, ut omnium qui ante eum
regnarant, magnificentiam superasse vide-
retur.

Erant Lucullo convivia novo semper di-
vitiarum splendore parata, non modò pur-
pureis stratis, poculis auro gemmisque ela-
boratis, choris, cœtibuscenicisque recita-
tionibus admiranda: sed varietate quoque
ac multitudine epularum, & ingentibus ab-
undantissimisque bellariorum apparatus.
singulis cœnaculis & convivii precium &
splendorem apparatus definierat: tantus-
que in quibusdam cœnaculis erat sumptus
convivii, ut in una cœna ad mille ducentos
coronatos in excipiendis duobus convivis
Pompeio & Cicerone expenderit.

PLVT. in
Luc.

Cajus Caligula nepotinis sumptibus, o-
mnium prodigorum ingenia superavit: por-
tentissima ciborum atque cœnarum gene-
ra adinvenit: preciosissimas margaritas ace-
to liquefactas sorbebat: convivii ex auro pa-
nes & obsonia apponebat: contrectandæ pe-
cuniæ cupidine incensus sæpe super immen-
sos aureorum acervos patentissimo diffu-
so loco, & nudis pedibus ambulavit, & to-
to corpore aliquandiu volutatus est. In ex-
tinctionibus prætoriorum atque villarum
omni ratione posthabita nihil tam effice-
re concupiscebat, quàm quod posse effici ne-
garetur. Iactæ itaque moles infesto ac pro-
fun-

fundo mari, excisæ rupes durissimæ, & cam-
pi montibus aggere æquati & complanata
montium juga, & quidem incredibili celeri-
tate, quum moræ culpa capite lueretur. ci-
treat ligno naves ædificavit, puppibus au-
ro gemmisque ornatis. In eis odoratas ar-
bores atque herbas plantavit, & viridaria.
Eo pacto infaniens, immensas opes, totum-
que Tyberii Cæsaris thesaurum viginti an-
nis collectum vicies ac septies millies fester-
tium non toto vertente anno absumpsit,
quæ summa sexcenties septuagies quin-
quies centies centena millia aureorum ef-
ficat.

SVET.

ZONAR.

BVD.

NAVCL.

SLEID.

Luxu non minus perditus fuit Nero.
retibus aureis piscari voluit, quæ purpu-
reis funibus extrahebantur, divitiarum &
pecuniæ fructum non alium putabat, quàm
profusionem, sordidos illos ac parcos ap-
pellans, quibus ratio expensarum nota es-
set: prælautos verò ac magnificos, qui divi-
tiis abuterentur, ac insanè facultates perde-
rent. In stagno Agrippæ fabricari curavit na-
ves auro & ebore distinctas, in quibus re-
miges exoleti per ætates & scientiam libidi-
num componebantur. crepidinibus stagni
lupanaria erant illustribus sæminis comple-
ta. per sæpe uno puncto in alea plus quadrin-
gentis sestertiis perdidit: libidinibus ita de-
ditus, ut ne à matre quidem vel sorore ab-
stineret. virum in uxorem duxit. Ipse ami-
ctus nubentium virginum specie convocato

SVETO.

OROS. 7.

ABB. *Vrſp.* ſenatu ad paciſcendum de ratione dotis, ip-
 BVD. *de* ſiſque nuptias cœlebrantibus, pelle cooper-
 aſſe 3. tus feræ, à viro vt vxor ductus eſt.

SABELL. Vitellius imperator ingluvie & luxu ma-
 gnè inſignis fuit: notiffima cœna qua exce-
 ptus eſt à fratre, vt ſingularis & admiranda me-
 moriè mandata eſt, in qua ſupra cæteros ſum-
 ptus duo millia lectiſſimorum piſcium, & ſe-
 ptem millia avium appoſita ſunt. hanc licet
 ſumptuoſiſſimam exuperavit Vitellius dedi-
 catione patinæ, quam ob immenſam magni-
 tudinem clypeum Minervæ dictitabat. In
 hac ſcarorum iecinora, phaſianorum & pa-
 vonum cerebella, linguas phœnicopterum,
 murenarum lactes à Carpathio vſque Hiſpa-
 niæ freno petitarum commiſcuit. quotidie
 ientabat, prandebat, cœnabat, atque à cœna

SVET.

ZONAR. comestabatur, tot epularum vicibus ſuffi-
 ciens frequenti vomitu. Imperij ſui tempo-
 re quod ſeſquiannum vix implevit, bis milli-

ABB. *Vrſp.*
 SABELL. es centies quinquagies centena millia drach-
 en. 7. lib. 3. marum in cœnis inſumpſit.

Heliogabalus in privata fortuna lectis au-
 ro tectis utebatur, argenteiſque vaſis tantæ
 magnitudinis, ut centum pondo excederent:
 triclinia, lectos atque abacos roſis, violis at-
 que lilijſ integebat. In piſcinis odoriferarum
 aquarum natabat. Poſtquam ad imperium
 evectus eſt, adaucta fortuna adauxit etiam lu-
 xum. pavonum atque luſciniarum linguis, ca-
 melorum calcaneis, linguis itidem phœnico-
 pterum, phaſianorum atque piſſitacorum
 epu-

epulas inſtruebat. Convivium fecit, in quo v-
 num & viginti fercula, ac formoſam mulie-
 rem ſingulis convivis appoſuit, ac ſthrutio-
 num capita ſexcenta, in pavimento ſui cu-
 biculi auri ſcobem ſparſit. navalia prælia ma-
 nantibus vino lacubus edidit, & ut pecuni-
 am atque opes parvipendere diceretur, na-
 ves sæpe jocans cum ipſo onere demerſit. Ex
 ſolido auro lectos habuit, gemmata vehicu-
 la & deaurata: ſerò de ſomno ſurgebat, & ſal-
 tare incipiebat: oriente ſole dormiebat. nun-
 quam minus centum quinquaginta ſeſter-
 tiis cœnavit. conſcius ſuorum ſcelerum, ob
 idque metuens, ne aliquando Romani eum
 ad pœnam depoſcerent, ut ab eorum mani-
 bus ſe quamocyiſſimè eximeret, & ſimul cum
 inaudito luxu vitam finiret: in aureis vaſis
 venenum paravit, quod citò hauriret. Item
 ſericeos laqueos gemmatosque cultellos, ſi
 ſuſpendere ſe vel jugulare, ut caſus ferret, vo-
 luiffet: atque ſi præcipitem ſe ex alto dare in-
 animum veniſſet, turrim auratam totam ex-
 truxit, ſolo ex marmore & auro conſtrato.

Carinus homo omnium contaminatiſſi-
 mus, mimis, meretricibus, cantoribus ac le-
 nonibus palatium implevit. habuit gemmas
 in calceis, niſi gemmata fibula uſus non eſt.
 centum libras avium, centum piſcium, mille
 diverſæ carnis in convivio ſuo frequenter
 appoſuit. Vini plurimum effudit, inter po-
 ma & melones natabat, roſis Mediolanenſi-
 bus triclinia & cubicula ſtravit.

Muleaffes rex Tunetanus luxu perditis adnumerari ritè debet. Is cunctis dapibus infani sumptus unguenta infarciebat, adeo ut Neapoli ubi apud proregem diversabatur, pavonem cum duobus phasianis à structure ex regiæ culinæ disciplina conditum, centum aureorum impensam excessisse confiter. tanta autem erat illius opiparæ & lautæ structure fragrantia, ut non cenaculum tantum quum in mensa concideretur: sed domus universa suavissimo nidore completeretur tanta inhalatione, ut à tota vicinia hujus inusitatæ, & non citò evanescentis voluptatis odor sentiretur. Officinam domi habebat, in quam prædigioli sumptus inusitatæque luxuriæ oriens opes contulerat, plumbeis in oculis eburneisque arculis maxima vis ambræ, musci & zibeti in balnei quotidianos usus, & nocturnos diurnosque suffitus erat recondita. Tanto autem amore fragrantis odoris tenebatur, ut ne in bel-

lo quidem carere potuerit, ita ut ab Amida filio prælio victus, quum inter turbam terga vertentium profugeret, unguentorum odore pulverulentus, & cruore in facie foedatus à persequentibus firagnitus.

DE

DE PRINCIPIBVS
POPULO EXOSIS.

N principibus amor populorum quibus imperant ornamento est, & securitatem parit: ita ipsorum odium dedecori censetur esse, & perniciem ac exitium sæpius adfert: Qui metui enim, quam amari malunt, & propensum vulgi studium insolenter respuunt, nihil quicquam curantes, nisi quod impotens libido suggerit, in extremam miseriam præcipites cadunt, aut omnibus exosi in perpetuo metu vivere coguntur: ita honorum dignitatemque, amplitudo, & peramplæ facultates, quæ ad bene beateque vivendum plurimum momenti habere videntur, eos maxime miseros & infelices reddunt. nam (ut ait Polydorus) quid homini infelicius contingere potest quam in vita male semper audire, & post mortem ejus nomen execrationi perpetuò esse.



LIBERII Cæsaris obitu Romæ nunciato nõ minori gaudio perfusi sunt omnes, quam si de infensissimis hostibus insignè victoriam reportassent. oderant enim quòd iracundus & implacabilis esset, & plerosque nulla subeunte causa odio internecino prosequeretur, & quòd tantæ savitiæ esset, ut levissima peccata morte mulcicaret.

Neronem item infamem principem propter crudeles & obscenos mores populo exosum fuisse, seditiones in eum obortæ, & Iulietta

IOSEPH.
antiq. li. 18.

TACIT.
SVET.
ABB. V. 177.

publica, quæ eo extincto omnium animas occupavit, maximè declararunt. non solum enim in provinciis procul, sed in ipsa urbe in eum varius tumultus excitati, donec ad mortem adactus sit: & nunciata populo ipsius morte, tanto gaudio omnes perfusi sunt, ut tota urbe pileati tanquam è servitute manumissi exultantes discurrerent, & velut ab impio domino liberati insperata libertate donati essent.

DION.
Cass.

Tam invisus populo Domitianus fuit propter nimiam crudelitatem & morum turculentiam, ut post ejus mortem omnes statuae tum argenteae tum aureae in ejus honorem erectae, subito populi concursu dejectae & fractae fuerint, & arcus in illius titulum & nomen eversis.

ZONAR.
l. 1. tom. 2.
ABB. V. 177.

Commodus tanto in odio & execratione omnibus fuit, ut factus hostis humani generis à senatu & populo judicatus sit, ipsius statuis contumeliosè revulsis. cadaver ejus per urbis vicos plebs furibunda raptasset, nisi Pertinax imperator designatus jam sepultum officioso mendacio dixisset. eare omissa, cum nihil majus posset, vindictam spirans, ipsum nefarium tyrannum, aurigam, gladiatorem, & pluribus aliis odiosis nominibus appellavit.

Maximinus quod insontes & indemnatos multos interemisset, multorum bona sine causa diripiisset. omneque saevitiae genus in quosvis exercuisset: in tantum populi &

senatus odium incurrit, ut interfectis Gordianis, quos illi opposuerant, viginti viri creati sint, quibus imperii administratio demanda est, ut uno perempto, alius in ejus locum succederet. cum equites, qui ejus filiiq; occisorum capita ferebant, Romam pervenerunt, atque illa contis infixae palam ostentarent: omnes ad illud lætum spectaculum undiquaque prorepserunt, nec ulla fuit ætas, quæ ad deorum aras & templa ad vota persolvenda, & gratias agendas eo die non iverit.

IVL. Cap.
SABEL.
en. 7. lib. 6.

Cognita Guilielmi Ruffi morte, tantum ubique in Anglia gaudium exortum est, ut populus velut carcere aut vinculis solutus, templa adiret, ac vota Deo reddere perinde festinaret, ac si ille dies qui regis vitæ extremus fuit, perennem patriæ salutem peperisset, exorsus cunctis regni ordinibus præcipuè fuerat, quod religionis omnis contemptor esset, alieni adpetens, sacrorum direptor, & avaritia & saevitia infamis.

POLYD.
hist. Angl.
lib. 10.

DE MIRABILI ET STUPENDA MORTE PRINCIPVM.



VO majorem nacti sunt auctoritatē homines, eò intemperantius insolescere, & arrogantius alios præ se despicere solent. nam quod legibus se solutos putant, omni flagitiorū genere se polluunt, nihil quicquam adversi reformidantes. sed Deus, qui superbos odit, & scelestos execratur, ut omnibus inno-

tescat, non minus potentes, quam infimæ & abjectæ
sortis homines ipsius tremendo iudicio subjacere, eos
vel maxime securos ad infelicem exitum stupentia
bus cunctis, et vim divinam agnoscentibus persepe
adducit. sic verissimum esse apprehenditur, quod à
Cesare dictum est: Fortuna plerumque eos quos plu-
rimis beneficiis ornavit, ad duriores casum reservat.



ERODEM Ascalonitem inflatio
ventriculi, putredoque virilis
membri vermiculos generans,
creber anhelitus, & interrupta
suspiria, membrorumque omni-
um contractio cum diu fatigasset, in maximo
corporis cruciatu, & animi angustia tandem
mortuus est. qui Agrippa cognominatus est,
per quinque dies ventris doloribus graviter
cruciatu, corrodentibus ejus viscera vermi-
bus, vitam misere finivit.

IOSEPH.
debel. Iud. I.
ZONAR.
an. to. I.
NAVCL.

PLVT. in
Syl.

Syllæ per intestina primum innatum ul-
cus, inde caro corruptione contracta in pe-
diculos tota conversa, nec ullum potuit ad-
hiberi remedium, tunicæ omnes, thermæ, la-
vacra, dapes, quibus vesceretur exundantis
fordis implebantur. Tanta vis vermium con-
tineretur epullulabat, & pædoris magnitu-
do, ut omnia purgamenta superaret. Diu
eo intolerabili morbo afflictus, tandem in
maxima miseria & dirissimo cruciatu ex-
piravit.

Drusus Pompeius, Claudii imperatoris
filius, pubertatis annos jam attingens, pi-

ro per lufum in sublime jactato, & hiatu o-
ris excepto strangulatus est. SVBR.

Athila Hunnorum rex, postquam ex Ita-
lia imposito Romanis tributo in Pannoni-
am reversus esset, Hildidem præcellenti for-
ma puellam in uxorem duxit: nuptiali au-
tem nocte temulento illi, atque altè stertèn-
ti, tanta vis sanguinis per nares erupit, ut qui
tot cædibus passim editis provincias imina-
niter cruentarat, ad extremum subito expi-
rans, conjugalem thorum largissimo sangui-
nis sui flumine inundavit, & ita expiravit. IO V. e. log. 1

Maximinus crudelitate & sevitia insignis,
cum in Illyrico ageret, dirum & atrox ulcus
in inguinibus exortum, quod miserabiliter POMP.
eum excruciat. Ideo advocati undiqua Letus.
que medici, qui id curarent, sed nihil opis ad-
ferre potuere: indies enim dolor & crucia-
tus augebatur, & in fœtore ac illuvie vermes SABELL.
ex omnibus corporis membris erumpébât. an. to. 2.
en. 7. lib. 8.

Omnia itaque remedia respiciente morbo in
summo cruciatu mortem obiit.
Honoricus secundus Vandalorum rex,
cum ecclesias in Africa variis modis adfixis-
set, earum pastores alios manibus truncatos,
pedibus alios reddens, nonnullos oculis or-
batos, aut dissectis auribus: quosdam etiam
in sublime suspensos ad mortem adigens sæ-
va Dei manu percussus suæ sevitiæ finem
imponere coactus est. Vermibus enim to-
to è corpore scatentibus miserabiliter vitam
finit. NAVCL.

Theodericus rex Gotthorum, cum in Italia multa sævitæ & crudelitatis exempla aduersus catholicos exercuisset, semel cum inter cœnandum piscis caput allatum esset, visio horrenda ei apparuit, qua adeo fuit confternatus, ut gravem inde morbum conceperit, quo brevi extinctus est.

NAUCL.

Mempricius tertius Britannorum rex inter venandum à suis fortè procul disitis, à lupis, antequam ei succurri posset, dilaniatus est.

POLYD.
hist. Angl.
*lib. 1.*SAXO
Gramm.

Magnus Norvegiæ princeps, occursum lepore cespitante equo in truncum delapsæ arboris, cujus præacuti stipites eminebant incidens, statim interemptus est.

POLYD.
lib. 7.

Sueno Danus dum apud suos milites ob regnum Angliæ adeptum exultaret, repente velut pugionis supernè demissi ictu graviter percussus, in terram decidit, ac confestim expiravit.

ÆMYL.
*lib. 5.**Idem ibid.*SAB. *en.*
9. lib. 4.

Ludovicus septimus, cognomento Crassus, Francorum rex, Philippum filium natum maximum se vivente coronari & salutari regem voluit. paulò post ipse Philippus, dum in suburbano Lutetiæ equitabat, occursum fœminæ suis pavefacto equo, quod inter pedes volutaretur, effugium quærens, ex ephippio decussus est, & tam gravi ruina stratus, ut paucis post horis expiravit.

Fulco rex Hierosolymorum, dum in equo leporem fugientem instans premensque insequitur: præceps in terram gravi ruina decidit,

dit, sublatu à suis, in regiamque delatus, paulò post obiit. **C. CVR.**
Sar. hist. 2.

Fama celebris fuit; Cavillonensem comitem, qui ecclesiis infestissimus fuerat, dum frequenti procerum convivio epularetur, ab ignoto quodam pro foribus in equo sedente evocatum exiisse, coactumque evestigio conscendere, tunc evestigio procul raptum, nec deinceps postea usquam comparuisse. **ÆMYL. 5**

Arnulphus imperator, quum ad rapinas & templorum spoliaciones animum nimis **BAPT.** um adjecisset, iusta numinis ira paulò post **Egnatius** pediculari morbo interiit.

Cum Papa Adrianus quartus apud Agnaniam contra imperatorem Fridericum primū anathema denunciaret, refrigerandi gratia ad fontem quendam devenit, è quo hausit aquam: quam cum ebiberet, musca in os intra vit, & gutturi ita adhæsit, ut nulla medicorum opera avelli potuerit, & ita cum omnium stupore vitam miserè finiit. **ABE. Vrs.**

Henricus quintus rex Angliæ, occupata magna Galliæ parte, apud Vicennium salutum in horrendum & antea inauditum morbi genus incidit. erumpebant in magna copia è naribus, oculis & auribus pediculi, credebantque in omnibus corporis partibus, **GIRAR.** eas atrociter depascentes: & quum nulla medicorum arte expelli potuerint, rex ipse **lib. 21.** in maximis cruciatibus diem clausit extremum.

DE PRINCIPIBVS
DE PRINCIPIBVS
QUI DOLORE IGNO-
MIAE NECEM SIBI
intulere.

OMni animantium generi à natura attri-
butum est, ut se, vitam corpusque tueatur, de-
clinetaque ea quae sibi nocitura videntur, in-
quit Cicero. Res itaque stupenda & admi-
rum horrende videtur, principes inventos fuisse tam
immanis ferociae, ut sibi manus inferre, quod ignomi-
niam & dedecus metuerent, voluerint: malo quidem
genio ad tam atrox & horrendum facinus impulsos
eos quisque facile crederet, cum in omnibus naturam
sagacem & ingeniosam ad sui tutelam videat. prae-
posterum etiam ac fallax ipsorum iudicium. deprehen-
ditur, quod dum levem brevisque a vi censuram effu-
gere tentarunt, gravissimam & perpetuam infamiam
notam sibi inusserunt: & cum fortitudinis laudem
sibi quaesivisse visi sunt, in timiditatis & ignaviae de-
decus incurrerunt. Nam ut ait Marcellinus, Timi-
dus & ignavus est, qui cum non oportet mori deside-
rat, & refugit cum est opportunum.

Reg. 1. 3.
ZONAR.
an. tom. 1.



SAVLVS Israelitarum rex, praelio
cum Palaestinis commisso, cum
victoriam ad hostes inclinare vi-
deret, quod tres ipsius filii, qui e-
um comitati erant, jam hostili
gladio occubivissent, & lethaliter ipse in pre-
cordiis vulneratus esset, ne vivus in potestatem
hostium deveniret, ab armigero se con-
fodi iubet, à quo flagitio cum abhorrentem
ar.

armigerum vidit, gladio incumbens se trans-
fodit, & indignabundus excessit à vita.

Phaselus Herodis Afcalonitae frater, cum
ab Antigono, qui à Parthis in Iudaeam red-
uctus fuerat, captus fuisset, quod ignominiosa
morte se ab hoste peremptum iri audierat, IOSEPH.
capite saxo illiso, quia manibus revinctis ali-
ter sibi nocere non posset, necem sibi confici-
vit, ne hostis haberet, quò in ipsius caede glo-
riari posset.

Philomelus Phocensis in bello sacro tri-
bus praeliis victor, in quarto victus, quod lu-
dibrio se fore putaret, sese de rupe praecipit
tem dedit.

MEL.
Chron. 2.

Ajax cum Vlysse pro armis Achillis in Gre-
corum concilio certans, cum maiorem ratio-
nem haberi prudentiae Vlyssis, quam sui ro-
boris cerneret, tam atroci furore correptus
est, ut in se ferrum stringeret & occideret.

Ptolemæus rex Cypri, cum senatus decre-
tum audivit, quo edicebatur ut Cyprus ei a-
dimeretur, & ad exequendum decretum ad-
ventare Catonem fama vulgatum rescivit, pe-
cunias, quas in thesauris reconditas habe-
bat, seque unà in mare coniecit.

APPI. b.
Civ. lib. 2.

Nero hostis patriae à senatu iudicatus, ti-
mens ne collo in furcâ coniecto virgis contu-
meliose cederetur, aut quid aliud suis meritis
dignū pareretur, urbē egressus semet ictu gla-
dii transfudit, cū ad quartū urbis milliare pro-
gressus fuisset, impuro eunucho, quem sibi co-
mitē adjunxerat, trepidā manum adjuvante.

EUTRO.

Amurathes Turcarum imperator, quod urbem Croiam, quam ei insigni dolo Scanderbechus ipse alumnus abtulerat, infeliciter oppugnasset, & cum magna suorum strage ab ea repulsus fuisset: usque adeo acerbum ex animi dolore morbum concepit, ut paucissimis diebus deliranti vesanoque similis vitam reliquerit.

IOV. *elog.*
3.

IOVIVS
elog. 1.
PLATIN.
SAB. *en.*
9. *lib. 7.*
MACHI.
hist. Flor.
lib. 1.

Bonifacius ejus nominis octavus pontifex maximus, quod Columnios proceres paternis oppidis eiecisset, eaq; inexorabiliter flammis absumpisset, Sarra Columna cum Nogareto Gallo Anagniam, ubi ipse Bonifacius de more æstivabat, improvise advolvit, & ipsum Bonifacium domo direpta Romam perduxit, ac in arctam custodiam conjecit. At pontifex ex dolore animi actus in furorem, inusitataque inflammatus rabie intra paucos dies excessit e vita.

Almanfor Arabum in Hispania rex Christianis triumphare solitus, cum a Garfia Castellonensi comite atque Veremundo Legionis rege bello superatus esset, dolore acceptæ ignominie a conspectu Arabum, atque alloquio, omni que prorsus cibo deinceps abstinuit, atque ita cito periit.

FVLGO.

Andreas Dandulus Venetæ classis præfectus, cum adversum prælium apud Corcyram fecisset, vincentibus Genuensibus, & ipse captivus in triumphum cum quatuor milibus Genuam duceretur: tantam ignominiam ferre non valens, adeo graviter & repetitis

titis ictibus triremi, qua vehabatur, caput im-SAB. *dec.*
pigit, ut antequam classis ad portum appelleret, expiraret. *2. lib. 1.*

DE PRINCIPIBUS
QVI REIP. ADMINISTRATIONEM Molestam senserunt.

QVI ad summos honores & per amplas dignitates sunt evecti, eos plebs summe beatos & felices existimare solet, quod ipsos ab omnibus coli & metui videat: illi vero quibus difficile negotiorum cura incumbit, non sine magno discrimine dignitates nec honores sine gravi onere deprehendunt: verissimumque esse comprobant, quod a Demosthene dictum est, Gerentes res publicas formidines, invidias, odia, calumnias, simultates, contentiones, certamina subire oportet. hæc exoptatus Similis, vir militaris, qui diu in exercitu Romano summos honores habuerat, post vacationem ab Adriano impetratam, cum in agro quietus & privatus vixisset, facta inter utramque vitam collatione privatam reipublicæ administrationi prætulit, quod palam & aperte declaravit, cum moriens sepulchro inscribi iussit: Similis hic jacet, cujus ætas multorum quidem annorum fuit, sed septem duntaxat annos vixit. hinc est quod multi egregii viri reipublicæ gubernationem gravem & molestam sentientes, privatam vitam agere deposita amplorum imperiorum cura, concupierunt: re ipsa experti, quod Livius grat

riter scribit: Omnia humana tunc maxima quæ
que & regna & imperia sub casibus multis sunt.



TOLEMAEVS primus, qui è gre-
gario milite rara foelicitate ad sum-
mos honores euectus, & demum
regnum Aegypti adeptus est, totã
ciuilem gubernationem molestis-

AVGVS.
de ciu. li. 18

simam atque laboriosissimam expertus, abdi-
cata regni cura, & adscito in locum filio, oc-
cio & priuatæ vitæ se dedit.

LAERT.
lib. 1.

Pitracus Mytilenæus, qui voluntate ciuiũ
suorum iam per decenniũ imperauerat, diffi-
sus de sui animi cõstãtia magistratũ deposuit,
relictõq; imperio in volũtariũ exilium abiit:
percõtantibus autem quibusdam, qua de causa
sa fugisset: imperium respondit, quõd admo-
dum arduũ esset in imperio probum esse pro-
pter mutatum Periandrum.

PLVT. in
Lucull.

Lucullus post actum triumphum cum à
patribus conscriptis, qui virum tanta rerum
à se gestarum gloria autoritateque floren-
tem Pompeii audaciam reprimere, & opti-
matum dignitatem posse tueri arbitrabatur,
ad regendã remp. incitaretur: rem nimis, mo-
lestam esse iudicans remp. moderari, ad li-
terarum ocium reliquum vitæ tempus con-
ferre voluit, & magistratu sponte se abdicauit.

SVET.

Augustus imperator multarum in admini-
stratione Imperij molestiarum pertæsus, bis
de reddenda senatui rep. cogitauit: & iam
senatoribus domum accitis rationarium im-
perij tradiderat, cum à quibusdam aulicis id
consi-

consilij mutare persuasus est.

Vitellius cum deuicto Othone maiorem
belli molem à Vespasiano imminere cerne-
ret, reip. administrationem vt nimis onero-
sam & laboriosam fastidians, cedere se im-
perio apud frequetes milites professus, quod SVET.
alacri animo & perlubenter fecisset, nisi ab
iulis fuisset prohibitus.

Diocletianum post gloriosissimum trium-
phum, & rerum à se gestarum perceptos ho-
nores, merus rerum humanarum, quæ aut
rarissime, aut nunquam consistant, imperij
administrationem deponere suasit: qui post-
ea Salonis decem annos priuatus vixit tanto
honorum fastidio, vt cum ad resumendum
imperium sollicitaretur, à proposito dimoue-
ri nullo modo potuerit, testatus tunc primũ
habuisse vitæ principium, cum à molestiis
reipub. liberatus, priuatam vitam delegit, &
pelte se liberatum, amplius venenã bibere
nolle, satis se pro rep. laborasse, & tempus ad-
petisse, vt sibi viuat: non posse autem se vi-
xisse testari, nisi postquam apud patrios lares
ocium fallendo holera seuisset: dicebatq; sæ-
pius, nihil difficilius esse, quã bene impera-
re, & remp. sine famę dispendio administrare.

POMPEI

Læt.

BAPT.

Egnat.

CVSPIN

Auitus post Valentinianum à senatu impe-
rator electus, paucos dies tenens imperiũ, vl-
trò Placentiam secessit, ibiq; est episcopus CVSPIN
ordinatus.

Augustulus cum vix vndecim menses rei-
pub. Romanæ præfuisset, & Odoacri viri-

P. DIAC. bus, qui jam maximam Italiæ partem occupavit, resistere non posset, in manifesta pericula se conjicere noluit, sed labens imperialem deposuit dignitatem.

NAVCL. Rachisius Longobardorum rex, post multa egregia bello facta, omnia terrena, fluxa, caduca & incerta perspiciens, deposita regali dignitate, unâ cum filiis habitum monachalem suscepit, & cœnobio se inclusit.

EMYL. Michael Rangabis, Constantinopolitanus imperator, cùm malè à suis pugnatum contra Bulgaros audisset, & de Leonis electione nuncium accepisset: deposita purpura monasterio se abdidit, suo æmulo regni habenas facilè concedens, quòd tam ærumnosam & periculis plenam reipubl. administrationem cerneret, cùm non amplius biennio summæ rerum præfuisset.

BAPT. Michael Paphlago, Constantinop. etiam *Egnatius 2.* **ZONAR.** *an. 10. 3.* imperator, post subactos Bulgaros & administratum imperium per septennium, despecta regia autoritate in monasterium suburbanum à se extractum secessit, ibique purpura, cæterisque imperii insignibus abjectis raso capillo sacris initiatus est.

Idem ibid. Ejus facti æmulus in eodem imperio Isaacus Comnenus fuit. postquam enim biennium regnavit, & Constantinum Ducam imperatorem esse designatum rescivit, fastidita reipubl. administratione, quòd nimis multa & gravia pericula crearet, raso capillo & aspera lacerna sumpta in monasterium se contulit,

rulit, & ibi reliquum vitæ cursum exegit.

Lotharius imperator filius Ludovici Pii, tædio rerum humanarum, quòd post patris fata in varias difficultates inciderat, relicta reipubl. administratione monasticam vitam professus est, in qua ad obitum usque perseveravit.

GIRAR. Cadonaladus rex Britanniae, & Inas oc. **POLYD.** *lib. 4.* eiduorum Saxonum rex, rerum politicarum tædio affecti, regia dignitate deposita, Romanam profecti solitariam vitam professi sunt. **FVNCC.** *in Chron.*

Alphonsus secundus Neapolitanus post magnam gloriam variis in bellis partam, auditu Gallorum, qui in ipsius perniciem à Ludovico Sfortia acciti fuerant, in Italiam adventu: anxii curis agitato, & negotiorum mole oppressus regno se abdicavit, & in contubernium sacerdotum se contulit, ibique usque ad extremum vitæ spiritum perseveravit.

IOVIVS *hist. 3.* Amideus Allobrogum princeps, tædio etiam publicarum rerum affectus, tradita filii administratione, in abdita & nemorosa loca eremitarum more secessit. **IOVIVS** *elog. 2.*

NAVCL. Badoarius dux Venetus, quum aliquamdiu reipubl. præfuisset, tædio rerum humanarum se dignitate abdicavit, monasticam vitam sequutus. **SABELL.** *en. 9. lib. 1.*

Carolus Quintus Romanorum imperator, cùm fortunam sibi adversam post multas è tribus mundi partibus victorias adeptas cerneret, tradita filio Philippo regno-

RABVT
SLAID.

rum omnium, quibus potiebatur administra-
tione, priuatam vitam in sacerdotum contu-
bernio delegit, in eoque animi decreto dum
mortali aura fructus est, constans & firmus nõ
sine multorum admiratione permanfit.

DE IIS QVIBVS PRINCI-
PVM GRATIA EXITIVM

ATTVLIT.



*V*erissimè ab Ænea Syluio dictum: Lubri-
cus apud reges primus locus, nec solida
potestas vnus voluntate subnixæ: quan-
doquidem eos qui apud principes maxi-
ma gratia pollent, & ipsorum genijs nõ
obscure imperantes, omnia in aulis quò volunt facile
perducunt: cõmutata dominorum voluntate in ma-
ximum odium et periculum incidere sepius videmus.
Paucos enim inter eos reperire est, qui infelicè vitæ e-
xitũ nõ habuerint. Ideo insani videtur esse ob eximium
magnatum fauorem & præcellentem dominorũ gra-
tiam nimum insolescere, & quosuis præ se despicere:
cum plus aliquando possit æmulum odium & perti-
nax confectio, quam per multos annos fidelis naua-
ta opera, & diu possessus primarius gratiæ locus.



*E*RMES magna autoritate a-
pud Antiochum Syriæ regem in
cæteros aulicos nimum insolesce-
bat, ideo plerisque aulæ proceri-
bus exofus cœpit haberi, qui in eius perniciè
vnanimi consensu conspirarunt, inter quos
erat Apollophanes medicus: qui cum ipsius
intole-

intolerandum factum dudum odisset, tandiu
odium compressit, donec oblata temporis
opportunitate regem adit, eumque precatur
ne Hermeæ audaciam contemnat, sed suæ a-
micorũque saluti consulat, iam illius poten-
tiam nimum excreuisse, nisi maturè ei occur-
ratur, prima occasione omnes pessundaturã.
Hæc satis æquis auribus Antiochus audiuit,
cui iam factus hominis displicebat. Cum re-
gis assensum Apollophanes, & qui cum eo
consilij erant participes habuerunt, de ratio-
ne insidiarum, quibus Hermeam opprime-
rent consularunt, nihilque commodius in-
uenerunt, quàm vt rex simularet se grauius
ophthalmia laborare, vt exeundi è castris oc-
casio arriperetur. Re satis explorata decernũt
medici prima luce exeundum regi esse ad fri-
gus captandum, quod ophthalmiæ curationi
id conducere censerent. Hermeas insidiarum
nescius de more ad regem venit, quem medi-
ci è castris in desertum quendam locum de-
duxere comitante Hermea, quem vno impe-
tu coniurati aggressi sunt, & inspectante pro-
banteque rege interfecerunt.

POLYB.
lib. 4.

L. Ælius Seianus tãta apud Tyberium auto-
ritate & gratia fuit, vt pro collega in imperio
haberetur: sed potetia & dignitate nimum ela-
tus, & supra modum superbiens, cœpit Tybe-
rium, qui eum extulerat, despicere, & prætorian-
os aliosque omnes quos sibi ad imperium ad-
spiranti profore putabat, conciliare. Tyberius
eius nefario consilio animaduerso, iram & o-

dium dissimulavit, & cautè sensimque ho-
minem, quem tantopere exexerat, depresso,
atque in ordinem redegit, potestate de-
jectum literis missis perduellionis & perfidiæ
in senatu accusavit: qui cum maxima bene-
ficia recepisset, in mitissimum dominum
conjurasset, de quo à senatoribus talis lata
sententia: placere Aeliū Seianum capite
multari, corpus in Gemonias projici, ejus-
que liberos omnes interfici.

DION
Cass.

Cleander quidam Phryx genere, in do-
mum imperatoris Marci Antonini servitio
traditus, cum ipsius filio Commodus educa-
tus est, eoque honoris atque autoritatis e-
vectus, ut domini corporis custodiã, cubicu-
li curam, & militum præfecturã solus obtine-
ret, & omnia pro arbitrio administraret. Ro-
mani ob nimiam potentiam & inexplabilem
rapacitatem eum maximè perosi, concursu
in palatium facto, ad necem deposcunt. Ipse
immissis statim equitatu vim repulit, & cum
magna populi strage Commodus, qui initio
tumultus vim contra se paratam putarat,
cum à sorore Fadilla rescivit, nihil in ipsum
moliri plebem, sed nimiam servi authorita-
tem ferre non posse: ne illius causa odium po-
puli magis accenderetur, ipsiusque vita quan-
doque in periculum vocaretur: jubet illum
comprehendi, caput amputari, contoque
præfixum ad pacandos plebis animos per ur-
bem circumferri. Cum autem populus hoc
spectaculo exatiatus quievisset, Commodus

que

quo magis ejus studium promeretur, liberos
Cleandri, ejusque amicos ad unum omnes
interfici curavit, tractaque sunt contumelio-
se per urbem cadavera, & in cloacas abjecta.

Herodi. li. II
ZONAR.
an. to. 2.

Plantianus tanta potestate & gratia apud
Severum valuit, ut penè participes imperii
cum eo censeretur. hac autoritate subnixus
claros viros, & summa dignitate præditos
permultos interfecit, & ut erat avaritia inex-
plebili, ab omnibus aliquid flagitans, neque
gentem, neque urbem ullam prætermisit,
quam non spoliaret. Centum nobiles Ro-
manos, non pueros duntaxat & adolescen-
tes, sed maritos etiam castravit, ut iidè & vi-
ri & eunuchi, & patres intestabiles, & ca-
strati, barbarique conspicerentur: filia suæ
Platillæ Severi filio Antonino desponsatæ
tantum dedit, quantum multis reginis fuisset
satis, unde ipsius expilationes ab om-
nibus cognosci potuere. Cum autem for-
midabilis omnibus evasisset, propter nimi-
am potentiam Antonini generi, cui suspen-
sus & invisus erat, insidiis occisus est, & ca-
daver ejus in viam contumeliosè projectum.

ZONAR.
an. to. 2.

Inguerranus Marrignius gratia apud Phi-
lippum cognomento Pulchrum, Franciæ re-
gem adeo valuit, ut postpositis vel è regio-
stemmate regulis belli & pacis munia obiret,
& quò vellet regis animum impelleret: sed
mortuo demum rege Carolus Valesius, regis
propinquus, ei litem peculatus intentavit,
tantumque effecit, ut senatus Parisiensis ja-

Nn 5

ÆMYL. dicio & sententia damnaretur, latronumque more furca suspenderetur. *lib. 8.*

GIRAR. Iohânes Montacutus filius Girardi Maleti secretarij regij ex quotidiana cōsuetudine regi Carolo sexto intimus ærarij p̄fectus, & magister aulae effectus est: qua dignitate ita abusus est, vt nō solūm regulis, ceterisq; aulicis, sed ipsi etiam regi domino suo imperaret, qui à rege aliquid impetrare cupiebant, eo intercessore utebantur, sed gliscente in eum, & sensim creicente inuidia principum, qui eum oderunt hortatu, peculatus accusatus & conuictus capite pœnas luit.

Duo Hugones Spenserij, pater & filius, tanta adud regem Eduardum secundum gratia pollebant, vt eius animum quocunque velent inclinarent, belli pacisq; munia obirent, omnia dentque pro arbitrio nemine contradicere auso, regerent & administrarent: sed eorum potentia omnibus inuisa coegit Isabellā reginam & Eduardum filium arma capere, vt suam dignitatem & authoritatem, quam in administrādo regno habere debebant, affererent, eo quidem euentu, vt omnes reguli & proceres reginæ filijque eius partes sequerentur. Rex eo facto attonitus cum Spēserijs trepidē in Vualliam profugit, Bristolij oppidi custodiam Hugoni seniori mandat, iuniore se cum assumpto in arcem Brygorthinam clam se subducit. At regina ingentes trahēs copias Bristolium cum filio peruenit, & oppidum acriter oppugnat. Oppidani causę reginæ fauētes

uētes, incolumitatem pacti se atque vrbe cū arce dedidēre. eo ipso die senior Hugo furore populi captus, ac extra oppidum per longum spacium equorum caudis attractus suspendio vitam finijt: corpus à plebe dilaceratur, caput ceruicibus abscissum pilo affigitur. & Hugo iunior cum rege captus Herefordiã vrbi regina tūc erat, perducitur, ac per totam ciuitatē multo cum probro & conuiciis traductus, post acerbissimos cruciatus publicē necatur. *POLYD. lib. 18. FROISS. lib. 2.*

Tangaribardinus Hispani nautæ filius tantum sibi autoritatis ac diuitiarum comparauit, vt cuncta propè consilijs suis apud Camphonē Gauriū, Aegypti Syriæq; Sulthanum administraret, & ad Baiazetem Turcarum imperatorem senatumque Venetum missus grauisimarum legationum munere fungeretur: ad extremū autem inuidia atque æmulatione procerum gradu pulsus, & in carcerem coniectus, in pœdore atque compedibus expirauit. *IOV. hist. 17.*

Habraimus Bassa à pueritia cum Solymano imperatore educatus, & in delicijs habitus, ad tantum demum dignitatis, honoris & gratiæ culmen euectus est, vt sine eo nihil in aula gereretur; ipse solus omnia moderari, vt cōmunicasse cum eo imperium Solymanus videretur: sed oborta inuidia apud dominum proditiōnis insimulatus, & ferè conuictus, cum in cubiculo somnum caperet, à lixa ipsius Solymani iussu iugulatus est. *IOV. hist. 32.*

572 DE PRINCIPIBVS
DE MALIS HAEREDI-
BVS BONORVM
PRINCIPVM.



*M*agnos & illustres viros degeneres liberos habere sepiſſimè accidit, adeo ut inde tritum sermone proverbium emanarit, Heroum filii noxae. Huic affine est quod Spartianus ait, Nemo propè magnorum virorum optimum & utilem filium reliquit. hujus rei causa nulla propior assignatur, quam assentatorum improbitas cum nimia licentia conjuncta, à quibus imperitorum principum animi depravari, & ad nequitiam abdaci solent. Quod si homines hujusmodi procul ab illis abesse contigerit, nec naturam facile mutari, nec educationem irritam fieri putandum est: quandoquidem potètes raro mali euadunt, vbi desunt cupiditatum ministri, vt rectè est à Diodoro dictum.



*B*ZECHIAS Iudæorum rex, vir pius, Deo dilectus, & populo charus, Manasse filium regni reliquit hæredem, qui suscepta regni administratione nullum flagitij nec impietatis genus prætermisit. Nà & templum polluit, & multos prophetas crudeliter & impiè trucidauit, & adeo numinis iram prouocauit, vt ab ostibus captus regnũ & libertatem amiserit.

Cyrus Persarum rex, vir præclarus, comis, affabilis, prudens, clemens & modestus fuit, qui

Regum 2.
ZONAR.
lib. 1.

LIBER VIII. 573

qui filium Cambysem temulètum, vesanum & crudelissimum hominem successorem habuit. Ipse sine vlla cõsiliariorum deliberatione, ac ne prouiso quidem comœtu expeditiones in Ammonios & Arabes suscepit, quæ suis funestæ fuère: fratrem Smerdim occidit curauit, sororem in vxorem duxit, quam etiã quod fratris mortem lugeret, necauit. Præxapris liberè eum monentis filium traiecto sagitta corde interemit, duodecim Persas summe nobilitatis viuos in caput defodiens ob leuissimam causam necauit, suis atque alienis intolerandus, asper, immitis & morosus, cum **HEROD.** Cyrus pater de omnibus bene mereri studuit. **lib. 2. & 1.**

Germanicus princeps mitis, beneuolus, humanus, lenis & innoxius, populo Romano & militibus charus, & barbaris acceptus, filiũ Caligulam nominis quidem hæredem, sed non virtutum reliquit: quãdoquidem adeo corruptis moribus fuit, vt portentum generis humani appellatus sit: cum sororibus stupri consuetudinem fecit, postea exoletis suis prostrauit, omni genere libidinis, luxus & sæuitiæ se polliuit: exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatus terræ, quibus integræ ciuitates absorberentur, optabat: dolens admodum quod ipsius Imperium nullis calamitatibus insigniretur.

Vespasianus mitis princeps, aditu & alloquio facilis, in administranda Rep. diligens & magnificus, tanta comitate & morum facili-

SURT.

rate, vt à cæteris victu cultuque nihil differeret: filium habuit Domitianum, superbum, iracundum, truculentum & atrocissimum tyrannum; qui homines indemnatos, vel leui de causa reos factos neci dabat: mulierem quandam, quod se ante illius statuam exiisset, occidi iussit. Metium quendam, quem rem potiturum esse fama erat, relegatum occidit, per eam causam quod orbem terrarum in cubiculi sui parietibus pictū haberet. Omnibus adeo inuisus, vt suorum domesticorū cōscia etiam vxore & familiarium insidijs perierit.

ZONAR.
an. 10. 2.

Constantius, Constantini filius, Arrianorum fautor fuit, vitijs deditus, intolerandus, cum pater modestus, clemens, benignus, & orthodoxæ doctrinæ assertor extiterit.

ZONAR.
an. 10. 3.

Marcus Antoninus, bonus princeps, omnibus gratus, nemini inuisus, omni doctrinarum genere excultus, & nullis vitijs insignioribus obnoxius, Commodum post se hæredem reliquit, optimè quidem educatum & institutum: sed disciplinæ & doctrinæ, quam à præceptoribus audierat non respondentem, impudicitia & luxuriæ extremæ tam atrocem, sæuam & truculentum, vt se irridentes feris deuorandos obijceret.

LAMP.
ZONAR.
an. 10. 3.

Carus item bonus princeps, & reip. utilis, Carium filium reliquit omnium hominum contaminatissimum, adulterum, iuuentutis corruptorem, qui minimis, meretricibus, cantoribus ac lenonibus palatium impleuit.

Ven.

Venceslaus Bohemiæ rex, qui propter morum integritatem & vitæ sanctimoniam inter diuos relatus est, filium habuit nomine Vêceslaum, vino & intemperantiæ adeo deditum, vt inutilis regendo regno ab omnibus fuerit iudicatus, & concursu plebis apud Morauiam interfectus.

VOLAT.
Geogr. 7.

Henricus quintus Angliæ rex, qui multis prælijs deuictis Francis gloriam, laudē & Francicum diadema acquisierat, filiū reliquit stupidū & hebetē, neque res bellicas neque ciuiles multū curantē: qui non solū à Franciæ regno, sed etiā ab auito ignominiosè excidit.

POLYD.
lib. 21.
LIII. 10.
Chron.

Vnumcassanes Persarū rex, qui ob Cappadoces, Armenios, Mesopotamios, vicinosque populos ab se subactos, Sorochem magni tamerlanis nepotem Hierosolymitanum & Babylonium reges superatos, Ægypti Sulthanū metu ad fœdus ineundū compulsus, magni cognomē assequutus: filium habuit Iacuppū turbido ingenio hominem, paternis amicis infestum, & ad regendum imperium non satis efficacem, à quo istæ omnes prouinciæ, quas armis pater conquisserat, defecere.

VOLAT.
Geogr. 7.
IOV. bi. 13.

DE PRINCIPIBVS RELIGIONIS CONTEMPTORIBVS.



Reclare est à Lactantio dictum: Religio non potest esse, vbi metus nullus est. Per multi enim magnæ potentia principes cum omnia ex amini sententia sibi succedere, & nihil ipsis imperusum & inaccessum esse vident,

ed infania & impietatis euadunt, vt non solum homines despiciant, sed & Deum ipsum contemnant, omnemque religionem irrideant.



AM securus religionis contemptor Dionysius Syracusanorum tyrannus fuit, vt palam deorum donaria diriperet, & sacrilegia sua iocosis dictis eleuaret, quintiam & prædicaret: Fano Proserpine Locris spoliato, cum per altum secundo vento classe ueheretur, ridens ad amicos conuersus ait: Videtis ne quã bona nauigatio ab ipsis dijs immortalibus sacrilegis tribuatur? Detracto Iouis Olympio magni ponderis aureo amiculo, iniecto illi pallio lineo dixit: Æstate graue amiculum aureum esse, hyeme frigidum, ianẽ autem ad vtrunque anni tempus aptius. Epidauri Æsculapio barbam auream auferri iussit, quod affirmaret indecorum esse patrem Apollinem imberbem, ipsum barbatum conspici. Aureas pateras & coronas, quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebãtur, tollebat, & eas se accipere, non auferre dicebat.

CICERO.
De natur. deor. 3.

VALER. Salmonæus Æoli frater, rex Thessalorum, homo impius, machina quadam fulgurabat, tonabat, populorum animos turbabat, Deum naturæ artificem procaci emulacione irridẽs & contemnens tandem pœnas impietatis didit, diuinitus fulmine ictus.

SVIDAS.

ARRIAN. Xerxes diuinitatis contemptor, naturæ volebat imperare, monti Atho minatus est, Hellepontum

compedibus vinxit, & omnia deorum templa & simulachra euertit.

Philippus Macedo adeo religionem deorum contempsit, vt se illis præferri voluerit. Nam in pompa celebri, in quã duodecim deorum imagines ferẽbantur, suam addidit tredecimam, quam etiam primum locum habere voluit.

PH. MEL.
Chron.

Syluius Romulus, Albanorum rex vndecimus, in deorum contemptum fulgura & tonitrua imitabatur, quibus terroribus in sui admirationem hominum mentes vertebat, & ob id coli vt Deus postulabat: sed veris fulminibus, imbriq̃ue cœlesti, ac proximi lacus inundatione cum tota domo periit.

ZONAR.
an. 10. 1.
SABELL.
en. 2.

Apyres rex Ægyptiorum eo venit insolentia, vt neque Deum neque homines sibi regnum adimere posse existimaret, tandem a suis desertus, & ab Amasi captus, a subditis strangulatus est.

HEROD.
lib. 2.

Heliogabalus Vestalem virginẽ sibi nubes, perpetuos qui Vestæ asseruabantur ignes extinguere tẽtauit, & ceu dijs ipsis bellum gereret, Romanorum religiones omnes sine discrimine violauit: quibus sceleribus Deum atque homines ita irritauit, vt ab equitibus suis impetu in eum facto occideretur.

LAMP.
HEROD.

Cosroas Persarum rex deorum religionem ita contemptui habuit, vt dijs neglectis diuinos sibi honores instituerit pro Deo passim coli, & regem regum ac dominantium dominum a gentibus appellari ex edicto madaus.

rit: turrim sibi argenteam dicauit, illucescentibus lapillis exornatam. Item solem lunamque cum stellarum varietate confinxit, construxitque thronum. Demissos hinc umbres & tonitrua fulminaque mentitus, vt diuinitatem sibi apud imperitam plebem adsereret. Pari dementia adfectus Sapor itidem Persarum rex, qui ad Constantium sic scripsit: Rex regum Sapor particeps siderum, frater solis & lunæ, Constantio fratri meo salutem.

NAVCL.

Chilpericus Francorum rex, homo fuit planè Epicureus & atheos. Vxores plures habuit, quarum vnam repudiavit, alteram occidi iussit: ecclesias spoliavit, religionem contempsit, subditos intolerabilibus exactionibus oppressit, ecclesiarum ministerios, & maxime episcopos omni tormentorum genere adflixit: ob id Nero & Herodes suæ ætatis vocatus est.

GREGO.

Tur.lib.5.

PAVL.

Diac.de re.

bus gest.

Longob.3.

Mahometes secundus Turcarum imperator, ex despoti Seruicæ filia natus, puer à matre Christianis præceptis & moribus imbutus fuit: quorum mox adolescendo oblitus, ita ad Mahometis sacra se contulit, vt neque hos neque illos ritus teneret, & in arcano profusus atheos haberetur. Itaque nulli addictus religioni, cunctorum hominum accuratas de dijs tanquam humana nihil curantibus, cogitationes irridebat, eo animi decreto, vt nullum vnicuamque ius amicitie aut fœderis nisi ex cõmodo exceptaque ad proferendum imperiũ occasione colendum atque seruandum arbitraretur.

IOVIUS
elog.3.

DE

DE IIS QUI A PRINCIPIBVS AD TRIBVNAL COELESTE PROVOCARVNT.



VI ad summos honores & dignitates sunt euecti, sibi omnia licere, & ius & æquum in potestate & arbitrio habere putantes, homines quos oderunt, vel insontes, & ad diuinum tribunal appellantis, crudeli & inexorabili decreto plerunque neci tradunt: sed Deus qui iniuste oppressos respicit, & sui contemptum non sinit inultum, insanam & impiam ipsorum sæuitiam grauius vlciscitur, ita vt omnibus nequiter & furiosè eos fecisse appareat: & quod à Niceta dictum est, verissimum esse comprobatur: Est extrema insaniæ eos vel obiurgare, vel vt iniurios laceffere, qui ad Deũ confugiunt, eorũ intercessore & defensore persecutionum remedium querunt.



VM Henricus Moguntinus archiepiscopus Canonorum suorum dissolutos mores ferre non decreuisset, & graui censuræ eos subiicere vellet, ab ijs apud pontificem Romanum Eugenium quartum accusatus: ille Arnoldum camerarium suum, sui purgandi causa Romam mittit: sed homo perfidus dominum insontem, quem defendere debebat, odiosè traducit: Papa ad cognoscendam causam duos legatos mittit, qui à Canonicis muneribus corrupti Henricum sua sede

ignominiose deiecerunt, & Arnoldum in eius locum suffecerunt. Henricus prouocatione ad Pontificem, apud quem se nihil profecturum sciebat omissa, ad iustū iudicem Christū se appellare palām declarauit. Paulō post annum mortuus est, eius morte audita duo

NAV CL. Cardinales eodē die periēre, alteri in latrina, alter digitos manuum præ rabie arrodens.

Seuerianus Adriani iussu occisus est, qui antequam iugularetur, ignem poposcit, atque incenso thure, Vos (inquit) o dii testor, me nihil aduersus Adrianum molitum fuisse: cui indignè me persequenti hoc tantum imprecor, ut cum mori cupiet, non possit. Quæ imprecatio euentu non caruit: nam ipse imperator maximis cruciatibus afflictatus repetitis vocibus in hæc verba prorupit: Quam miserum mori tem oppetere, & mori non posse.

DION
Cassius.

Ferdinandus quartus Hispaniæ rex cum iā quindecim annis regnasset, duos non obscuro loco natos perduellionis reos ex altissima turri præcipites dari iussit. Ii constanter crimē negarunt, sed nihil tamen profecēre: cum autem ad suos clamores & excusationes aures regis occalluisse viderent, ad diuinum tribunal appellarunt, & ad regem ipsum se conuertentes, meminisse iubent, ut ad dies triginta iudicio se sisteret. Ferdinandus ea tunc nihili curans trigesima die cum dormire crederetur, expirauit.

FVLGO.
lib.1.

Cum Philippi Pulchri Gallorum regis cōsilio & hortatu Clemens quintus pontifex

Tem.

Templariorum equitum religionem damnasset, atque eorum multos varijs in locis supplicio affecisset, postremò ad eum adductus est eques Neapolitanus, qui cōspectis in fenestra pontifice & rege magna voce in hæc verba prorupit: Sæuissime Clemens tyranne, quoniā mihi inter mortales nullus iam superest, ad quem adpellem, pro graui morte, qua me iniuste adfcis, ad iustū iudicem Christum, qui nos redemit adpello, ante cuius tribunal te voco cum rege Philippo, vt intra annum & diem vos ibi sistatis, vbi causam meam exponam. FVLGO. lib.1. Intra id tēpus mortuus est Clemēs, quē breui post Philippus sequutus est.

Fernandus rex Legionis & Castellæ, Sanctij filius, cum duos nobiles ex Caruaiallea familia inauditos occidi iussisset: illi defensionem sibi præclusam, & præsentem mortem cernenres, Christo æquissimo iudici suam causam commendarunt, & ad ipsius tribunal intra trigessimū diem Fernandum regem citauerunt. nec vana prouocatio apparuit: nam trigesima post eorum necem rex ipse mortuus est.

NAVCL.

Rudolfus Austriæ dux equiti aurato cuidā grauiter infensus eum apprehendi, & in sacco inclusum manibus pedibusque reuinctum in profluentem projici iussit. Eques iam in faccum coniectus, nondum tamen inclusus, dum qui ad spectaculum accesserat, in fenestra conspicatus, alta voce clamauit: Dux Rodolfe ad tremendum Dei tribunal intra annum

se voco, vt causam assignes cur me immeren-
tem tam acerba & indigna morte perimis.
Dux eam citationem cum risu excipiens, in-
trepidè respondit: Bene, præito, ego tum a-
dero. Exacto propè anno dux in febriculam
incidit, & appellationis recordatus adstanti-
bus dixit: Nunc mortis meæ tempus instat,
ad iudicium eundum, & ita accidit. breui-
nim post mortuus est.

FR. IOA.
Pauli.

Franciscus Britanniae Armoricae dux, Egi-
dium fratrem à consiliariis lesæ maiestatis fal-
so accusatum, in carcerem coniecit. Ibi cum
fame necaretur Egidius, & fatalem horam
propè adesse cerneret, aduocato ad colloquiū
monacho Franciscano, quem per fenestram
carceris conspexerat, fidem ab eo accepit, vt
fratri renunciaret, intra quadragesimum di-
em ad Deitribunal se sistere oportere. Franci-
scanus cum ducem in finibus Normadiae in-
uenisset, mortem fratris, eiusque ad summi

BRIT.
Chrom.

Dei iudicium appellationem illi nunciauit.
Dux eo nuncio territus, illicò malè ha-
bere cœpit, & crescente indies mor-
bo ad conditum diem
expirauit.

DE



*A*cerimum impietatis vindicem Deum
esse, & ad nulla conuiuere scelera, gra-
uissima pœna testantur, quibus eos
qui nefandis criminibus se polluerunt,
punire solet: sed tum maximè eius ira

ac manifeste cernitur, cum ij qui potentia & dignitas
te præcellunt, ob truculentos mores, diuinæque iusti-
tiae contemptum atrocibus supplicijs subiiciuntur. Se-
pius etiam accidit, vt numinis iram acerbius se uien-
tem ipsi sentiant, quo diutius impunitate letati sunt:
vt præclare est à Valerio Maximo notatum: Lento
gradu diuina procedit ira, tarditatemque supplicij gra-
uitate compensat.



*A*talus Pergami rex matrem anum
& Beronicem sponsam cum occidisset,
diuina nemesi persequente nun-
quam postea lætum vixit diem, squa-
lidam vestem deposito omni regio ornatu sū-
psit, barbam capillumque summisit, non in
publicum prodire, non populo se ostendere,
non domi lætiora conuiuia inire, aut aliquod
signum sani hominis ædere visus est, prorsus
vt pœnas pendere intefectorū manibus crede-
rerur. Ommissa deinde regni administratione,
ad hortulani opera se contulit, terram fodiēs,
& gramina ferens. Ab hoc studio ærariæ artis
fabricæ se tradidit, & ære findendo procuden-

IVS TIN.
lib. 36.

doque ocium fefellit: matri deinde sepulchrū
facere instituit, cui operi intentus morbum
ex folis ardore contraxit, & septimo die è vi-
ta excessit.

Pyrrhus Epirotarum rex thesauros Profer-
pinæ apud Locros cum spoliasset, & pecuniã
in naues imposuisset, postero die fœdissima
tempestate oborta, tota classis miserè dissipa-
ta & lacerata est, & omnes naues quæ ablatã
pecuniam habebant, in littora Locrensiū
eiectæ. Tūc vim numinis reformidans, quod
ereptum fuerat, protinus referri iussit: nec
tum ira diuina cessauit, siquidem nihil post-
hac quicquam prosperè gessit: pulsus enim
Italia, temerè Argos ingressus ignobili mor-
te occubuit.

LIVIUS
dec. 3. lib. 9.

Cambyfes falsa suspicione motus fratrem
iussit interfici, sororem postea in vxorem du-
xit, & propter fratris necem lachrymantem
interemit, & grauidam. sed ira numinis tam
iniquum regem diu regnare passa non est, sed
mirabili casu è medio sustulit. cum in equum
ascenderet, decidens ex vagina gladius ferit
ei femur, quo ex vulnere post paucos dies
mortuus est.

HEROD.
lib. 3.

Ariston Oetiensis reginæ Eriphyles copia-
rum dux cimelia quæ in templo Apollinis ab-
seruabantur abstulit, quæ vxori dono dedit,
non multo post filius cum matre rixatus do-
mum incendit, & omnia quæ intus erant ab-
sumpsit.

PLVT. de
sera num.
viii.

Bessus alter dux copiarum, natione Pæo-
nius

nus, nemine sciente patrem occiderat, cum
semel apud quendam hospitem cœnaret, ni-
dum hirundinis lancea deiecit, & pullos occi-
didit: nonnulli adstantium id facinus tanquã
infanum detestantes, eum reprehenderunt,
quòd in re nihili tantopere ferociebat. Tunc
animo satis perturbato respondit: Quid rem
nihili nominatis, an non auditis quã falso
hirundo me parentem occidisse testatur? hæc
res apud iudices enunciata, materiam inqui-
rendi de cæde dedit, & Bessus suo iudicio se
prodens, parricidij conuictus est, & capitali
supplicio affectus. *Idem ibid.*

Aristobolus Hircani filius, qui primus se
regem post reditum ex Babylone nomina-
uit: cum Antigonum fratrem virum præstan-
tem regnum adpetere suspicaretur, eum vnã
cum matre, quam fratris adiutricem æstima-
bat, interfici curauit. postea cum stimulante
conscientia nullam quietem capere posset, &
magnos sufferret cruciatus, in locum frater-
næ cædis se gestari iussit, ibi sanguinem vo-
mens prodigioso vitæ exitu extinctus est. *IOSEPH. antiq. li. 12. NAVCL. PHILIP. Mel. cbr.*

Pipinus Caroli Martelli pater, quum Ple-
strude coniuge sprete nobilem concubinam
loco vxoris adinaret, & ob id factum grauis-
ter à Lamberto Traiectensium episcopo re-
prehensus esset, Dodo concubinæ frater Lam-
bertum interemit. Indignum parricidium à
nemine fuit vltum, quod metu Pipini nullus
hiscere, nec se commouere auderet: at numi-
nis ira id seuerè & acerbè vindicauit. Dodo e-

ÆMYL. nim tineis toto corpore scaturientibus, vlce-
lib.1. ribusque passim pullulantibus, foedo odore
CIRAR. acerboque cruciatu vexatus, in flumen Mo-
lib.2. sam per furorem & rabiem se præcipitem de-
 dit.

POLYD. Goduinus Cantianorum comes, cum à
b.8. rege accusaretur, quod fratrem occiderat, ce-
 pit se excusare, & accepta panis buccella ita re-
 gem affatus est: Si vnquam rex quicquam in
 fratrem tuum aut in te molitus sum, Deum
 precor, vt hæc panis buccella ilico me stran-
 gulet: postquam hæc protulit, panem come-
 dit, quo illi subito præclusæ sunt fauces, & ita
 expirauit.

Guilielmus Suffolciæ dux, temporibus Hé-
 rici sexti, quod pecuniam publicam dilapi-
 dasset, exercitui regio stipendium emeritum
 non soluisset, fidos regis consiliarios ex aula
 proscripsisset, supplementum in Galliam mit-
 tendum non curasset, ad supplicium à popu-
 lo deposcitur. Vt mos populo gereretur, in
 carcerem coniectus est: sed inde quod reginæ
 gratus esset, non multo post exijt, & apud re-
 gem in pristinam gratiam redijt. Plebs magis
 irritata iterum tumultuatur, & ad necem ne-
 farium hominem deposcit. Regina timens ne
 seditio inde oriretur, eius clientes, quos cul-
 pæ socios cognouerat, comprehendi, & sup-
 plicio affici iussit, ducem exilio tantum mul-
 tauerunt: cum autem nauem conscendisset, vt
 in continentem transfretaret, ab aduersarijs
 captus, interfectus est.

Gerar.

Gerardus archiepiscopus Moguntinus, Cō-
 radus episcopus Argentinensis, Albertus dux
 Austriæ, & Albertus comes de Haigerloch,
 comes de Linigem, comes de Zvuaibruck, O-
 tho de Ochsenstain in mortem Adolphi imp.
 coniurarunt. Ipse æquitate causæ confusus in
 prælium cum illis descendit, in quo quidem
 trucidatus est, sed è coniuratis nullus placi-
 da morte obiit. Albertus è bello rediens, ab
 Othone Bauariæ duce Imperatoris genero oc-
 cisus est: Comes de Ochsenstain in consi-
 stitu vulneratus, perijt. Moguntinus inuen-
 tus sedens in sella subita morte peremptus. **NOVCL.**
 Bipontinus in flumine submersus est, Limin-
 genis insania & furore correptus. Argenti-
 nensis à rustico prope Friburgum con-
 fessus, Austriacus à Ioanne patre-
 le occisus, sic procurante numi
 ne perduelles dignas suis
 factis pœnas
 inuenere,

F I N I S.

ERRATA ITA EMENDABIS.

Pagina 2. linea 13 diligentia. 4. 18 Romam. 6. 9 iactas. 14. ab Herodis. 8. 20 odoratissimus. 22. vni tantum. 9. 10 lachryma emanat. 10. 32 Fafur. 13. 11. vel eximia. 27. succino 28. corallio. 15. 3 quartus. 16. 19 vniones. 17. 1. appellatus 18. sunt, profundius. 18. 11. Scythice tenent. 19. 26 Cambaia. 22. 15 infamis. 26. 29 E Latio lacu. 27. 31. lenis 29. 9 Armacanam stagnum. 40. 1. concinna. 45. 26. Cayrum. 47. 23 tres porticus. 29 Amphitheatralis area. 53. 31. studuisse liquet. 58. 14 Peloponnesus. 16 adiectæ sint. 70. 13 Insulani. 71. 4 Cresconos. 27 functus est. 74. 31 Malcolmus. 75. 5 Corimos mos est. 78. 10 Beli. 11 Belo. 80. 17 Arfinoen. 31. se attritari. 82. 27 in Mona. 86. 12 quarundam. 98. 2 qui nam. 112. 4 Augustum. 116. 7 toto. 119. 20 utcumque. 124. 10 lene. 135. 24 monarchæ. 29 superati. 136. 28 decreuerunt. 143. 15 diutius & tutius. 147. 10 quem clasi suæ. 150. 14. Nonius. 151. 13 Nonius. 160. 7 sperantibus. 167. 7 hortabundus. 184. 5. Patanio. 186. 21 fama. 188. 30 Berriensis. 189. 2 omnium. 191. 15 expulsæ sunt 197. 28 & à socijs. 201. 2 periêre. 204. 23 Tatium. 206. 31 Artaxares. 217. 24 iniecit, ut cum omnia. 228. 5 semisopitos. 240. 13 ritinæ. 250 17 in insidijs. 251. 11 eruptione. 252. 12 pura. 258 28 hostibus obsessis. 261. 30 nostra. 262. 6 pertinaciæ. 269 10 proposito. 23 proposito. 271. 23 Guesclinas. 273. 22 effuse. 285. 13 recepere pari. 386. 6 Foisseio. 289. 11 pugnandi. 296. 24 vti. 306. 31 mortuum. 314. 19 comitatus. 324. 14 ciuili. 326. 31 lenitate. 329. 26 iulsit. 30 capus. 333. 19 auum. 355. 27 imperatorem. 357. 7 Steuo. 363. 24 interfecerunt. 376. 330 erecti. 83. 15 pœnas. 405. 24 sed Anaxar. ho. 415. 8 Michalum 417 18 fugatos. 418. 5 habere. 427. 9 Neronianum. 428. 5 sed exitus. 437. 3. nascētia. 442. 23 pecudum genus. 444 6 possūt. 448. 9 taurū. 457. 25. pusaret. 458. 9 ingenti. 21 maritum fato functū. 465. 20 æstimetur. 470. 10 fratru. 471. 25 Rosimudam. 472. 8 Milandrice. 474 14 cohortanda. 484. 13 earumq; professores plurimum. 502. 14 tum. 520. 3 Staffordienfem. 4 Salopia. 522. 23 parta. 524. 11 Haquinus. 537. 23 mouente. 539. 4 illōsne. 547. 13 dele centies.